pientia: scientia: ⁊ intellectus: in quantum virtutes ab eis: ⁊ in quantum dona spiritussācti. quia in quantum uirtutes acquiruntur per exercitiuꝫ: et perficiunt hominem in ordine ad felicitatem humanam: sed in quantum dona infunduntur a deo: ⁊ perficiunt hominem in ordine ad felicitatem supernam: ad prompte sequendum motus spiritussancti quos facit in anima. He quinque virtutes intellectuales possunt figurari per quinque uirgines sapientes: ⁊ quinque fatuas: de quibus habetur parabola Mathe. vigesimoquinto Uirgines omnes sunt: quia in se habent integritatem ueritatis. Sed quinque sapientes accipientes oleum in uasis cum lampadibus sunt ipse prout debite habentur et exercentur cum oleo: scilicꝫ charitatis in vase cordis et lampade clare fame: Quinqꝫ fatue sunt cum habentur sine oleo charitatis et boni exempli. et his clauditur ianua paradisi: alijs aperitur. Et sapientia quidem est de diuinis non quidem in quantum habentur diuina reuelatione. hoc enim pertinet ad fidem sed in quantum habentur ratione humana. Considerat autem sapientia altissimas causas: vt dicitur in primo methaphi. vnde conuenienter iudicat et ordinat de omnibus. Quia eniꝫ iudicium perfectum et vniuersale haberi non potest: nisi per resolutionem ad primas causas Et ideo non solum de conclusionibus iudicat: de quibus est scientia: sed et de principijs quorum est intellectus. Unde quia considerat sapientia altissimam causam que deus est: et per causam iudicatur de effectu: et per causam superiorem de causis superioribus. Ideo sapientia habet iudicium de omnibus alijs uirtutibus intellectualibus et preeminet ipsis. Et quanuis de deo in presenti non possit haberi certa cognitio quo ad multa: sicut habetur de alijs rebus: tamen talis cognitio imperfecta sui nobilitate: preheminet cognitioni etiam perfecte illarum rerum. vnde philosophus dicit in secūdo de celo et mundo: ꝙ magnum est de rebus celestibus posse aliquid cognoscere uel de reb⁹ nobilioribus debili ratione. Et in libro de animalibus dicit: ꝙ amabile est magis paruum aliquid cognoscere de rebus nobilioribus q̄ multa cognoscere de rebus ignobilioribus. Scientia est habitus conclusionum per demonstrationem acquisitus: et est circa creaturas: Et habet multas species: quia diuerse sunt scientie. secundum diuersas materias. Et ex his alique dicuntur artes liberales. scilicet triuium ut grāmatica: logica: rhetorica. Et quadruuiū ut arithmetrica que est de numeris. Musica que est de sonis. Geometria que est de mensuris. Astrologia que est de astris seu motibus et influentijs corporum celestium. Et artes quidem dicuntur secundum beatum Thomam. ubi supra: quia habēt quandam similitudinem cum arte. Ad artem enim pertinet opus: quia ad illud ordinat. Et quia in speculabilibus est aliquis per moduꝫ cuiusdam operis: puta cōstructio silogismi: aut orationis congrue: aut opus numerandi ul' mēsurandi: ideo dicuntur artes: non tamen prop̄e et stricte. Artes autem dicuntur non simplicit̄: sed liberales ad differentiam illarum artiuꝫ que ordinantur ad opera per corpus exercitata: que sunt quodammodo seruilia: in quantum corpus seruiliter subdunt anime: et homo secunduꝫ ani

mam est liber. Alie artes dicuntur mechanice qt intellectus quodammodo mechatur i eis ꝛ adulteratur: recedens a consideratione ueritatis: que est sponsa eius. Alie uero scientie que ad nullum huiusmodi opus determinantur: simpliciter sciẽtie dicuntur: vt prophetia naturalis. Et quanuis scientia sit virtus. dicit tamen Augustinus ꝙ sũt quedam que melius est nescire q̃ scire distinctione. xxxviij. quanuis. Et hoc propter abusum: et Ambrosius dicit. Qõ astronomia ꝛ astrologia ꝛ alia hmõi despecta sunt: ꝛ qui his studẽt curã anime non habent distinctione. xxxvij. legimus. Et Hieronymus ait Geometria et Arithmetica ꝛ musica habent in sua scientia veritatem. Sed ñ est scientia illa scientia pietatis. distinctõe. xxxvij. si quis artem nouerit. Intellectus est habitus p̃ncipiorum que per se nota habentur: et statim ab intellectu percipiuntur: ut quod omne totum est maius sua parte ꝛ hmõi. Et non solum per intellectum cognoscũtur principia naturaliter nota in speculatiuis: sed etiam in operatiuis ut ꝙ malum est fugiendum: ꝙ nemini est facienda iniuria et huiusmodi. Et sine intellectu huiusmodi p̃ncipiorum. que pertinent ad vitam moralem: non possent haberi alie uirtutes. Opinio autem ꝛ suspitio non possunt virtutes: quanuis sint intellectuales habitus. ex eo secundum beatũ Thomam. ubi supra: quia habitus uirtutis determinate se habent ad bonum: et nullo modo ad malum. Bonum autem intellectus est verum. malum eius est falsum. Unde illi soli habitus intellectuales dicuntur virtutes: quibus semper verum ꝛ nunq̃ falsum inest. Opinio autem potest esse veri ꝛ falsi. Est enim opinio vehemens inhesio intellectus alicui conclusioni. cum formidine tamen ꝺ opposito. Suspitio autem est leuis inhesio cum formidine de opposito. Ars etiam secundum philosophum in sexto ethicorum ponitur virtus non tamen proprie et perfecte. Quia secundum beatum Thomam questione. lvij. articulo tertio cũ ars nihil aliud sit q̃ recta ratio aliquorum operũ faciendorum quorum tamen nonum non consistit in hoc: ꝙ appetitus humanus aliquo modo se habeat ad eas: sed in eo ꝙ ipsum opus quod fac̃ inse bonum est. Non enim pertinet ad laudem in quantum artifex: qua voluntate opus faciat. sed quale est opus quod facit. Et in hoc conuẽit cum habitibus speculatiuis predictis aliqualiter quia scilicet pertinet ad ipsos qualiter se res habeant quas considerant uel quas faciunt quo ad artem: non autem qualiter se habeat humanus appetitus ad illas. Sunt autem artes multiplices

Prudentia secundum beatum Thomam. vbi supra: conuenit in hoc cum arte: quia est in intellectu practico et circa contingentia que possunt aliter se habere. Sꝫ differt in hoc quia ars habet imperfecte rationem uirtutis: quia facit solum facultatem boni operis non autem usum. Unde per eam uon fit appetitus rectus. Bonum enim rerum artificialium: non est bonum appetitus humani: sed bonum ipsorum operum artificialium. Sed prudentia habet perfecte rationem virtutis: quia facit cum facultate boni operis esse bonum usum: et respicit appetitum presupponens rectitudinem eius. Diffinitur autem prudentia secundum philosopbum sic. Prudentia est recta ratio agibilium. Ars uero est ratio factibilium. Differunt autem agere ꝛ facere in hoc ꝑm philosophũ. ix. metha: ꝺa factio ẽ actio trãsiẽs in materiam exteriorẽ: sicut seccare: ꝛ huiusmodi: Agere autem est actus permameus in ipso agente: sic̃ uidẽ: uelle ꝛ hmõi Est autem prudentia necessaria ad bene viuendũ Nam bene viuere consistit in bene operari. Ad bene autem operandum requiritur electio recta. Cum autem electio sit eorum que sunt ad finem ad rectitudinem ipsius duo requiruntur: scilicet debitus finis et id quod conuenienter ordinatur in debitum finem. Ad debitum finem eligendum disponitur conuenienter quis per virtutes morales: que perficiunt appetiuam potentiam: cuius obiectum est bonum et finis. Inclinant enim morales appetiuam in bonum conueniens rationi ꝺ est debitus finis. Ad id autem ꝙ conuenienter ordinatur in debitum finem disponitur homo per habitum rationis: quia consiliari: iudicare: percipere que sunt eorum que sunt ad finem: sunt actꝰ rationis. Et habitus etiam horum actuum est prudentia qua perficitur ratio ad hoc ꝙ conuenienter se habet ad ea que sunt ad finem. Unõ maxime necessaria virtutum secundum beatũ Thomam. vbi supra. q. lvij. ar. v.

Secundum genus. §. VI

uirtutum dicitur morale: ut iusticia: fortitudo: tẽperantia. Dicuntur autem he uirtutes: et morales et principales: ꝛ cardinales. Et morales dicuntur seu de moribus secundum philosophum: in primo ethicorum: secundum ꝙ mos importat quandam inclinationem naturalem: uel quasi naturalem ad aliquid agendum. Pro cuius declaratione sciendum secundum beatum Thomam: p̃ma secunde questione. lvij. articulo primo. Qõ mos duo significat. Quandoq; significat consuetudinem sicut dicitur. Act. xv. Nisi circuncidamini secundum morem Moysi non poteritis salui

fieri. Ad quod etiam facit quod dicit Augustin⁹. xi. distinctione in his. Mos populi dei: ⁊ instituta maiorum pro lege: tenenda sunt. Quandoqꝫ mos significat inclinationem naturalem uel quasi naturalem ad aliquid agendum: Unde et brutorum animalium dicuntur aliqui mores. Unde dicitur secundo Machabeorũ. xi. Leonum more irruentes in hostes prostrauerunt eos. Et sic accipitur in p̄s. lxvij. Qui habitare facit unius moris in domo. Et huic significationi morali: propinq̃ est alia significatio que mos significat consuetudinem. Nam consuetudo conuertitur in naturam: ⁊ facit inclinationem similem naturali. Sicut autem consuetudo: ita et mos proprie est de his que bona sunt: non mala ad quod facit quod dicitur di. viij.. Que contra mores. Ab hac autem secunda significatione moris dicitur virtus moralis qꝛ inclinatio ad actum proprie competit appetitiue uirtuti. Cui est mouere omnes potentias ad agendum. Uirtus autem moralis est ĩ appetitiua parte et perficit eam. Dicuntur secundo predicte uirtutes principales: respectu minus principaliũ Et hoc secundum beatum Thomam questione. lxi. articulo primo. ubi supra. Uel respectu virtutum intellectualium: que solum faciunt boni operis facultatem: sed non vsum: ut morales: ⁊ ideo dicuntur imperfecte virtutes. Perfectum autem est principalius imperfecto: sicut morales principaliores. ⁊ si non quantum ad subiectum in intellectualibus: tamen quantum ad rationem uirtutis que respicit bonum: quod est obiectum appetitus. Dicuntur etiam principales predicte uirtutes respectu virtutum eis annexarum: que sunt min⁹ principales. Omnes enim virtutes reducũtur ad predictas quattuor: ut ostendit Tullius in rhetorica sua. Nam prudentie annectuntur tres virtutes secundum philosophum in. vi. ethicoruꝫ. Prima scilicet eubulia que est bene consiliatiua: inquirendo de varijs modis ⁊ vijs quibus potest perueniri ad debitum finem. Secunda sinesis que est iudicatiua scilicet determinando ex diuersis vijs ⁊ modis que mẽti occurrũt illud quod sit conuenientius ad perueniendum ad finem d̃bitũ secundum communes regulas ⁊ leges. Tertia gnomin: que sumit iudicium de agendis secundũ rationem naturalem in his in quibus deficit lex. Proprius autem actus ⁊ principalis prudentie. est imparare: ut executioni mandetur quod consultum ⁊ iudicatum est. Dicitur autem prudẽtia ꝯsultiua et iudicatia sꝫ hos duos act⁹ ñ fac̃ imediate: sꝫ mdiãtib⁹ p̄dictl. s. eubl̃ia sinesi ⁊ gnomi. Justicie ãt annectuntur: religio: pietas: obseruantia: obedientia: liberalitas: gratia seu gratitudo. Uindicatio sub qua comprehenditur presentia ĩ quãtum uirtus: ueritas. affabilitas seu amicitia: ⁊ epithea seu equitas. Fortitudini ãnectuntur magnanimitas: magnificentia: patiẽtia ⁊ perseuerantia. Temperantie annectuntur continentia: mansuetudo: clementia: modestia: studiositas: eutropelia seu urbanitas: ⁊ humilitas: ⁊ de his patebit infra

Dicuntur tertio uirtutes cardinales. Uñ Ambrosius super lucam. Scimus uirtutes esse quattuor cardinales: temperantiam: iusticiam: prudẽtiam: ⁊ fortitudinem. Propterea autem dicũtur cardinales vt dicitur in catholicon ad similitudinem cardinis in quo motus hostij firmatur. Cardo autem secundum eundem est vna ꝑs hostij. scilicet cuneus qui in foramine uertitur. vnde ⁊ cardo dicitur aliquando ipsum foramen. Et dicitur cardo a cardian: quod est cor: quia sicut cor hominem regit ⁊ mouet: ita ille cuneus ianuaꝫ regit et mouet. Hinc et assistentes Pape precipue dicuntur cardinales: quia per eos mundus debet regi: gubernari et moueri: sicut hostium per cãdinem: hec ibi. Unde prouerbioruꝫ. xvi. Sicut hostium uertitur in cardine ita piger ĩ lecto suo. Dicuntur ergo cardinales he uirtutes: quia per eas uertitur cor humanum secundum rationem: ut claudatur uitijs: ⁊ aperiatur bonis operibus. de his dicitur sapientie. viij: Sobrietatem. idest temperantiam ⁊ prudentiam docet et iusticiam ⁊ uirtutem idest fortitudinem: quibus nil in uita utili⁹ est hominibus. Et figuratur per ueluꝫ ex quattuor coloribus intextum: quod erat ante tabernaculum ut ponit magister in. iij. sententiarum. Figuratur etiam per quattuor angulos domus Job. i. que est conscientia secundũ Gregoriũ ĩ moralib⁹ significantur etiam per quattuor animalia: que uidit ezech. i. c. Aquila enim significat prudentiã Homo iusticiam: Leo fortitudinem: Uitulus temperantiã. secundum Gregorium super ezechi. ⁊ prudentia quidem dicitur cum alijs tribus. cardinalis ⁊ principalis eas excellens: non tamen consueuit dici moralis.

De dictis ũirtũti. §. VII

bus cardinalibus secundum Thomam prima secunde questione. lxi. articulo. iiij. est duplex opinio. Quidam enim dicunt esse quasdam conditiones generales humani animi. que inueniuntur ĩ omnibus uirtutibus: ita scilicet ꝙ Prudẽtia nil aliud sit: q̃ꝙ quedam rectitudo discretionis in quibuscũqꝫ actibus uel materijs: Justicia sit quedã dispositio animi per quam homo operatur. qd̃ debet in quacunqꝫ materia. Temperantia uero sit quedam dispositio animi: que moduꝫ q̃buscũqꝫ passionibus uel operationib⁹ ĩponit. Fortitudo ãt sit dispositio animi ꝑ quã firmat̃ ĩ eo ꝙ ẽ ꝑꝫ

rõez ꝺ quoſcũq; ipet⁹ paſſionũ ul'laboꝛ. Hec ꝗt tuoꝛ ſic diſticta: ñ ipoꝛtãt diuerſitatẽ habituum virtuoſoꝛuz: ꝙtũ ad iuſticiã foꝛtitudinẽ ⁊ tpantiã Cuilibet enim uirtuti morali: ex hoc ꝙ ẽ habitus conuenit ei firmitas quedã: ne a ꝺrio remoueat: qõ ſm predicta ptinet ad foꝛtitudinẽ. Et ex hoc ꝙ eſt uirtus. hz ꝙ oꝛdinetur ad bonũ. in quo im poꝛtatur rõ recti vel debiti quod ptinet ad iuſti ciã. Et ex hoc ꝙ moralis ẽ: hz qõ modũ rõnis ob ſeruet i oĩb⁹: ⁊ ultra non ſe extendat qõ ptinet ad tẽpeꝛãtiã. Solũ ãt hoc qõ eſt habere diſcretionẽ: qõ dicebatur pertinere ad prudentiã: uidetur di ſtingui ab alĩs trib⁹: i ꝙtũ hoc ẽ ipſius rõis per ei ſentiam alia tria ipoꝛtãt ꝺndã pticipationez rõis

Alĩ uero ⁊ melius accipiũt has quattuor vtu tes ſecũdũ ꝙ determinantur ad mãs ſpãles. Una quez quidẽ illarũ ad unã mãm i qua ꝓncipaliꝫ laudatur illa generalis conditio: a qua nomẽ vtu tis accipitur. Et ſecũdũ hoc manifeſtũ eſt: ꝙ pꝛedi cte uirtutes ſũt diuerſi habitus: ſm diuerſitatem obiectoꝛũ diſticti. Qõ ꝯ dicit Greg. in. xxĩ. moꝛa liũ: ꝙ prudentia uera nõ eſt: que iuſta: fortis: ⁊ tẽ peras nõ eſt: põt intelligi ſm primã opinionẽ di ctã. Uel qõ iſte vtutes denomĩãt ad inuicẽ ꝓ' re dũdãtiã quandã: qꝛ a prudentia alie diriguntur. Et qꝛ ẽ fortis i periculis moꝛtis ẽ habiliоꝛ ad ĩfre nandũ delectabiliũ concupiſcẽtiã. ⁊ ſic de alĩs

De dictiſ ãt uirtutibus moꝛalibus ſciẽdũ: ꝙ non ſũt paſſiones: qõ pz ex eo: qꝛ paſſiones ſm ſe cõſi derate: ſe hñt ad bonũ et malũ: ſz ꝙ pñt cõuẽire rõi l'ñ ꝓuẽire. Nihil ãt tale põt ꝓuẽũ vtuti cũ ſẽp ſe hẽat ad bonũ. Dicitur ãt vtus moꝛalis mediuz inter paſſiones: nõ ſm eſſentiam: qꝛ tũc eẽt eiuſdẽ generis cũ extremis: ſed dicitur medium ꝙtuz ad effectũ qꝛ. ſ. inter paſſiones cõſtituit mediũ. Sed ad actũ uirtutũ põt cõcurrere paſſio: ſic econtra rio ad actum uitioꝛũ. Paſſio. n. triſticie reperitur i actu inuidie. ſm ꝙ ꝯriat talis paſſio rationi: ⁊ i miſericordia: ſm ꝙ cõuenit ratiõi. Sũt ãt vtutes moꝛales uel circa actus interioꝛes rõis dirigẽdos: ut prudẽtia. Uel circa actus exterioꝛes ad alterũ: ut iuſticia. Uel circa paſſiones iraſcibiles: q̃ ſunt ſpes ⁊ deſperatio: audatia ⁊ timoꝛ: ira ⁊ foꝛtitu do. Aut cõcupiſcibilis que ſũt amoꝛ ⁊ odiũ: deſi deriuz ⁊ abominatio: gaudiũ ⁊ triſtitia. Et ꝺ ipſis paſſionibus ſupꝛa i ꝓma pte: ut tẽpꝛãtia. Sz no tãdũ. ꝙ ſi paſſiones animi dicãtur inoꝛdinate af fectões: ita ꝙ ꝙ deliberationẽ rõis eis aſſẽtiaꝫ: ſic nõ pñt eẽ in aĩo ſapientis. i. uirtuoſi: ut dicebant ſtoici. Sed ſi paſſiones dicantur quicũq; motus appetitus ſenſitiui: qui ꝓueniũt iudiciũ rõis: ſz oꝛ dinantur ab ea: ita ꝙ nõ eis aſſentiũt: ſic poſſunt eẽ in animo ſapientis: et ꝙtũcũq; vtuoſi: ut dice bãt peripatetici quoꝝ ſectã ſtituit Ariſtote. Et ut Augu. in. ix. de ciui. dei. c. iiĩ. dicit iſta diſcor dia inter ſtoicos ⁊ perypateticos magis erat ſm vba: ꝙ ſm rerũ ſnias. Pꝛoꝺoꝛ tñ erat locutio pꝛy pateticoꝝ. ſ. ꝙ paſſiones caderẽt in aĩo ſapientis ſed regulate erat a ratione. Et uirtutes quidẽ moꝛales que ſunt circa paſſiones: ut foꝛtitudo ⁊ temperantia in uſu ſuo ſeu actu: non poſſunt eſ ſe abſq; paſſione. Huius ratio eſt. quia ſecunduz hoc ſequeretur ꝙ uirtus moꝛalis faceret appetitũ ſenſitiuum omnino ocioſum. Sed non pertinet ad uirtutem: ꝙ ea que ſunt ſubdita rationi a ꝓ pꝛĩs actibus uacent: ſed ꝙ exequantur imperi um rationis proprios actus agendo. Unde ſicut uirtus membra coꝛporis oꝛdinat ad actus exteri ores debitos: ita appetitum ſenſitiuum: ad mo⁹ pꝛopꝛios oꝛdinatos. Motus appetitus ſenſitiui ſunt paſſiones: que ſunt materia dictarum uirtu tum: ſed uirtutes que non ſunt circa paſſiones ſz circa operationes: poſſunt eſſe ſine paſſione: ut iuſticia: quia per eas applicatur voluntas ad pro prium actum que non eſt paſſio. ſequitur tamen ad actum iuſticie gaudium: non ſecundum ꝙ paſ ſio eſt: ſed affectus in uoluntate. Etſi hoc gaudi um multiplicetuz per iuſticie perfectionem: fiet re dundantia uſq; ad appetitum ſenſitiuuz. Tri ſticia autem cum ſit⁹ paſſio: ex dictis: patet ꝙ po teſt eſſe cum uirtute ⁊ in uirtuoſo. Et quod dicit de ſapientia que docet iſtas uirtutes: ut habetur. Sap. viĩ. ꝙ non habet amaritudinem conuerſa ti o illius neq; tedium conuictus illius ſed gaudi um. Intelligitur ſecundum beatum Thomam. ubi ſupra: ꝙ non triſtatur de ſapientia et de his que congꝛuunt ei. ſcilicet actibus bonis: ſed triſta tur utiq; de his que ſunt impedimenta ſapientie ⁊ hec eſt bona triſticia. Triſtari enim poteſt ſapiens de nocumentis coꝛporis: ſed moderate: et de peccatis qui habet: quia in multis offendimuſ omnes Jaco. iĩ. Et de peccatis preteritis: ⁊ ꝺ pec catis pꝛoximoꝛum: ⁊ hoc laudabiliter. Inter has autem uirtutes moꝛales excellit iuſticia. Unꝺ Gre gorius. xĩ. queſtione ſecunda. Si ſeculi lege. dicit ſummum bonũ eſt in rebus humanis iuſticiam colere: ⁊ ſua unicuiq; iura ſeruare.

Diuiduntꝛ autẽ. §. VIII

ſupradicte uirtutes cardinales in quattuoꝛ diffe rentias. ſcilicet exemplares: purgati animi purga toꝛias: et politicas: ſecundum plotinum philoſo phum. Ut recitat Macrobius de ſomnio ſcipio nis. Que diuiſio diuerſos effectus notat earum et diuerſos ſtatus habentium eas. Pro cuius declaratione dicit beatus Thomas prima ſecun de queſtione. lx. arti. v. ꝙ ſicut Aug. dicit in li. de moꝛibus eccleſie. Oportet ꝙ aĩa aliq̃d ſeq̃tuz. ad

hoc q̄ ei uirtus possit innasci. ⁊ hoc est deus: quē si sequimur bene uiuimus. Oportet igitur q̄ exemplar humane uirtutis in deo preexistat: sic etiam in eo preexistunt omnium rerum rationes Sic igitur uirtus potest considerari prout est exē plariter in deo: ⁊ sic dicuntur uirtutes exemplares ita. ſ. q̄ ipsa diuina mens in deo dicatur prudētia Temperantia uero conuersio intentionis diuine ad se ipsum: sicut in nobis temperantia dicitur: p hoc q̄ concupiscibilis conformatur ratōni: Fortitudo autem dei est eius immutabilitas. Justitia uero dei est obseruatio legis eterne in suis operi bus sicut Plotinus dixit. Et quia homo secūdū suam naturam est animal politicū. Uirtutes hu iusmodi cardinales: prout in homine existunt ꝑ condition̄em sue nature: politice uocantur. pro ut scilicet homo secundum has uirtutes recte se habet in rebus humanis gerendis. Et secundum magistrum senten. in tertio ex uerbis Augu. Pru dentia est in precauendis insidijs. Justicia in sub leuandis miserijs. Fortitudo in perferendis mole stijs. Temperantia in cohercendis delectationib⁹ prauis: hec ibi. Sunt tamen et alij actus dictarū uirtutum ultra predictos. Qui enim habent hic politicas uirtutes: habent quidem tentatiōes ma gnas de uitijs contrarijs: sed ratione superant eas ⁊ hic est status imperfectorum. Et quia ad hoiez pertinet ut etiam ad diuina se trahat ꝯtuz potest ut dicit philosophus in. x. ethi. ⁊ hoc nobis in sa cra scriptura multipliciter commēdatur: ut est il lud. Estote perfecti sicut pater uester celestis per fe ctus est. Math. vi. Necesse est ponere quasdā uir tutes medias inter politicas que sunt humāe. et exemplares que sunt diuine: que quidem uirtutes distinguntur secundum diuersitatem motus et termini: ita scilicet q̄ quedam sunt uirtutes tran scendentium: et in diuinam similitudinem tendē tium: et he uocantur purgatorie: ita scilicet q̄ pru dentia omnia mundana diuinorum contemplati one despiciat: omnemq̄ animi cognitionem i so la diuina dirigat. Temperantia vero relinq̄t i quantum natura patitur: que corporis usus req rit. Fortitudo est ut anima non terreatur propter recessum a corpore et ascēsum ad superna. Ju stitia uero: ut tota anima consentiat ad huiusmo di propositi uiam ⁊ hñtes huiusmodi paucas tē tationes sustinēt et leuiter superant: et sēsualitas parum: ⁊ quasi nihil contradicit rationi: iccirco sunt in magna animi quiete. Et hic est status ual de perfectorum in uia. Quedam uero sunt v̄ tutes iam assequentium diuinam similitudinem: que uocantur purgati animi. ita. ſ. q̄ prudentia sola diuina intueatur: Temperantia terrenas cu piditates nesciat. Fortitudo passiones ignoret. Ju stitia cum diuina mente perpetuo federe societur eam. ſ. imitando has uirtutes dicimus esse beato rum uel aliquorum in hac uita perfectissimorum ut christi ⁊ matris ei⁹. Et nota q̄ cum dicitur ad purgatorias virtutes pertinere: despicere: ⁊ fu gere mūdana et solis diuinis inherere: hoc scilicz deserere res humanas ⁊ hominum negocia: ut fit per rectores: vbi necessitas imponitur: ut quia im peratur tale exercicium per superiorem et huius modi vitiosum esset: alias autem uirtuosum. Et sic intelligendum est illud quod dicitur exercitiū uirtutis purgatorie. Unde Aug. dicit. Ocium sā ctum querit charitas ueritatis: negociū iustuz su scipit necessitas charitatis: quam sarcinam si nul lus imponit: percipiende atq̄ intuende vacandū est ueritati. Si autem imponitur suscipienda est. propter charitatis necessitatem. Et habetur. viij q. i. qui episcopatum.

De uirtutibus the. §. ix

ologicis q̄ necessariū sit ponere virtutes theologi cas. ſ. fidem: spem: ⁊ charitatem: ⁊ eas habere: qs nec habuerunt nec cognouerūt gentiles phi: q̄ vo lunt saluari: patet ex hoc: quia precepta legis sūt de actibus uirtutum: quibus homo tendit ad be atitudinem perfectam. Et precepta dantur in di uina lege de actibus fidei: spei: et charitatis: ut p̄z in diuersis locis: et ea precepta oportet seruare iu xta illud Math. xix. Si uis ad uitam ingredi ser ua mandata ergo ⁊c. Pro cuius declaratione di cit. b. Tho. prima secūde. q. lxij. arti. i. q̄ homo p ficitur per uirtutem: ad actus quibus ordinatur i beatitudinem. Est autē duplex homis beatitudo seu felicitas una. ſ. proportionata humane natu re: ad quā. ſ. hō potest peruenire per principia sue nature: etsi non ordinaretur ad aliā felicitatē hō nisi ad istā: tūc sufficerēt ei v̄tutes intellectuales ⁊ morales. Nam cum uirtus sit quidam habitus p ficiens hominem ad bene operandū: ut dicit idez b. Tho. ubi supra. q. lvi. ⁊ principiuz humanorū actuū sit duplex. ſ. intellectus ⁊ appetit⁹. Uirt⁹ in tellectual' p̄ficit intellectū siue rōem ⁊ v̄t⁹ moralis appetituz. Justicia quidem appetitum rōalez seu uolūtatē et fortitudo et temperantia appetitum sensitiuum seu sensualem. Sed quia est alia bea titudo siue felicitas naturam hominis excedens: ad quam homo sola, diuina uirtute peruenire po test: secūdum q̄ndam diuinitatis participationez sm quod dicit̄. ij. Pe. ij. Per christū facti sumus diuine nature consortes: et huiusmodi beatitudo proportionem humane nature excedit cum natu ralia principia hominis ex quibus p̄cedit ad be ne agendum: non sufficiant ad ordinandum hōi nem in predictam beatitudinem perfecte: sicut sī uirtutes intellectuales ⁊ morales. Ideo oportz q̄

superaddantur homini diuinitus aliqua principia per que ita ordinetur ad beatitudinem supernaturalem: sicut per principia naturalia ordinatur ad finem cōnaturalē ⁊ felicitatem non tamen absq; diuino adiutorio. Et hec principia dicuntur v̄tutes theologice: tum quia habent deum pro obiecto: in q̄tum per eas recte ordinamur in deum tū quia a solo deo nobis infunduntur: tamē quia sola diuina reuelatione nobis in sacra scriptura he v̄tutes traduūt: ⁊ q̄uis ad deum naturaliter rō ⁊ uoluntas ordinētur: prout sunt nature principium ⁊ finis: fm eius proportionem nature: sed ad ip̄m fm quod est obiectum beatitudinis supernaturalis: ratio et uoluntas non ordinantur sufficienter fm suam naturam. Quāuis autem per naturalē inclinationē ordinetur homo in finem cōnaturalem seu beatitudinem: quo ad intellectum: per lumen naturale ipsius: quo ad uoluntatem per rectitudinem eius tendentis in bonum rationis: tamē hec deficiunt ab ordine beatitudinis supernaturalis: ⁊ perfecte iuxta illud .i. Corin. ij. Oculus nō uidit nec auris audiuit. Unde oportuit q̄ aliquid homini superadderetur q̄tum ad utrunq; ad ordinandum ip̄m in finem supernaturalem: ⁊ intellectus quidem ordinatur in ip̄m finem supernaturalem: per hoc q̄ adduntur homini quedā principia supernaturalia que diuino lumine capiunt: ⁊ hec sunt credibilia de quibus est fides Secūdo ordinatur uoluntas q̄tū ad illū finem: ⁊ quantum ad motum intentionis in ipsam tendentem sicut in id quod est possibile ꝓsequi quod pertiet ad spem. Et quantum ad unionem quandaz spiritualem: per quā quodāmodo transformamur in illum finem quod fit per charitatem. Appetit enim cuiuscunq; rei naturaliter mouetur ⁊ tēdit in finē sibi cōnaturalē: ⁊ iste motus prouenit ex q̄dam conformitate rei ad suum finem. Motus in finē vltimū est per spez: conformatio ad finem p charitatem. Est autem ordo hic inter ipsas q̄tum ad actus: nam q̄tum ad habitum simul ifūduntur. Ordine generationis: precedit fides: spez et charitatem: ⁊ spes charitatem. Non enim pōt motus appetitus in aliquid tendere: amando uel sperando: nisi illud sit apprehensum sensu uel intellectu. Per fidem autem aprehendit intellectus que sperat et amat. Et ex hoc q̄ aliquis sperat ꝺ aliquo: procedit ad amandum. Ordine autem perfectionis: charitas precedit fidem et spem: q̄ utraq; per charitatem formantur et habent perfectōnem uirtutis. Hec figurant per tres ciuitates refugij ultra iordanē: ⁊ tres citra iordanē: ad quas fugiens q̄ homicidiū fecerat a cāu: saluus erat a mōte corporali. Sic post baptismū inchoatū in iordane tempore gratie ⁊ ante. .s. in ueteri testamēto qui occidit animā suam per peccatū: uel etiā qui habet originale contractū ex primis parentibus: qui occiderunt humanum genus non hoc intēdētes saluari non potest de morte eterna: nisi reperiens se in istis uirtutibus ⁊ perseuerans. Qui enim habet unā perfecte: hz ⁊ alias signant: ⁊ p tres filios Job fm Greg. in primo ⁊ vltio moralium.

De acquisitione uirtutum: ⁊ quomodo sumatur medium in eis. Capitulum secundum.

De acquisitione uirtutū sciendum q̄ modus acquirendi uirtutes est triplex: seu tria debent seruari. Primū est appetitū dirigere. fm infectiuuz excludere. tertiū est mediū attendere. Et q̄tuz ad primum debet appetitum dirigere: ut. .s. ꝺriuz eius faciat: ad quod magis inclinatur ⁊ delectat ex natura sua infecta: ut si inclinat ex natura sua uel consuetudine ad unū uitium ad eius contrarium ad quod inclinatur nitatur. exēplum illorum qui dirigunt ligna distorta: qui in aliā partem torquent ꝺriam ut dirigant. Et sic intelligitur q̄ regnum celorum vim patitur: ⁊ uiolenti rapiunt illud Math. xi. Ista enim uiolentia infertur sibi ipsi quo ad appetituz sensualem. vnde ⁊ de pe. di. ij. Si quis semel: dicitur enim sic. Si quis semel notatus fuerit inuidie uel contentionis uitio: ⁊ rursus in hoc ip̄m inciderit: sciat se primam causam ex qua inuidia uel contentio nascitur in interioribus medulis habere reconditam. Oportet ergo eū per ꝺria atq; aduersa curari. i. per humilitatis exercitiū. Exercitia uero humilitatis sunt. si se uilioribus officijs subdat et ministerijs indigniorib⁹ tradat. Ita nanq; arogātie et humane glorie uitiū euitari uel curare poterit: ut in consuetudie humilitatis affectus ultra iam non incidat i arrogātie: ⁊ uane glorie delicium. Et in singulis uitijs similis cura adhibeatur: hic ibi. Quantuz ad secūdū qui uult fieri uirtuosus debet infectiuum abijcere. Nō enim possumus in delectationibus diu morari quin gratulemur in eis: et ideo eas in principio uitare debemus exemplo philosophorum seu probozum uirorum urbis troiane: q̄ iudicabant helenam mulierem pulcherrimaz: quā scilicet rapuit Paris: ut pestem fugiendam. Sic ⁊ nos omnes corporales delectatōnes abijciamus quia tunc uel nihil uel parum peccabimus. Naz concupiscentia delectationum in plura peccata iducit. Tertio debet mediuz attendere hoc autem facit q̄ ab extremis que sunt uitiosa recedit. ⁊ precipue quando recedit ab extremo quod magis medio opponitur: sicut si quis uult ad fortitudinem peruenire oportet q̄ magis recedat a timiditate: que magis opponitur fortitudini q̄ ab au

dacia. Hec beatus. Thomas i scripto super libꝝ ethicorum.

Et nota ꝙ omnis .§.I.

uirtus aliquo modo consistit in medio: sed ñ uno ⁊ eodem modo. Nam uirtus moralis consistit in medio rationis: secundum ꝙ medium rationis dicitur id quod ratio constituit in aliqua materia: siue circa actiones ut in iusticia. quod etiam dicit medium rei: siue circa passiones ut in temperãtia ⁊ fortitudine: quod dicitur solum medium rationis ⁊ non rei. Et pro huius declaratione dicit beatus Thomas prima secunde. q. lxiiij. articulo. i. Quod uirtus de sui ratione ordinat hominez ad bonuz. Moralis autem uirtus proprie est perfectiua appetitiue partis anime secunduz aliquã determinatam naturam. Mensura autez etiam appetitiui motus circa appetibilia est ipsa ratio. Bonum autez cuiuslibet regulati et mensurati in hoc consistit: ꝙ conformetur sue regule et mensure: sicut bonũ i artificiatis est: ꝙ consequat regulam artis. Maluz autem per consequens in hoc ẽ: ꝙ discordat a regula et mensura sua: quod quidem cõtingit dupliciter. Uel per hoc ꝙ superexcedit mensuraz: uel per hoc quod deficit ab ea: sicut manifeste in omnibus regulatis et mensuratis: et ideo patet ꝙ bonum uirtutis moralis consistit in adequatione ad mensuram rationis. Manifestum est autem: ꝙ inter excessum ⁊ defectuz medium est equalitas siue conformitas. prudentia aũt q̃uis sit intellectualis uirtus habet idem medium quod et moralis. scilicet rectitudo rationis: sed in hoc differunt: quia prudẽtie est istud medium ut regulantis et mensurantis. uirtus autẽ moralis ut regulate et mensurate ⁊ similiter excessus et defectus. Aliarum autem uirtutum intellectualiuz: ut scientia sapientia ⁊ intellectus: bonuz cõsistit in quodam medio per conformitatem ad ipsã rem ꝑm ꝙ dicit esse quod est: et non esse quod non est: in quo rõ ueri consistit. Excessus ãt eiꝰ ꝑz affirmationez falsaz: per quã dicitur esse quod ñ est. Defectus ꝑm negationẽ falsã per quam dicit non esse quod est. Res. n: est mensura intellectus nostri ut dicitur. x. metha. Ex eo enim ꝙ res ẽ uel non est dicitur esse ueritas i oppinione et oratiõe nostra. Uirtutes etiam theologice possunt dici consistere in medio: sed nõ ita proprie ⁊ per se: sed per accidens: nã mensura propria earum ⁊ regula est deus: fides eni nostra mensuratur ꝑm ueritatẽ diuinã. Spes ꝑm magnitudinez potẽtie eiꝰ Charitas ꝑm bonitatez eius. Et ista est mensura super excellens oẽm facultatez creatã. Unde nunq̃ potest hõ tãtum diligere uel sperare uel credere in eun quantuz debet. Et sic non potest ibi esse excessus: sed q̃to plus tanto melius. Sed considerãdo mensuraz haruz ex parte nostra. uidelicet ꝑm ꝙ congruit conditioni nostre: possunt considerari medium et extrema ex parte nostra. Nam i dilectione excessus si quis diligeret plus ꝓximuz q̃ debet. puta cõmittẽdo peccatũ pro salute ipsius. Defectus cuz odit uel inuidet et huiusmodi. In spe: defectus est per desperationẽ: excessus per presumptionem. In fide: ut inter contrarias hereses et arianoꝝ ⁊ sabellianoruz uel nimis leuiter credẽ ⁊ difficiliter rationabilia credere et dubitare. In prudentia excessus nimia solicitudo uel nimis inuiti sensui suo: defectus: negligentia: et inconstantia. In iusticia: in distribuendo nimis dare: uel nimis paruz. In liberalitate que est pars iusticie excessus est: prodigalitas: defectus: auaritia: in fortitudine nimia audacia uel intimiditas: defectꝰ pusillanimitas. Intẽperantia: gula: luxuria et huiusmodi: defectus insensibilitas. puta non sumendo necessarias delectationes. Et sic possent assignari in alijs. Multa autem solẽt occurrere homini impedimenta in uolendo tenere medium. Sed dicit Gregorius. vij. q. i. Aduersitas que bõis uotis idest propositis obijcitur: probatio uirtutis ẽ: nõ iudiciuz reprobationis: unde non dimittendum Figura habetur: cũ populus dei in deserto uellet ire recto itinere: non declinando ad dexteram uel sinistram: ad terram promissionis: obstiterunt reges Seon ⁊ Basan. Sed pugnantes contra eos ⁊ uincentes: prosecuti sunt iter rectuz. Ad tenenduz uiã medij. idest virtutuz: inducunt multe auctoritates: ut illud ps. lxxiij. Deus autem rex nr̃ a seculo operatus est salutem in medio terre. i. creature rationalis: per uirtutez que consistit i medio vnde dicit dñs scietis quia in medio israel ego sũ Johel. ij. et Aggei. ij. Spiritus meus in medio vestri. dicit dominus. Hec est enim uia per quã ibãt uacce que trahentes archam domini gradiebant uno itinere non declinantes neqꝫ ad dexteram neqꝫ ad sinistram: ut habetur primo. R. vi. c. Unde sapiens medium tenuere beati. Et i signum huiꝰ legitur Jo. xx. ꝙ resuscitatus christus stetit in medio discipulorum suorum. Et Lu. ij. Inuenerunt eum in templo in medio doctorum: ⁊ in cruce in medio latronum.

Que bona operentur in nobis uirtutes.
Capitulum tertium.

E operatione uir

tutum. Operantur enim in nobis. A malo exclusionẽ. In ꝑlio triũphationẽ. Et i celo ꝑmiationẽ. vñ apl's ad has iuitãs dic ad ro. xiij. iduamur ãma lucis. respcũ ꝑmi dicũt

indumenta respectu secundi arma: respectu tertij lucis. Primo ergo uirtutes excluduntur a malis. Un dicuntur indumenta. Et habit' dicũt idumẽta. quibus tecti excluditur a confusione nuditatis et turpitudinis Apocalipsis. iij. Uestimẽtis albis induaris idest ueris uirtutibus: ne appareat confusio nuditatis tue. Hic ꝛ Ambrosius de peni. distinctione. ij. Sapiens nũquam est inanis idest nudus: sed semper habet in se amicum prudentie: q̃ potest dicere: iusticia uestiebat. Ue nanq; sunt eterne mentis uelamina: que nullus perdit nisi volens: his expoliatis Adam cognouit se nudum: hec ibi. Excludit autem uirtus non solum culpã sed ꝛ penam ꝛ tristitiam. Et culpam quidem excludit uirtus: vt suum contrarium. Contraria. n. simul inesse non possunt. Quelibet enim uirtus habet uicium aliquod sibi directe contrariuz: ut luxuria castitatem: auaritia liberalitatem et huiusmodi. Uirtus autem infusa excludit omnem actum peccati mortalis: quia quodlibet sibi contrariatur: uel directe uel per quandam consequẽtiam. scilicet rationem connexionis earuz Peccata autem uenialia non excludit uirtus. Excludit secundo penam. Nam quãuis quis habeat uirtutem. oportet q̃ faciat sibi uiolentiam in operando. Patitur enim quandam penam ꝛ difficultatem in actu bono: sed habita uirtute: operatio secundum ipsum est delectabilis. Unde Sapiens dicit. q̃ signum generati habitus est delectabiliter operari: et sic excludit penam difficultati Penam etiam de commissis peccatis diminuit vꝫ tus per actum suum qui non solum est meritorius: sed etiam satisfactorius. Excludit etiã tristitiã uirtus. Uirtuosus enim non contristatur de opere uirtuoso: sed gaudet. Unde dicit Augustinus de peni. distinctione. iij. Si apostolus. Dinc semper doleat ꝛ de dolore gaudeat. quia scilicet dolõ de peccatis est actus uirtuosus. Tristatur autem de his qui uirtuti repugnant aliquo modo .s. de peccatis suis uel aliorum: ut Ezechias cum fleuit fletu magno Isa. xxxviij. Et samuel peccata saul. i. Ꝛ. xv. uel alijs miserijs. Moderate tamen semne incidat in desperationem ut Judas qui pre tristicia laqueo se suspendit Math. xxvij. Non sic Petrus negans: non sic Dauid de morte pauuli filij primo. Ꝛ. xij.

Secundo operatur. §. I.

in bello uictoriam ꝛ defensionez. Unde dicuntur arma. Unde apostolus Arma uestra non sũt carnalia: sed spiritualia: ad destructionem inimicoꝝ ad Ephe. vi. declarat ipsa arma: dicens. Induite loricaz iusticie. In omnibus sumentes scutum fidei ꝛc̃. Et galeam salutis assumite et de alijs albi scribitur. Ad hoc fac̃ quod habetur. xxiij. quest: one. i. nisi. Quattuor autez sunt inter alia tela et iacula: quibus in presenti uita ab hoste inuadimur ꝛ percutimur. scilicet stultitia: iniustitia inconstantia: ꝛ concupiscentia. Per oppositum quattuor sũt arma quibus protegimur ꝛ pugnamus. scilicet prudentia contra stultitiam: iusticia contra iniusticiaz: fortitudine contra inconstantiaz: temperantia contra concupiscentiam. Hec est sententia Hieronymi. Sed adhuc potiora sunt arma. Scutum fidei. galea spei salutis: ꝛ gladium charitatis: qui gladius in uisione figurata fuit ostensus Jude machabeo: aureus tamen ut dictum est ei: in hoc signo uinces. idest machabe. Et apostolus ij. ad Corintio. vi. Per arma iustitie a dextris ꝛ a sinistris: iusticia est omnis uirtus: uerum habendo omnes uirtutes has: adhuc indigeremus adiutorio christi. Et hoc oportet nos cognoscere ex humilitate: ꝛ uiriliter resistere. Et in hoc habem' figura in dauid: qui bellans contra gigantem goliat cum baculo et funda et lapide eum occidit. primo. Ꝛ. xvij. Goliat significat diabolum: qui terribilis ꝛ fortissimus est: bellando ergo contra eum. cuz scilicet tentat: debemus uti baculo crucis: ad crucifixuz recurrendo. Funda que est uilis est humilitas que debet adesse: cognoscendo nos miseros idest infirmos: Lapis est uirilis resistẽtia. Exẽpluz in machario cui dixit diabolus: q̃ soluz humilitas sua eum uincebat.

Tertio operatur i. §. II.

celo premiationem. Unde dicuntur lucis arma: non solum quia faciunt hominem luminosuz interius in anima et exterius in conuersatione iuxta illud. Luceat lux uestra coram hominibus. Mathe. v. c. et pulchrum diuersis coloribus uirtutum. Humilitas enim ponit nigredinem: charitas rubedinem: sapientia aureum colorem: fortitudo uiridinem: temperantia albedinem: prudentia iacitinum: Sed etiam dicũtur lucis arma quia perducunt ad lucem superne gratie. Unde Gregorius super ezech. homel'. v. Justi quia usq; ad finem uite proficiunt in uirtute: ad perfectum diem tunc ueniunt: quando ad regna celestia perducti: in ea luce quam desiderant iam minus aliquid non habebunt de peni. distinctione. ij. Non reuertebantur. Et hoc dicit exponens illud. prouerbiorum. iij. Justorum semita quasi lux splendens proficit et crescit usq; in perfectum diem. Et quanto quis fuerit uirtuosior: tanto in patria splendidior. Stella enim differt a stella in claritate primo ad corintiorum. xv. hoc autem faciunt uere uirtutes: non ficte per hypocrisim: que non uere lucent. Unde Grego. de pe. di. Mũd ul' fm

aliam litteram citius incipit capitulum illud. Sepe homo multis occulte peccatis inuoluitur: et in una aliqua uirtute magnus uidetur: que ipsa quoq; uirtus inuanescens deficit: quia dum innotescit hominibus: procul dubio laudatur: eiusq; fauor inhianter appetitur. Unde fit ut ꝛ ipsa uirtus ante oculos dei uirtus non sit: dum abscondit quod displicet ꝛ prodit quod placet: quod intelligendū uidetur quando hoc fit per hypocrisim: de q̄ ibi loquitur Gregorius: et subdit exempla. Latet plerunq; superbia ꝛ castitas inotescit. Atq; ideo oñ sa diu castitas circa finem uite perditur: quia ꝑ ta superbia usq; in finem uite incorrecta retinetur ꝛc̄. Ponit exemplum etiam de misericordia ꝛ patientia: ꝛ in fine capi: dicit. Iccirco autem uirtutū iter non peruenturi inchoant: ut eis qui peruēturi sunt: uiā quā gradiant oñdant: quorum casus utilitate non modica electorum prouectibus seruit quia illorum lapsum dum conspiciunt: ꝺ suo statu contremiscunt: et ruina que illos damnat: istos humiliat: hec ibi.

De inequalitate receptionis uirtutum: ꝛ quo modo sunt gradus in ipsis.

Capitulum quartum.

E inequalitate re

ceptionis uirtutum. Sciendū q̄ unꝰ habet uirtutes magis intense q̄ alter ꝛ non equaliter. Et unus et idem potest habere ꝟtutes magis intensas et perfectas uno tempore q̄ alio. Et idem etiam uno ꝛ eodez tempore potest habere uirtutem aliquam perfectius ꝛ plenius q̄ alias: non secundum habitum: sed secundum inclinationem nature et apparentiam exteriorem: per maius exercitium. Quantum ad primuz q̄ in uno sit maior uirtus q̄ in alio: patz propter quattuor rationes. Primo propter meliorem dispositionem: in q̄tum unus est melius dispositus ex naturali complexione ad unam uirtutem q̄ alius: sicut flegmaticus est magis dispositus ex complexione ad mansuetudinem q̄ colericus. Et sic potest intelligi illud Sapientie viij. Sortitus sum animam bonam q̄tum scilicet ad inclinationem ad uirtutes ex bona corporis complexione.

Secundo propter maiorem assuefactionem: in q̄tuz unus magis assuescit ad uirtutes seu magis exercitatur in bonis operibus: q̄ alius. Consuetudo enim dicitur quasi altera natura. Et sic ex frequentia bonorum operum magis firmatur et intenditur habitus uirtutuz: unde Cyprianꝰ Gratia spiritualis que est in baptismo equaliter a credentibus sumitur in conuersatione atq; actu nostro postmodum uel minuitur uel augetur: ut in euangelio dominicum semen equaliter seminat: sed pro uarietate terre assumitur. aliud in multi formen copiam uel trigesimi uel sexagesimi uel centesimi numeri fructum exuberanter cumulatur. de conse. distin. iiij. nec quēquā. a gratia autem ꝑcedunt uirtutes infuse. Tertio potest esse magis perfecte uirtus in uno q̄ in alio: propter maiorem discretionem: in q̄tum unus habet perspicatius iudicium rationis q̄ alius. Ad quod potest induci illud de talentis Math. xxv. Unicuiq; dedit secundum propriam uirtutem. scilicet capacitatis ceteris paribus. Quarto propter maiorem infusionem scilicet diuine gratie. Et ista est principalior ratio. Magis enim infunditur vni ꝺ uirtute quā alteri: secundum maiorem intensiōez seu perfectionem. Et hoc principaliter ex beneplacito dei. Secundum illud Ephe. iiij. Unicuiq; data est gratia secundum mensuram donatōis christi: ꝛ secundario secundum conatuz hominis ad preparandum se ad ipsam: qui etiam conatus ex dei dono procedit. Quantum ad secundū. In uno ꝛ eodem diuersis temporibus potest esse uirtus maior ꝛ minor. Nam gradus multiplices sūt in uirtutibus: ad quos potest quis de die in diem proficiendo ascendere. Quod diffuse declarans. Grego. super Ezech. Et habetur de pe. di. ij. quū sanctam ecclesiam sic ait. Unaquecq; uirtus quasi quibusdam gradibus augetur: ꝛ sic per incremēta meritorum ad summa perducitur. Alia nanq; sunt uirtutis exordia: aliud uirtutis profectus aliud perfectio. Et hoc probat idem Gregorius in dicto ca. per auctoritates ꝑs. ubi ait. Deus in gradibus eius cognoscetur secundum aliam litteram nam nostra trāslatio habet: deus in domibus eiꝰ cognoscetur. Et Job. xxxi. Per singulos gradus meos pronuntiabo illum idest per singula incrementa uirtutum que a deo accipio laudez deo tribuam. Inducit etiā parabolaz que habet Mat. iij. de semine iactato in terram: quod cum ortuz fuerit. primo facit herbam: deinde spicam: demū plenum frumentum in spica. Semen iactatur in terram: cum propositum concipitur in corde boni operis: per semen infuse uirtutis. Quod ortuz est herba: per principium boni opis executi. Spica per profectum plenum frumentum per perfectionem: tandem per falcem mortis collectum in horreum superne patrie reponitur: iuxta illud. Triticum autem congregate in horreum meum Meth. xiij. Ponit etiam Grego. exemplū de beato Petro qui fuit quasi herba ante passionē conculcatus pede timoris quasi spica tempore resurrectionis: plenum frumentum post penthec. Dicē etiam Gratianus de peni. di. ij. Charitas ē aq̄ i si. illius ca. q̄. Nemo repēte fit summus: sed a minimis quisq; inchoat ut ad maiora perueniat. Itez nota q̄ nūq̄ potest aliquis ita augeri in uirtutibꝰ qui possit adhuc magis perfici: exceptio christi q̄

sūmā plenitudinē accipit q̄tū creatura est capax. Unde ꝺ eo intelligitur illud Joannis primo. Nō ad mensuram dat deus spiritum: ideſt eodez modo tantam mensuram sicut omnibus alīs et sanctis et angelis sed quasi infinitam. Et quanto q̄s magis perficit: minus videtur sibi habere q̄a magis cognoscit quod sibi deest ad quod potest pertingere. Et sic intelligitur illud Ecclesiastici. xviij Cum consumauerit hō tūc incipiet: scilicet secundum estimationem suam. Quantum ad tertium nota q̄ omnes virtutes in vno homine pro eodem tempore sunt equaliter intense secundum beatum Thomam. prima secūde. q. lxvi. articu. ij. et. iij. Quamuis enim vna sit excellentior alia inter se eas comparando sicut charitas maior fide: z spe z alīs z prudentia excellentior alīs cardinalibus: tamen secundum participationez subiecti prout scilicet intenduntur vel remittuntur in subiecto: omnes virtutes huius hominis sunt eq̄les equalitate proportionis in quantuz equalitez crescunt proportionaliter in homine. Sicut digiti manus sunt inequales secundum quantitatem sed sunt equales secundum proportionem: cum proportiōaliter augeantur. Unde et Augustinus in libro de trinitate dicit: q̄ quicunq; sunt equales in fortitudine: sunt equales in fortitudine et tēperantia: z sic de alīs. Q̄ autem vnus sanct⁹ laudatur magis de vna virtute q̄ de alīs: vt abrahā de fide: Moyses de mansuetudine: Job. de patiētia: z sic de alīs: z de quolibet confessore cātatur in ecclesia. Non ē inuentus similis illi ꝛc̄. eo q̄ habuit prerogatiuam alicuius virtutis: hoc est propter excellentiorē prōptitudinē ad actū tal⁹ vtutis quod potest procedere vel ex natura: vel ex cōsuetudine: vel ex gratia. Ex quolibet autem actu virtutis non augetur: Sed vel augetur: vel saltem disponitur ad augmentuz: sicut gutta cauat lapidē non vno ictu sed sepe cadendo. Similiter p actuz maluz corrumpitur virtus: vel disponitur ad corruptionem: vt per cessationem a bono opere: vel negligenter faciendo: z tunc dicitur diminui. Et de his habes infra in tractatu de charitate. c. i.

De connexione virtutum vtruz sic sunt cathenate ad inuicē. vt vna sine altera haberi nō pōt.

Capitulum quintum.

Et connexione uir

tutum. utrum scilicet omnes sint connexathenate ad inuicem: ut una non possit haberi sine altera. Ad quod dicit beatus Thomas prima secunde. questione. lxv. articulo primo q̄ quantum ad uirtutes intellectuales clarum est q̄ non sunt connexe ad inuicem: nec etiā cum alīs uirtutibus. Et ratio est. Quia sunt circa diuersas materias ad inuicem non ordinatas: z ideo non inuenitur in eis connexio. Quod patet ex hoc: quia habens scientiam non habet sapientiam: et habens vnam scientiam non habet aliam: et habens artem non habet scientiam: et habens artem uel scientiam non habet vtutes morales nec theologicas: Quantum autem ad cardinales virtutes conchatenate quidem sunt: secundum suum esse perfectum: Nam ut dicit idez ubi supra uirtus moralis potest accipi dupliciter Uno modo imperfecta. Alio modo perfecta. Et imperfecta quidem nihil aliud est: q̄ inclinatio quedam ad faciendum aliquod opus de genere bonorum: siue talis inclinatio insit nobis a natura: siue ex assuetudine operum. Et hoc modo virtutes morales non sunt connexe. Uidemus enim aliquem promptum ex complexione corporis uł assuetudine ad opa liberalitatis qui tamen non est promptus ad opera castitatis. Perfecta autē uirtus moralis est habitus inclinans ad opus bonum bene agendum. Et secundum hanc acceptōnem: sunt uirtutes cardinales omnes connexe. Et hoc est quod dicit Gregorius in. xxij. moralium: q̄ vna uirtus sine alīs: aut omnino nulla est: aut imperfecta est: huiusmodi connexionis ratio est secundum philosophum: quia nulla uirtus mōalis potest sine prudentia haberi: eo q̄ propriū virtutis moralis sit facere electionem rectaz: cum sit habitus electiuus. Ad rectam autem electionem non sufficit inclinatio in debitum finem: quod est directe per habitum uirtutis moralis: sed etiam q̄ aliquis directe eligat ea que sunt ad finem: qō fit per prudentiam: que est consiliatiua: iudicatiua: z preceptiua: de his que sunt ad finem. Similiter prudentia haberi non potest nisi habeantuz cetere uirtutes morales: cum prudētia sit recta ratio agibilium: que sicut ex principijs procedit ex finibus agibilium: ad quos aliquis recte se habz per uirtutes morales. Et sic patet eas esse connexas. Uirtutes tamen ille que non perficiūt hominem secundum communem statum. ideſt quātum ad ea que communiter in omni uita hominum occurrunt agenda: sed perficiunt secundum eminentem statuz: ut magnificentia magnanimitas: uirginitas: in q̄tum acquisite non sunt connexe cum moralibus secundum habitum sed scōm ꝓpinquā potētiā: qz. ſ. de facili ab habētibus ipas morales per exercitium acquiri possunt. Non solum āt sūt cōnexe ad inuicē cardinales: sed etiam si sint infuse sūt ꝓnexe cū theologicis z cū donis. Neq; n pfecte sūt ipe cardinales pfectione. ſ. ducēte in ultimū finē: nisi fuerit cū fide: spe: z charitate. Et cū dicit propſp: q̄ ois vtus pp charitatez potest esse communis bonis z malis: loquitur de

vtute imperfecta: ut sunt acquisite siue infuse. Acquisite enim ñ sunt connexe cum theologicis. Quantum autem ad uirtutes theologicas sciendum: ꝙ sunt connexe ad inuicem secundum suuz esse perfectum. Nam secundum imperfectum esse ⁊ informe: possunt esse fides ⁊ spes sine charitate: sed actus earum non sunt perfecti: nec meritorij. Charitas autem sine fide ⁊ spe esse non potest. Sed cum fides ⁊ spes sunt formate per gratiaz sunt connexe ad inuicem sunt connexe theologice cardinalibus infusis. Cum enim in lege diuina dentur precepta de actibus cardinalium et christus dicat. Joan. xiiij. Si diligitis me mandata mea seruate: qui habet charitatem implet illa mandata que dantur de actibus illarum uirtutũ

ginale principiū est deus: a quo ois lex contētiua iustitie initiū hz. Ubi sciēdū est ꝙ sicut dicit Aug. i. li. de libero ar. Sūma rō i deo exīs ē lex eius: que eterna dicit. Cui sēp obtēperādū ē: qz iustū ē quic q̄d ab eo ordinatur. Hz aūt dicta lex quandā iustitiā distributiuā: ꝑ quā vnāquāq; rē in quodaz diguiori gradu constituit. Uñ dicit dio. i li. de diuinis no. Oportet uidere in hoc eē uerā dei iustitiā: ꝙ omnibus tribuit ꝓpria ꝑm vnī⁹ cuiusq; existentiū dignitatē. Uniuscuiusq; naturā i proprio soluat ordine ⁊ vtute. Ab hac aūt lege dei eterna ō riuatur lex naturalis: que nihil aliud est q̄ q̄dam eius impressio in re creata: per quā ad finē ōbitū iclinatur. Ex quo manifestū est ꝙ oia aliqualiter legem eternā pticipāt: i quātū ex eius directione: vel ipressione i fines proprios actus suos ordine debito dirigūt. Inter ceteras autē creaturas homo excellētiori mō hāc legē pticipat: cū ipse sit ꝓuidētie pticeps: utpote sibi ⁊ aliis ꝓuidere ualens. Et ió in homine hec pticipatio siue impressio ꝓpe dī lex naturalis. In alijs uero rebus magis ꝓprie dē instinctus nature siue uis insita reb⁹: q̄ lex que ꝓprie in ratione consistit. Est. n. lex quoddaz dicta mē rōis practice. Hec quidem lex naturalis in homine nūq̄ extiguit q̄n semper in malo remurmuret ⁊ ad bonū ipellat. Unde eī generale preceptū ē: ꝙ omne bonū faciēdū ē: ⁊ omne malū uitandū ex quo alia precepta nature deriuantur. Puta ꝙ parentes sit honorādi: ꝙ non est ꝓmo iniuriā dī: nec quātū ad personam. Unde dicit. Non occides Nec tm̄ quocūq; ad personam: vnde dicit. Nō furtū facies: ⁊ sic ō alijs. A lege aūt naturali lex humana deriuatur sic dicit Tulius in sua rhetorica. Regula. n. humanorū actuuz ē rō naturalis Nam i tantū in eis iustū seu regulatū inuenitur i q̄tum de ratione participant. Ex ea. n. humane operationes ordinātur ⁊ dirigūtur. Lex ergo humana siue ciuilis humanorū actuū directiua a lege naturalis rōis ortū hz: harū legū ꝑcepta deus pplo iudeorū seruanda mandauit. Sed differēt ꝑm ꝙ utrīq; legi congruebat. Nā ꝑcepta moralia uoluit ab omnibus ⁊ omni tpe obseruari. Unde nō solū iudei: sz etiam cetere nationes ad eozū obseruātiā obligabātur. Sūt nāq; naturaliter ipressa hūane mēti: ⁊ ideo precepta legis nature uocātur: sicut ꝙ parentes sūt honorādi: ꝙ non est occidendum: non furandū: ⁊ sic de alijs. Hec quidem precepta eadē sūt apud omnes ⁊ ūmutari nō pñt. In cui⁹ rei signū mādauit deus moysi: ꝙ dolaret duas tabulas lapideas in quibus scripsit verba. i. precepta decem digito suo tāq̄ perpetuo duratura. Et q̄tū ad hoc dicitur Baruch. v. hic est liber mādatoz dei ⁊ lex q̄ ē in eternū. Precepta vo iuris positiui ab illo solo pplo ꝑ tempore obſuāda distinxit deus dupl'r. Nā quedā dedit pertinētia ad cultum diuinū que dicūt ceremonialia. Et ista licuit seruare usq; ad christū seu christi passionē nō aūt post. Consumata enim ꝟitate de christo iā icarnato ⁊ passo: debuit cessare figura sacrificiorum que mysteria incarnationis christi futura signiſicabāt. Alia uero precepta dedit de' pertinētia ad iustitiā ciuilē: que dicūt iudicialia. Et ista ēt sūt euacuata ꝑ christi aduētū. vñ ñ hñt ui obligādi. Quia tm̄ ista ꝑcepta ñ erāt ꝓncipal'r instituta ad figurādū christi mystēia: sz solū ad disponēdū ciuil'r statū isti⁹ ppli: ió absq; pcō possit aliquis ꝓnceps i suo regno ea tāq̄ ꝓ seruādis legib⁹ statuere: ꝑm qō iudicaret pplo expedire. De ceremonialibus ꝟo hoc fieri ñ posset absq; pcō ⁊ fidei ꝓiu dicio: cū hꝫ solū ad significādū christi mysteria futura fuerit ūstituta. Obseruator. n. hoz ꝓceptoz ipso facto diceret christū i carne nōdū uēisse: sz vētuz eē. Et sic pz dīa iter legē naturalē q̄ semper ē ūmobilis: ⁊ legem humanam que ex diuersis cāis mutari potest. A lege ergo naturali vna ūmobili

pmanente: deriuatur lex humana que multipliciter apud diuersos uariari potest ꝑm qꝰ itellectus hois alia ⁊ alia regendis pꝑlis iudicat expedire.
Sciendū est aūt ꝙ a lege naturali aliqō duplicit pōt deriuari. Uno mō per viā illationis: sicut ex ꝓncipijs deriuantur conclusiōes: vt pz ex hoc ꝓuerbio. Si ab equalibus equalia demas: que rēanent sūt equalia. Elicit geometria cōclusionē sic inferendo. Ergo si ab equalibus lineis equales. partes auferas que remanēnt sunt equales. Per quē modū ab eo qō dī: Nulli malū ē iferendum: qō est primū ꝓncipiū legis naturalis: deriuat conclusio talis ergo non est furandū vel non ē occidēdū alio modo a lege naturali aliquid deriuat per viā determiationis: sicut a forma cōi domus quā artifex i mēte gerit fit q̄dam determinatio illi⁹ forme ad talem figuram puta triangularem vel quadrāgularē: ⁊ hoc fit per voluntariam applicatōem artificis ad debitā māz: per quē modū ab eo qō lex nature absolute dicit. ſ. ꝙ ille qui peccat puniatur. Deriuatur quasi quedam contractio seu determinatio iuris: quam habet facere princeps legem statuens. ſ. ꝙ tali pena vel modo puniat. Hic autem duplex modus dīnter in lege humana continetur. Nam ea que sunt primi modi uidelicet q̄ a lege naturali deriuantur ut conclusiones: ita in lege humana continentur ꝙ uigorem habent ex lege naturali. Unde eius precepta eadem manent apud omnes: ut parentes esse honorandos: pacta esse seruanda: furta non cōmittenda: ⁊ sic de alijs que ad ius gentium pertinere noscuntur. Est enīz ius gentiū ius naturale solū in humana natura ꝛepertum. Unde nō dīt a iure nature cōmuniter dicto: nisi sicut species a genere. Jus.n. naturale generaliter sūptum: est quod natura: animalia omnia docuit. Ea vō que sunt ſi modi: videlicet que a lege naturali deriuantur vt determinationes: ita in lege humana continētur: ꝙ solū ex ea uigorem hñt: sicut ꝙ taliter peccās tali pena puniat: uel tali morte moriatur. Est vlterius sciēdum ꝙ licet humane leges intendant homies inducere ad vtutē iustitie: ſz qō est bona qualitas mentis. sub carū tñ ꝓcepto cadit solū exterior iustitie obseruātia: qua extrinseca hōis actio ad alteruz ordinetur. Non.n. precipit ꝙ ille q̄ iusta agit ex habitu interioris iustitie operetur: licet hoc intēdat. Precipit autem ꝙ iustitie opera faciat. ſ. ꝙ opera fortis exerceat. patriā defēdat: primū ñ ledat: nocumēta extrinseca ñ iferendo: ꝙ quis facē potest carēs habitu uirtutis. Et talis dicetur seruare iustitiaz legalē. Patet ergo: ꝙ lex humana solum se extendit ad exteriora hominis opera puniēda uꝰ premiāda: ñ autem ad interiora cordis occulta regulāda. Ut āt homo nō solum in actibus exterioribus: sed etiam in motibus interioribus rectus existēt: necessariū fuit ad hominis perfectionem legem diuinā habere: que nō solū manifesta uitia sed etiā occulta soli deo cognita prohiberet: ut sic homines nō solū adinuicē per legem humanam sed etiā ad deū ordinarentur per legē diuinā in q̄ dictū est. Nō cōcupiſces: ⁊ sic patet ꝙ lex diuia q̄ usq; ad cōsciētie puritatē se extendit: motus uitiosos repellēdo: iustitiam que est bona qualitas mētis in homine causat. Nec fiat vis quō sumaē iustitia: siue particularis cōdiuisa alijs tribus uirtutibus cardialibus: que tm̄ homiez i ordine ad alium perficit. Siue largius dicatur pro ipsa hominis iustificatione: que hominem perficit tam i se q̄ in ordine ad deū. Ad utrunq; enim iustitia legalis disponit.

Principiuz impe. §. II.

rationum iustitie. qō ꝓ loco restat declarare: ē. ipārū legū positiuus: ut puta imperator uel princeps ex cui⁹ auctoritate subditi ad iustitiā legis obſuā dam iducuntur. Ubi sciēdū est ꝙ princeps ſz ꝙ dicit phs est quedam lex animata ad quā subditi respiciūt sicut ad quoddam exemplar. Unde cōueniens est ꝙ ipse omni uirtute legalis iustitie polleat: maxime cū alijs habeat eaz ꝛperare. Precipit.n. opera fortitudinis: puta ꝙ nullus de acie fugiat. Similiter opera temperantie. ſ. ꝙ nullus adulteriū cōmittat. Opera māsuetudinis. ſ. ꝙ rixe non fiāt in ciuitate: ⁊ sic de alijs vtutū actibus. Inconueniēs ergo ē ꝙ his vtutibus careat quas ab alijs seruari iubet. Multum.n. prouocant subditos: facta presidentis. Uñ claudianus ad theodosium dixit. Facta valent plus ꝙ iura regētis. Mobile mutatur semp cū pricipe uulgus. Debet ergo princeps nō tā imperādo ꝙ operādo ad bona subditos puocare. Nobilis princeps Gedeon hoc legit obseruasse. Qō me inquit facere uideritis hoc facite Judicū. vij. Licet autem princeps i omi virtute legalis iustitie exēplarem se debeat exhibere.

Precipue tamē ad tria dz studē. ſ. Ad sapiētiā acq̄rēdā. Ad auāritiā detestādā. Ad luxuriam fugiendā. Nam si sapiētie vocauerit eius ītellectus: illuminabitur vt cognoscat quō vel q̄d subditis precipiat. Si auaritiā detestabitur eius uolūtas retificabitur vt a vero ñ diuertat: si luxuriam fugiat: eius ratio cōcupiscibilis edomabitur. vt iudiciū pasio nō corrūpat. Primo ergo dz princeps circa sapiētiam versari ad itellectus illūi natiōem. Ubi sciendū est ꝙ iter alias sapiētis prorogatiues ponūtur a phō i pri. meth. Una ē ordiare. Et hec maxie necessaria est pricipi: qui subditos habet i finem aliquem ordiare ad quē perducere non potest nisi per conuenientia media fini accomodata. Finis āt rei publice in quem populꝰ est ordinandus: est pax tēporis. Media aūt huic

fini conueniētia: sūt legū ⁊ statutoꝝ moderata di
sciplina: officiorū cōia ꝓportiōata distributio: bo
norum premiatio: transgressorū pūitio: ⁊ alia hꝫ
Hec āt magnam sapiam in ꝓsidēte requirūt. Alī
oquin si princeps sapia careat: erit sicut furiosus
gladium portās in manu: qui ex ipetu furie mlta
mala operatur. Sic ⁊ princeps auctoritatem ha
bens: ⁊ rōe carens: iudiciū peruertet ⁊ tyrānidez
exercebit ut uerificari possit q̄ sapiēs deplorat.
Eccs. iij. Uidi inquit in loco iudicij impietatem:
⁊ in loco iusticie iniquitatē. Quia autem ꝓnceps
nō pōt per suam sapiam oia cognoscere: que pūt
expedire regimi. ideo necesse est ut habeat prudē
tes consiliarios quorū consilio dirigat. Plus eniz
rempublicā iuuāt prudētū consilia: q̄ bellātium
arma. Juxta illud Eccs. ix. Melior ē sapiētia q̄
arma bellica. Dicit Tul. in li. de senectute: q̄ dan
tes consiliū i republica: plus agūt q̄ alij. Sūt eniz
sicut gubernātes i naui in q̄ alij sentinā exhauriūt
alij currāt ꝑ eā: alij malos expādūt. Gubernator
vo tenēs clauū ⁊ quietus sedēs in puppi: mlta ma
iora ⁊ meliora facit. Scōo oz ꝓnceps auariciā
detestari: ad rectitudinē uolūtatis hūdā. qz eniz
in diuitijs bonū utile consideratur: iō ad eas desi
derandas facilr appetit' inclinatur. Appetit' aūt
inclinatus ad aliud iudiciū rationis puertit a re
ctitudine equitatis: Propter quod cauendum est
principi ne ad munera iclineť. Unde Exo. xxiij.
oz. Non accipias munera que excecāt etiā pruden
tes: ⁊ peruertūt uerba iustorū. Prudenť consulu
it Jethro moysi cognatus uel socer ei⁹. Prouide
inquit de omni plebe uiros potentes ⁊ timētes de
um in quibus sit vītas ⁊ qui oderint auaritiam ⁊
constitue tribunos ⁊ centuriones. Exo. xviij. Se
quuntur etiā infinita mala ex cupiditate ꝓncipis
Fit enī pecūiarū iprob⁹ actor: ppli expoliator: et
reipublice dilapidator. ex quibus oibus facilī in
tyrānidē degenerat. Facit etiā hoc uitiū ꝓncipem
odiosum. sicut ⁊ largitas clarū: ut dicit Boetius
de philosophica cōsolatione. Tertio ꝓnceps
oz studere ne carnis cōcupiam insequat: hoc eniz
uitiū intellectū obscurat: qz dū passionib⁹ deseruī
tur: rō uehementia passionum absorta a suo lu
mine excecatur Item mentez eneruat ⁊ animā a v̄
tute elōgat qz dū libido in carne dominatur: ce
tere uires emolescūt ut ad uirtutem surgere ne
queant. Item hoc uicium in ꝓncipe totā pollitiā
submittit ruine: qz dū rector uoluptatibus inten
dit a cura reipublice excors remittit: ⁊ exēplo ei⁹
subditi licēti⁹ ad uitia inclinātur. In policrathō
dī: q̄ romanū imperiū exhaustū ⁊ diuisū ē nerōe
iperāte cuius gulla omnia deuorauit: maculauit
libido: ⁊ superbia exinaniuit.

Principiū iusti ¶.III.

cie susceptiuum qō tertio loco declarandū restat
est hominū ꝯgregatio: que sit apta precepta iusti
cie susipere. Circa quod duo sūt uidēda. Prio
que sit talis cōitas ad quā possint uel debent fieri
precepta iusticie. Secūdo uidendū est de mul
tiplici principād dñio. Quātū ad primū sciē.
est q̄ sicut pz ex. j. li. pol. est triplex cōitas. s. dom⁹
vici ⁊ ciuitatis. Prima quidem cōitas ē cōicatio
domesticarū personaruz: sm quotidianos actus
necessarios humane uite. Hūana āt uita duplici
ter conseruat. Uno mō quātū ad indiuiduū ꝑ put
s. hō ad ꝓseruationē uite indiget exteriorib⁹ bo
nis. Et q̄tū ad ista admistrāda ⁊ cōseruāda idigz
hō seruis. Alio mō ꝓseruatur humana uita q̄tū
ad spēm qō fit per generationē ad quā idiget hō
uxore ad filiorū procreationē. Sic enim cōserua
tur hūana spēs. Et sm hoc i pfecta domo necesse
sūt tres cōbinaciones. s. oñi ad seruū: uiri ad uxorē
⁊ patris ad filiū. In hac āt domestica multitudie
nō est ꝑprie iusticia: cū unū ꝓbinatoꝝ sit aliquid
alterius. Est enī filius aliquid pīs: ⁊ seruus domi
et uxor uiri. Justicia āt cū sit ad alterū: ꝑprie oz
attēdi inter personas disptitas. Ponitur āt i hac
multitudine sm Jsido. quoddā genus iuris. Nā
int' oñz ⁊ seruū ponit' ius oñatiuū: i q̄tū seruus p
ceptis dñi parere oz. Est. n. gratia oñi ⁊ ñ sui. Int'
uirū ⁊ uxorē ponit' ius qō uxorīū oz: sm qō a ui
ro nō seruiliter: sed socialiter tractari ōbz: ⁊ pa
curā rei familiaris intrinsecā tenetur gerere. Int'
patrē ⁊ filiū ponit' ius pīnū: sm q̄ filius patri obe
dire debet ⁊ pī filio hereditatē seruare: ⁊ eum in
disciplina tenere. Scōa cōitas est uicus qui ex
paucis domibus constat: habuit autem hec com
munitas necessitatē sue orignis hoc mō. Nā dōe
stice multitudinis multiplicatis per generatōem
filijs nepotibus ⁊ filiorum filijs. sicq̄ p multitudi
ne ⁊ absq̄ confusione in una domo habitare nō
ualētib⁹: facta est aliqua multitudo domorum q̄
sm pḧm uici nomē accepit. Uic⁹ āt cū constat ex
collateralibus: ꝑpinqs: filijs: nepotib⁹: ⁊ alijs hꝫ.
nō ꝑprie ē apta legalia precepta suscipere: sz Ju
ri ciuitatis subesse oz. Ad ciuilē tamē multitudi
nē propiquius accedit q̄ dom⁹: maxie si i domo
rū quātitate creuit: vnde possit aliqua iura insti
tuere. Sufficit autem ad directionē harū duarū
cōitatū: pēna admonitio suoꝝ ꝓgenitorū. Ter
tia cōitas est ciuitas ⁊ hec est perfecta: que ñ solū
consistit ex multis domib⁹: sed etiā ex mltis uicis
ut tradit pḧs in eodē li. pol. Eadē āt necessitate ꝯ
pulsi sūt homines edificare ciuitatē: q̄ ⁊ uicum.
Nā sicut crescētib⁹ collateraneis filijs ⁊ nepotib⁹
factus est uicus: sic multiplicatis eisdē i parentib⁹
⁊ cognationibus facta est ciuitas: que sm pḧm ē
pfecta cōitas. Et hec si secūdū aliq̄ō ius uiuit: et
ad cōem utilitatē ordinatur dicet' ppls. Nam sm

dictū Tulī qō Aug. introducit ꝙ. de ciuitate dī Populus est cetus iuris consensu ⁊ utilitatis cōi one sociat': ex quo patet qō ad rationez populi: siue ciuitatis pertinet qō sub aliqua lege uiuat ⁊ cōe bonū intendat. Sola ḡ cōitas bōi ppli ē legalis iusticie susceptiua ⁊ ad ipam ꝓpie precepta sē ferenda. Solon vnus de primis legislatoribus ñ nisi fundata athenien'sium ciuitate leges condidit Quādiu etiaz patres ueteris testamēti Abrahā. Isaac: ⁊ Jacob in una familia uel uico habitaue runt. Legalem conseruantiam a deo nō susceperunt qz eorum monita ad instructionem familie sufficiebant. Cōgregato autem ppło qui iaz legal' iusticie poterat eē capax: deus legem per moysē dedit. Ad hoc āt ꝙ pplis sit in iuris consēsu ⁊ cōi utilitate sociatus: requiritur primo: ꝙ per amorē ad inuicem sit collectus sint mēbra unius corpōis Si enim inter se sic uinculo amoris fuerit coniunctus: tollentur rixe homicidia: ⁊ alia que possunt statū pacificū perturbare. Unde quedā cōia charitatis precepta in lege sunt ferenda: ad hoc ꝙ ciues assuescant sibi inuicem mutua obsequia impēdē: sic. n. mandat deus deu'. xxij. si inquit uidebis bouem uel ouem fratris tui errātem non preteribis sed reduces fratri tuo: si transieris per uiam ⁊ siti eris: ingredi poteris uineam ⁊ comedere quantuz placet: ⁊ sic de alīs. Quantū ad pauperes cōcedebatur: ut ꝓ eis essent manipuli omissi ⁊ racemi in uineis remanentes. Item ꝙ anno decimo ad decimam venirent leuites: ⁊ peregrinus: ⁊ pupillus: ⁊ uidua: ⁊ ꝓmederent ⁊ saturarent. Et mlta talia statuit lex mosa yca ad conseruatōnē mutui amoris. Unde dicit Tul'. Non solū nobis diuites esse uolumus: sed etiam liberis: propinquis: amicis: ⁊ maxime reipublice. singulorum enim facultates: ⁊ copie diuitie sunt ciuitatis Joseph' sicut ait Egisippus uisa destructione ciuitatis hierosolymitāe flere cepit: eo ꝙ mori ei defuisset ante patrie ruinā Ecce quantus amor aderat homini infideli. ꝙ mori optabat: cernens suos conciues uita ꝓuatos. Et alīs quidem amor erat in antiquis qui sicut narrat Señ. non extimabant aliquem bene uiuē nisi uiueret ad aliorum utilitatem. Unde dicit in q̄dam epla. Non sibi uiuit qui nemini uiuit. Secūdo quantum ad conuersationem populi necesse est ꝙ ciues sint fideles principi. Habet enim se princeps in republica ad modum capitis: sm illō dictū sauli. i. R. xv. Luz esses paruulus i oculis tuis: caput factus est in tribubus isrl'. Uidemus enī in corpore naturali ꝙ mēbra exhibēt capiti ⁊ defensionem ⁊ honorificētiā. Defensionem quidem qz naturali motu ad tuitionez capitis se exponūt sicut man' ⁊ brachiū in magnis ⁊ subditis piculis nulla enim deliberatione rōis prehabita ad defendendum caput: se erigunt. Qō etiam apparet in animalibus irrationabilibus: Unde serpens nāli astutia cū pcutit: statiz ablcōso capite corp' pcussioni expōit. Hoc q̄dē dz apparere i corpore ciuitatis ex hōibus collecto.

Quantū ad secū. §. IIII.

dū. s. de multiplici principandi dominio. Sciēdū est ꝙ sicut pz ex his que dicit phūs in. i. pol'. Tres sunt precipue species principandi. Primus q̄dez ⁊ principalis principatus ē regni: in quo vnus pncipatur sm vtutem: ⁊ iste est optim' inter omnes pncipandi modos: Representat enim diuinuz regimen: quo totus mūdus ab vno creatore gubernatur. Representat etiam ordinationem nature p quaz omnis multitudo ⁊ difformitas ad aliqō vnū gubernans reducitur: sicut omia mobilia ad vnum primū mobile celū. Ex hoc enim regimine facilius iusticia legis iplenda mandatur. Cum enī plurēs principant: frequenī inter eos dissensio oriē ac per hoc pacis vnitas per ipos diuisos impedit. Uerūtn propter magnaz potestatē q̄ uni cōcedit de facili regimē degenerat i tyrānidem: nisi sit perfecta uirtus eius cui talis potestas conceditur. q̄a sicut dicit phūs. iij. eth. Nō est nisi vtuosi bene ferre bonas fortunas: perfecta autem vtus in paucis inuenitur. Sicut autem tale regimē ē optimus pncipatus: nisi degeneret: sic tyrānidis q̄ est hui' īgminis corruptio: est pessim' pncipatus. Illud enī ē pessimū qō optimū tollit. Secūdus pncipat' est regimen optimatū pncipantiū sm vtutē: ⁊ uocatur aristrogocia. i. potestas optimorum in qua aliq̄ principāt. Deficit āt iste principatus a ꝓmo: i quo vn' pficit: sed superat principatū ppli ō quo infra dicetur. Cū enim optimates bonū reipublice attēdant: faciliter in vnū conueniūt. ac per hoc unitatem pacis in politia seruāt. Et q̄diu i bono cōi conueniūt: tā diu legalis obseruātia sub eius pncipatib' uiget. Isi. in. v. li. etymo. de primis conditoribus legū sic ait. Moises gentis hebree pm' oium diuinas leges sacris līs explicauit. Tertius principatus est regimē ppli: qui iz ad tempus possit esse sm uirtutē: deficit tamen multum a perfectione regiminis: eo ꝙ pplis cōiter paz prudēne pticipat: que maxime ad regimē requirit. Aliqñ tñ cōtigit pplm melī' regere q̄ unum uel paucos Qō tūc maxime cōtingere pōt: qñ pplis qui ē pacis auid': diu sustinuit regimē tyrānicū: p qō grauatus ⁊ expoliat' mortuo uel electo tyrāno dñū sibi politie usurpat. Et q̄diu facta tyrānica i memoria ppli hñtur: tā diu potest esse talis pncipat' sm uirtutem: maxie si aliquorū prudētū cōsilia imitatur. Nō tñ putādū est tale regimen diu posse in rectitudine subsistere. Populus enim rudis: est potius passionū impetū sequens: q̄ rōe utens. Et iō necesse est tandē ipm peruerti in pernitiosa

scandala: ⁊ ad multas insanias puenire Quia vo pax multitudinis maxie conseruatur qñ oēs i pncipatu aliquā partem habēt. Jo. optima polícia esset que ex predictis tribus mixta constaret Sic enim unusquisq; auidi⁹ rēpublicam amaret ⁊ ardenti⁹ statuta seruaret. Si ergo aliqui i pplo sapientiores ab ipo i principes uel prefectos eligū tur: ⁊ hi ulterius unū i regem preficiūt: qui tā eis q̄ pplo prefit: erit iste principatus optimus: quia sub ipo principe sunt aliqui principantes fm uirtutem. Uñ in eo oia regimina conueniūt. Constat enim ex democratia. i. potestate ppli in q̄tum ad ipm pertinet electio principum. Jtez est aristrogocia in qua aliqui optiates principant que precō mō habēt uim eligendi. Jtē ex regno in q̄tū unus a predictis optiatibus electus: tā eis q̄ pplo prefitur. Hec utiq; politia in lege diuina fuit instituta. Nam ex pplo aliqui sapiētiores in principes eligebantur. Unde Deu. i. dixit Moises ad pplz. Date ex uobis uiros sapiētes ⁊ gnaros: ⁊ quoruz conuersatio sit probata in tribub⁹ uestris: ut ponam eos uobis principes. Et hec erat quedā spēs politie popularis: in q̄tū hi maiores a pplo eligebātur. In q̄tum vo hi principes pplm gubernabant: inferiores cās iudicātes erat quasi quedam species politie popularis in q̄tū optimatū. In q̄tū vero vnus preficiebat omnibus quasi singulariter p̄sidendo: erat quedam spēs regni. Et tamē sciendū q̄ electio sūmi pncipis a principibus non fiebat que spectat ad regimē sūmi pricipat⁹. Qō ideo erat: q; populus iudeoz sub speciali cūa dei gubernabatur. ⁊ ideo electio sūmi principis sibi conseruabat. Unō Moises Josue ⁊ alij iudices principes ppli: diuinitus sunt electi. Et ideo de singulis iudicibus qui post Josue fuerūt: legitur: q̄ dominus suscitauit pplo saluatorem: ⁊ q̄ spiritus dei erat i eis: ut pz. Judicū. ij.

De uirtutibus annexis iustície. Cap. v.

Ex partibus potē

tialibus iustície. i. de uirtutib⁹ ei ānexis. Nota q̄ diuersis diuersimoð assignāt. Nā Tul' enumerat sex. s. religionē: pietatem: gratiā: uindicationē: obseruātiā: vitatē. Macrobius vo supra sōnium scipionis ponit septem s. Innocētiam: amicitiaz: concordiā: pietatem: religionē: affectū: benignitatem. Andronicus autez peripateticus ponit nouē. s. Liberalitatem: benignitatē: vindicatiuā: eugnomosynā: eusebiā: eucharistiā: sanctitatē: bonaz cōmutationē: legispositiaz. Quidam alij ponūt q̄nq; ptes iustície. s. obedientiam: respectu supioris: disciplinā respectu iferioris equitatē respectu equaliū: fidē ⁊ vitatē respū omniū. Phs etiam in. v. eth. ponit eupuchiā.

Pro horū igitur declaratione sciē. fz. b. Tho. fa fe. q. lxxx. q̄ i vtutib⁹ que adiūgūt alicui pricipali uirtuti duo sūt cōsiderāda. Primū ē q̄ virtutes ille i aliquo cū principali vtute cōueniāt. Secūdū est q̄ i aliquo deficiāt a perfecta rōe ei⁹. Quia vero iustícia est ad alterū ut pz ex supradictis: omēs vtutes q̄ ad alterū sūt. possūt ratione cōuenientie iustície annecti. Ratio vero iustície in hoc cōsistit q̄ alteri reddatur qō ei debetur fm equalitatem: ut patet ex supradictis. Dupl'r ergo aliqua vtus ad alterū existens a rōe iustície deficit. Uno mō i q̄tū deficit a rōe equalis. Alio mō i q̄tū deficit a rātione debiti. Sūt. n. quedā vtutes q̄ debitum q̄ dē alteri reddūt: sed nō possūt reddere equale. Et p̄mo quidem quicq̄d ab hoīe deo redditur: debitū est: nō tñ pōt eē equale ut. s. tm̄ reddat deo quā tū ei d⁹: sed illud. p̄s. cxv. Quid retribuā domio ⁊c. Et fm hoc adiūgit iustície religio p quā quis reddit debitū cultū interiorem ⁊ exteriorem deo Scdo parentib⁹ nō pōt fm equalitatē recompēsari qō eis debetur: qō pz p phm i. viij. eth. Et sic adiūgitur iustície pietas p quam quis exhibet parentibus ⁊ consanguineis debitum honorem ⁊ curā. Tertio nō pōt equale premiū recōpensari ab homine vtuti: ut patet per phm. viij. eth. ⁊ sic ad iūgitur iustície obseruātia fm Tul. p quam quis bene se habet ad superiores. Et sub hac comprehenditur obedientia. A rōe vo debiti iustície ōsequtus pōt attendi: fm qō duplex est debitum. s. morale ⁊ legale. Et debitū q̄dē legale ē ad quod reddendū aliquis lege astringitur: ⁊ tale debituz prope attendit iustíciā que est principalis vtus. Debitum autem morale est qō aliquis debet ex honestate vtutis. Et quia debitum necessitatem impōtat: ideo tale debitū duplicē gradū habet. Quod dā enim est sic necessariū: ut sine eo honestas morum obseruari non potest: ⁊ hoc hz plus de rōe debiti: Et potest hoc debitū attēdi uel ex pte ip⁹ debiti: ⁊ sic ad hoc debitum pertinet q̄ hō talem se exhibeat alteri in dictis ⁊ factis qualis est: ⁊ ita adiūgitur iustície ueritas fm Tul'. Pōt etiam attendi debitum ex parte eius cui debetur: prout. s. aliquis recompensat alicui fm ea que fecit: quod si fiat in bonis: ⁊ sic adiūgitur iustície: gratia fm Tul' i. gratitudo qua quis recognoscit: uel recōpensat beneficia. Si uero in malis sic adiūgitur fm Tulium iustície: uindicatio. i. punitio: Nota tamen q̄ uindicta que fit auctoritate publice potestatis. fm sñiam iudicis: ptinet ad iustíciam cōmutatiuam. Sed uindictam quam quis a iudice requirit uel p̄prio motu facit: non tamen contra legem: ptinet ad uirtutem adiunctam iustitie. Secundus gradus debiti est: quod non est ita necessarium quin sine eo possit conseruari morum honestas: sed dicitur necessarium sicut conferens ad maiorem honestatem: quod quidē ōbitū attēdit

liberalitas: amicitia: affabilitas: ⁊ alia huiusmõi. que Tullius pretermittit in predicta enũeratione q̃ parũ hñt de ratione debiti: ⁊ sic enũeratio seu assignatio facta a Tul. Uidetur alijs melior: ⁊ alie v̄tutes quas ponũt alĩ possũt reduci ad ipsas quas ponit Tul. Macrobi⁹ autem sua i assignatione v̄ attẽdisse ad duas ptes ītegrales iusticie. Unã. s. que ẽ declinare a malo. Et pro hac posuit innocẽtiã. Alia que est facere bonũ: ad quod pertinẽt alie sex: duo uidenť ptiere ad equales. s. amicitia in exteriori conuictu: ⁊ ꝯcordia inter⁹. Duo alia uidentur pertiere ad superiores. s. pietas ad parentes ⁊ religio ad deũ. Duo ultima ad inferiores. s. affectus in q̃tũ placent bona eorum: ⁊ hũanitas p̃ quã subuenit eorũ defectibus. In alia assignatiõe i q̃ quedã alie ponũť: reducũtur ad predictas. Nã obedientia icludit in obseruãtia. Fides ãt p̃ quã seruãť p̃missa includitur in ueritate. Disciplina põt cõtineri sub hũanitate siue amicitia que tñ pretermittitur a Tul. q̃ minus habet de rõe debiti. In assignatione v̄o Andronici. ñ solũ ponũtur v̄tutes ãnexe iustitie: sz etiã ipa v̄tus p̃ncipalis iusticia: ⁊ p̃t est v̄tus pticularis: ⁊ p̃t ẽ vl̄is. s. legalis iusticia q̃ q̃tũ ad ea que cõiter sunt obseruanda dr̄ ab eo legis positiua: q̃tũ v̄o ad ea que q̃ñq̃ particulariter agenda occurrũt preť cõmũes leges ponit eugnomosia q̃i bona coniectũatio. Eusebia dicit q̃i bon⁹ cul⁹ qõ pertinet ad religionẽ. Et ad idẽ reducit sanctitas. Eucharistia idẽ est q̃ bona gratia: ⁊ sic reducit ad gratiã. ⁊ ad ipam etiã reducit benignitas uel liberalitas: bõa v̄o ꝯmutatio ptiet ad iustitiã: ꝑ̃t ẽ v̄⁹ pticularl Nũc de singulis vidẽdũ breuiter.

De innocẽtia v̄tute. Cap. vi.

Alia ex dictis in

p̃cedẽti ca. Macrobi⁹ ponit innocẽtiã v̄tutẽ ⁊ ptẽ iusticie quã. b. tho. dicit eẽ partẽ ītegralẽ: illã. s. que ẽ declinare a malo: de ea breuiter aliq̃d dicetur. Nã ⁊ de ipsa scriptura pluries mẽtionem facit i. p̃s. xxiiij. Innocentes ⁊ recti adheserũt mihi. Et iterũ Innocẽs manibus ⁊ mũdo corde ⁊c. Quattuor ãt pertinẽt ad ipam Primũ est detestari cria. Uñ di. lxxxvi. culpã dr̄ Prim⁹ innocẽtie grad⁹ odisse nephãda. Unde p̃s vij. q̃ dixerat Judica me fm innocẽtiã meã ⁊c. Ip se dicit iniq̃tatẽ odio hũi ⁊ abhoiatus sũ. Scõm ẽ neminẽ ledere. b. Aug. Uera innocẽtia ẽ: que nec sibi nec alteri nocet: ⁊ sic abel iustus dicitur a dño ⁊ de innocẽtia p̃maxie cõmẽdať. Tertiũ est punire malos si hz potestatẽ. Unde. b. Aug. de ci. dei. nõ est innocentie parcẽdo si nõ ẽ ut in malũ grauius incidatur. Pertinet ĝ ad innocentis officiũ: nõ solũ nemini malũ inferre: sed etiã cohibere a peccato: uel punire peccatum. xxiij. q. v. non est. Non fuit ĝ pilatus innocẽs. q̃uis dixerit innocẽs ego sũ a sãguine iusti hr̄. Math. xxvij. q̃ potuit iudeos cohibere a malitia eor̄ ⁊ nõ fecit. Quartũ est non iudicare de hoib⁹ i dubijs in malam ptem: sz bonã. Unde. b. Amb. Innocẽs credit oĩ v̄bo. Nõ uitupanda facilitas sed cõmẽdanda bõitas: hoc est eẽ innocẽtẽ ignorare. s. per expiẽtiã ad quid noceat Et si circũscribit ab aliquo de oĩbus: tñ iudicat q̃ fidẽ de oĩb⁹ esse arbitrať. xj. q. iij. innocẽs. gl. iudicat. i. bene presumit de quolibet de his qui in se mala nõ sũt. Fidẽ. i. uerborũ v̄itatẽ. Habet tamẽ istud locũ circa facta hominũ. Nã q̃tum ad ea q̃ sũt fidei: ⁊ bonor̄ morũ que sunt necessaria ad salutem. nõ sic. Nam fm Hiero. Non multum distat i uitio decipe uel decipi posse christianũ. xvi. q. i. si cupis. Uel istud credere oĩ v̄bo: itelligitur q̃ ad aĩcos. Exẽplũ hr̄ innocentie ponit ibidẽ. Amb. de iosue: qui simplr credidit gabaõitis Judith. ix q̃ innocens presumẽdus est quẽ paucitas accusat. vel multitudo excusat: extra de presũp. cũ i iuuẽtute: ⁊ ut dicit adamã. Ubi irrationabilis ipetus pueĩt ⁊flãma celerrimi motus animã depascitur exurit innocẽtiam: prepõderat. n. futuris presentia de pe. di. iij. iter hec. A secũda ⁊ quarta cõditõne dicũť martyrizati ab herode pueri innocẽtes. vñ Apoc. xiiij. Uidi sup montem syon agnum stãtẽ s. christũ qui innocẽtissimus fuit ⁊ cum eo. cxliij. milia ⁊c: Ponit numerum determinatum pro indetermiato. i. illos innocẽtes. p̃s. quis ascẽdz i mõ. dñi: innocens manibus ⁊c.

De religione. Cap. vij.

Eligio prout est

uirtus sic diffinitur a Tul. q̃ est uirtus per quã superiori cuidam naturę quam diuinam uocant curam ceremoniamq̃ vel cultum affert. Ubi no. i: q̃ hoc nomen religio fm. b. tho. fa pe. q. lxxxi. habet triplicẽ deriuatõz dicitur enim uel a relegendo. s. ea que sunt diui cultus: q̃ hmõi sunt freq̃nter i cor de reuoluẽda Alio modo dicitur a reeligendo q̃ deũ reeligere debem⁹ quem amiseram⁹ negligentes fm. b. Augu. x. de ci. dei. Tertio modo dicitur a religando fm. b. Aug q̃ nos religat uni oipotẽti deo. Quo modocũq̃ autẽ dicatur: siue ex frequenti relectõne: siue ex iterata electione: siue ex religatione: religio proprie iportat ordinẽ ad deum. Ipse est. n. cui principaliter religari debem⁹ tãq̃ in deficienti principio: ⁊ ad quẽ nostra electio assidue dirigi debet: sicut in ultimũ finẽ: ⁊ quem etiam negligenter peccando amittimus: ⁊ credendo ⁊ fidem protestando recuperare debemus. Hec. b. tho. Notatur autem in dicta diffinitione duplex actus ipsius uirtutis religionis ab ipsa elicit⁹: s. actus interior mẽtis qui est deuocio ⁊ oratio. q̃ ⁊ intelligiť

noĩe cure

ꝛ actus exterior ut adoratio que fit corporaliter ut p genuflexionē: ꝓstrationē: inclinationez. Sacrificio rerū exteriorū: oblatio ad dei honorem: ꝛ hmōi: hic actus exterior itelligitur noie cēmōie Actꝰ āt iparatus ab ista uirtute: pōt eē actꝰ cuiuslibet uirtutis: qz actū cuiuslibet vtutis possumꝰ ordinare ad dei honorē speciali modo. Nā ꝛ ie iuniū qō est actus abstinētie. Et abstinere a uenereis qō est actus castitatis: ꝛ dare elemosynā qui ē actus misericordie vel liberalitatis possūt fieri ad dei honorē ꝛ reuerētiā sāctoꝝ. Et sic sūt actꝰ imparati ad religionē. Et sic itelligitur illud Jacobi q religio mūda ꝛ imaculata hec est: uisitare pupillos ꝛ uiduas ꝛc. Uisitare enim pupillos ꝛ uiduas est actus elicitus misericordie. Et sic dicitur eē religio. i. actꝰ religionis ipate. Et q̄uis oēs q̄ colūt deum possunt dici religiosi: specialiter tamē dicūtur religiosi: q̄ totā uitā suā deo dedicant.

De cultu dei qui §. I.

est actus ipsius religionis qūo exhibeat. Nota q colere dicimur hōies quos honorificatiōe: recordatione: ꝓsentia frequentamus: ꝛ quia speciali honor debet deo tāq̄ ꝓmo oiuz ꝓncipio: iō ēt specialis rō cultꝰ debet e.: qui greco noie uocatur Eusebia vel theusebia ut pz per Aug. x. de ci. dei

Et notādū ſm Guihel. i sūma q triplex ē cliꝰ. s. cultus corporis: cordis: oris: ꝛ operis. De cultu iteriōi dicit Jsidoꝰ. viij. etymo. Tria sūt que i religionis cultu ad colēdū deū ab hōibꝰ requirunt: fides: spes: ꝛ charitas. et. b. Aug. fide: spe: ꝛ charitate colimꝰ deū. Et ibidē Aug. loquēs de theusebia seu pietate: que est cultus dei: dicit q cōsistit i cognitōe dei ꝛ dilectione ꝛ debita subiectiōe. Cognitio uero ad cultū dei ptinēs: est credulitas qua creditꝰ deo: sicut credēdū est. s. ꝓpter se: ꝛ sup oīa sicut etiā ꝓme vītati credēdū ē. Jtē credulitas qua creditꝰ de deo digna deo: ut sūmā potētiā: summā sapiaz: sūmā bonitatē: ꝛ ꝓsequētia ad huꝰ vt q ipe ē oiuz bonoꝝ creator: ꝛ ꝓseruator: mūdi gubernator: hōis recreator: fuiētibus sibi liberalissimꝰ retributor: eoꝝ vo q̄ ptinacit eis rebelles sūt: zelatissimꝰ ultor. Scōa spēs ē: nō q̄liscūq̄z: sz talis q̄lis ponēda ē i eo cuiꝰ potētie ē facillimū liberare ab oi miseria. Cuiꝰ sapie notissima ē ipa nīa miseria. Cuiꝰ bonitati ꝓpuz ē misereri sēp ꝛ pcē: q̄ etiam pp liberalitatē suā fecit q̄cūq̄z fecit. Jn ipso ḡ sup oīa ē spandū. Tertia ē amor: nō qualiscunqz amor: sz talis q̄lis amādꝰ ē: qui optimꝰ ē i se: ꝛ iō amore dignissimꝰ: q̄ ēt ē fōs oiuz bonoꝝ: a q̄ suscepimꝰ oīa bōa q̄ habemꝰ vel hūimꝰ: uel a q̄ suscepturos nos speramꝰ q̄cq̄d bōi suscepturi sumꝰ. Et ista ptinēt ad deuotōnē. Deuotio igit ꝛ oīo ē actꝰ iterior religionis. Cultꝰ oris ē uocalis ꝓfessio maiestatis diuie: quā fideles faciūt frequēt orādo nō solū coīde sz ore: ut i ps. ꝛ hꝰ deū laudādo: bñdicēdo: gīas agēdo: iurādo: adiurādo: debito mō ore uouēdo. hīc lactāt' li. v. istitutōm. Uerbo sanctificari oz: siquidē deꝰ vbū ē: ut ipe ꝓfessus ē Sūmꝰ igit colēdi ritꝰ ē ex ore iusti hōis ad deū directa laudatio. Que tñ ut ipa sit deo accepta: ꝛ humilitate: ꝛ tiore: ꝛ deuotiōe maxie opꝰ ē. Nequis forte itegritat' ꝛ innocētie fiduciā gerēs: tumoris ꝛ arrogātie crimē icurrat: eo q̄z facto gīam vtut' amittat. Sz ut sit deo charꝰ oīq̄z macla careat: miseri cordiā dei sēp iploret: nihilq̄z aliud ꝑceꝑ q̄ pcīs suis veniā: Si q̄d boni ei uenerit gīas agat. Si q̄d mali satisfaciat: ꝛ id sibi ob peccata sua euēisse fateat. Et nihilomin' i malis gīas agat: in bonis satisfaciat. Nec tm̄ hoc i tēplo putet eē faciēdū: sed ꝛ domi: ꝛ i ipo cubili secū habeat deū i cōde suo: qm̄ ipe ē tēplū dei. Cultꝰ opis ē ut cū aliq̄s recogīscit singulare dominiū suū: qō ēt ecclīa ore recogīscit christo dicēs. Tu solꝰ dñs. Dñiū istud q̄n tū ad personas nostras recognoscimꝰ: deo faciendo genuflexiones: ꝓstratōes. Et ista dicunt adoratio exterior. Nā iterior ē reuerētia mentis que ei fit ut ꝓmo principio. Quātū uero ad nostrā substātiā oblationē alicuiꝰ ptis bonoꝝ illorum que ab illo accepimus: ut per decimas ꝓmitias ꝛ oblatōnes. Ad cultū etiā operis ptinent sacrificia veteris legis: ꝛ sacramēta noui testamēti ꝛ sacratas res reuerēt tractādo. De uitijs ꝓtrijs religiōi ꝛ actibꝰ ei. s. idolatria: superstitiōe: piurio: uoto: ꝛ trāsgressione uoti: habes supra in. ij. pte in diuersis ti. ꝛ ca. De decimis habes in. ij. pte. De deuotōne sacrificio ꝛ oblatiōibꝰ de laude dei seu horis canonicis i. iij. pre i diuersis ti. Jtē de symonia que est cōtra sacra ꝛ de sacrilegio: habes in. ij. pte ti. i.

De religione quō §. II.

sit uirtus ꝛ spālis i una ꝛ maxia moraliū. sic ōclaratur. ſm. b. tho. ſa ſe. q. lxxxi. Primū probatur sic. Uirtus ſm phm ē q̄ bonū facit habētē: ꝛ opus eiꝰ bonū reddit. Ubi ē ḡ actꝰ bonꝰ: ibi necesse est ponē vtutē unde ꝓcedit. Sed reddere debitū alicui qō facit religio p actū eius: qz reddit deo debitū honorē: habz rōez boni: qz p hoc q reddit alīi debitū ab aliquo: cōstituit ordo i proportiōe cōuenienti respectu ipiꝰ: q̄i conueniēt ordinatꝰ ad ipm. Ordo autem hz rationē boni sicut modus ꝛ spes ſm Aug. ergo religio est uirtus. Quantū ad ſm. s. q̄ sit specialis uirtus ondit sic. Quz virtus ordinetur ad bonū. ubi est spālis ratio boni: ibi oz esse spālem vtutem. bonū autem ad qō ordinat religio: est exhibere deo debitū cultū ꝛ honorē. Honor aūt debetur alicui ratione excellentie. Et qz deo cōpetit singularis excellētia i q̄tum oīa in infinitū trāscēdit: ſm oiodum excessū ideo ei debetur specialis honor sicut ꝛ i reb' humanis

Uidemus.n.qꝫ diuerſis excellẽtijs ꝑſonarũ diuerſus honor debet: qꝫ alĩ patri alĩ regi. Eſt ꝯ religio ſpecialis vt̃. Qꝫ ſit una vtus q̃uis honor exhibeatur trib⁹ ꝑſonis diuinis. ꝓbat̃ ſic. Habit⁹ diſtiguũtur ſm diuerſa obiecti. Pertiet ãt ad religionẽ exhibere reuerentiã uni deo ſm vnã rõem i q̃tũ.ſ.ẽ primũ principiũ creatõnis ⁊ gubernationis rerũ. Perſone enĩ diuine q̃uis ſit treſ ſũt tamẽ unũ principiũ creatiõis ⁊ gubernatiõis rerũ: ⁊ ideo eis una religione ſeruit̃. Non eſt autẽ uirtus theologica: ſicut: fides: ſpes: ⁊ charitas: qꝫ iſte habẽt deũ ⁊ pro fine ⁊ pro obiecto ſeu mã cte dimus.n. deũ: ſꝫ religio non hꝫ deũ ꝑ maĩa. materia enim eĩ⁹ ẽ actus qui fiũt i diuino cultu q̃ nõ attingũt ex ſe: ſed eſt uirtus moralis cuius eſſe: eſt circa ea que ſũt ad finẽ. Et qꝫ hꝫ deũ ꝑ finẽ ꝓrio: eſt maxima moralium. Itẽ nota q̃ latria idẽ eſt q̃ religio eſt autem uocabulum grecũ ⁊ interpretatur latine ſeruitus ſignificans nõ oẽm ſeruitutẽ ſed illã q̃ exhibetur alicui ut ꝑmo ꝓncipio omniũ ⁊ ultio fini: ⁊ iõ ſoli deo exhibẽda. Et ꝑmo q̃dem interius mẽte nos ei ſubiũciẽdo ut noſtro creatõi Secũdo exteri⁹ aliqua opa faciendo exteri⁹ in ei⁹ honorẽ: q̃ ꝑ illa ꝓteſtãdo nos ſeruos ei⁹. Exhibemus ãt deo reuerẽtiã ⁊ honorẽ: nõ ꝑper ipm q̃ ẽ gloria plen⁹ in ſe ipſo cui a creatura nil adici pot̃ Sed ꝑpter nos q̃ ex hoc q̃ deũ reueremur ⁊ honoram⁹ mẽs nã ei ſubiũcit: ⁊ i h ei⁹ pfectio ꝓſiſtit Quelibet.n. res pficit ꝑ h̃ q̃ ſuo ſupiori ſubditur ſicut corp⁹ ꝑ hoc q̃ uiuificat̃ ab anima.

De ſãctitate nota .§.III

ſm tho. ſa fe.q.lxxxi. q̃ eſt eadẽ vtus cum religione ſm eſſentiã: ſꝫ differt ſm rõem. Pro cuius declaratione ſciẽdũ q̃ ſanctitas triplr̃ ſumitur.ſ. ꝑ ut iportat firmitatẽ: puritatẽ: ⁊ ad dei cultum applicationem. Quãtũ ad primum ſciendum q̃ apud antiquos ſãcta dicebãtur: que legib⁹ erãt iniuncta ut uiolari nõ deberẽt. Uñ dr̃ aliquod ſãctum: qꝫ ẽ legibus firmatuꝫ Quãtũ ad ſꝫ.ſ.ꝑ ut iportat mũdiciã: huic ſignificatõi cõpetit nom grecũ uidelꝫ Agios quod latine dr̃ ſine terra. Poteſt autẽ ſm latinos hoc nomẽ ſanctus ad mũditiã pertinere: ut dicat̃ ſãctus quaſi ſanguine tict⁹ eo qõ antiquitus illi qui purificari uolebant: ſanguine hoſtie intingebãtur ut dicit Iſido. in li. etymo. Quãtum ad tertium utraq̃ ſignificatio.ſ firmitatis ⁊ mũdicie competit: ut ſanctitas attribuatur his que diuino cultui applicant̃: ita ut nõ ſolũ homines ſed templa ⁊ uaſa ⁊ alia huiuſmõi etiã ſãctificari dicũt̃: ex hoc q̃ cultui diuino applicantur. Mũdicia enim neceſſaria ẽ ex hoc q̃ mẽs deo applicet: qꝫ mens humana inq̃natur ex h̃ q̃ inferioribus rebus iungitur: ſicut ⁊ quelibet res ex cõmixtione peioris ſordeſcit: ut argentũ ex cõmixtione plũbi. Oportet ãt q̃ mens ab inferioribus rebus abſtrahatur: ad hoc q̃ ſupme rei poſſit coniũgi: ⁊ ideo mẽs ſine mũditia deo applicari non poteſt: vnde ad heb. ult. Pacẽ ſequimini cuꝫ omnibus ⁊ ſanctimoniã: ſine qua nemo uidebit deũ. Firmitas etiam exigitur ad hoc q̃ mens deo applicet. Applicatur enim: ſicut ultimo fini: ⁊ primo principio: huiuſmodi ãt oportet cẽ maxime ĩmobilia. Unde ap⁹ ad Ro. viij. Certus ſuꝫ enĩꝫ q̃ neq̃ mors neq̃ uita ſepabit me a charitate: ſic ꝯ ſanctitas dr̃ per quam mens ſe ipſam ⁊ actus ſuos applicat deo. Unde non differt a religione ſm eſſentiam ſed ſolũ ratione. Mera enĩꝫ religio dr̃ ſm qõ exhibet deo debitum famulatũ in hĩ⁹ que ſpecialiter pertinẽt ad cultum diuinũ: ut i ſacrificiis oblationibus ⁊ aliis huiuſmodi. Sãctitas ãt dicit̃ ſm qõ hõ non ſolũ hoc: ſꝫ alia vtutũ opa refert i deũ: uel ſm q̃ hõ ſe diſponit ꝑ bona opa ad cultũ diuinũ. De oratione. Cap. viij.

De oratione que ẽ

actus religionis. Nota ſm. b. tho. ſa fe. q. lxxxiij. Qꝫ triplex fuit error antiquorũ circa orationem. Quidã enim poſuerunt q̃ res humane non reguntur diuina ꝓuidẽtia: ex quo ſequitur q̃ uanũ ſit orare oĩo ⁊ deum colere. Et de his dicitur malach. iij. dixiſtis. Uanus eſt oĩs q̃ ſeruit deo. Secunda opinio fuit ponẽtiũ oĩa in ſe ⁊ rebus humanis ex neceſſitate contingere ſiue ex ĩmutabilitate diuine prouidẽtie: ſiue ex neceſſitate ſtellarũ: ſeu ex cõmixtiõe cãrum: ⁊ ſm hoc excludit etiã orationis utilitas Tertia opinio fuit ponẽtiũ res quidez humanas diuina prouidẽtia regi: ⁊ q̃ res nõ proueniunt ex neceſſitate: ſed dicebant diſpoſitionẽ diuine ꝓuidẽtie uariabilẽ eſſe: ⁊ q̃ orationibus ⁊ alĩs q̃ ptinẽt ad cultũ dei diſpoſitio diuine prudẽtie ĩmutatur hec ãt oĩa ĩpr̃obãt in prima parte. Et ideo oportet ſic iducẽ oratonis utilitatẽ ut neq̃ rebus hũanis diuine prouidẽtie ſubiectis neceſſitatez ĩponam⁹: neq̃ diuinã diſpoſitiõez mutabilẽ extimem⁹. Ad hmõi ꝯ euidẽtiã ẽ conſiderandũ: q̃ ex diuina ꝓuidẽtia nõ ſolũ diſponit̃ q̃ effect⁹ fiãt: ſed etiã ex q̃bus cãis ⁊ quo ordine ꝓueniãt. Inter ceteras ãt cãs ſit̃ q̃rũdã effectuũ cãe act⁹ humãi. Unde oꝫ hõies agere aliq̃: nõ ut per actus ſuos diuinam diſpoſitionem ĩmutẽt ſed ut p act⁹ ſuos ipleãt quoſdã effectus ſm ordinẽ a deo diſpoſitũ: ⁊ idẽ ẽ ẽt̃ in naturalibus cãis. Exẽpli gratia. Diſpoſuit deus daꝛ homini fructũ agri ſui. ⁊ per hũc ordinẽ. ſ. ſi cultiuetur ⁊ ſeratur hmõi. Oportet ꝯ hoiez colẽ agꝛ ⁊ ſerere ut ipleat effectũ illũ ſm ordinẽ datũ a deo Et ſimile eſt de oratione. Nõ enĩ oram⁹ ut dinaz diſpoẽm ĩmutemus: ſed ut impetremus q̃ de⁹ diſponit ꝑ orationes ſanctorũ eſſe ipſũ. Et hoc

est qō dicit Greg. in. i. li. dialo. ꝛ habet. xiij. q. iiij Obtineri ea q̄ sācti uiri orādo efficiūt: ita p̄destinata sūt: ut eorū precibus obtineāt. Nā ꝛ ipsa et̄ni regni predestinatio ita ē ab oīpotēti deo dispositā: quatenꝰ ad hoc electi ex labore pueniāt: ut ipsi orādo mereātur accipere qō eis oīpotēs deus ante secula disposuit dare. Vult deus nos orare pp qō frequenter ad hoc iuitat ꝓpter nostraz utilitatem. Primo uidelicet ut accipiamus quandam cū eo fiducialitatē recurrēdi ad eū Xp̄s Lō sidera q̄nta tibi est cōcessa felicitas quāta collata gl̄ia oīoibus fabl̄ari cū deo: cū christo miscēi collocā optare qō uelis: qō desideras postulare. Secūdo ut exerceam⁹ i nobis humilitatē ut recognoscamus eū esse actorē bonorū nostrorū i omnib⁹ eius auxilio idigere. p̄s. Ad te leuaui ꝛc̄. Ecce sic oculi seruoz. ꝛc̄. Tertio ut augeam⁹ i nobis feruorē ꝛ charitatē. Nā deuote orādo cū cogitat ō ꝺo magl ac magl gustat bōitas ei⁹: ꝛ p ꝓns magis diligitur.

Quid sit oratio .§I.

Oīo sūitur tripl̄r Uno mō largae ꝓ q̄libet bōa opatiōe. Unꝰ sup illud. i. ad thes. ult. sine intermissione orate. glo. dicit: semp orat q̄ semp bona facit

Scōo dī oratio applicatio mētis ad deū: ꝛ sic dicit Jo. dama. q̄ oratio est ascēsus intellect⁹ i deū ꝛ intellect⁹ hoc comprehendit vi appl̄hēsiuā q̄ dī intellectus speculatiu⁹ ꝛ uī motiuā q̄ oī intellectus practic⁹. Intellect⁹ speculatiu⁹ ad deū ascēdit cuz cōsideratōe mali suorū defectuū ad cōsideratōez boni sufficiētissimi ꝛ cōpletissimi supplere illos ō fectus transūt ꝛ inuit̄ h̄ mod⁹ q̄ ꝺz ꝓcedere q̄ uult orare. Prio. n. ꝺz defect⁹ suos cōsiderare. Deinde ascēdere ad eius liberalitatē q̄ pōt hoc supplē: vñ iij. Reg. viij. dī. si quis cognouerit plagaz cordis sui ꝛc̄. Intellectus practic⁹ ad deū ascēdit ō̄sideriō ꝛ spe ad liberationē eius: sperādo ipleri desideriū suuz

Tertio mō sūit oratio ꝓ postulatōe deo facta: ꝛ sic diffinit Jo. dama Oratio est petitio dicētiū deo. Et sic dixit christus discipulis Math. vi Cū oratis dicite. Pater nr̄ qui es i celis ꝛc̄. Ubi docet petē ea oīa q̄ iuste possūt peti. ꝛ ordine q̄ petiōnt. Et cōtinet septē petitiones

Ad quē dirigenda. §.II.

seu ꝓuigēda s t oīo. Nota sm tho. ubi supra ꝓprie ē ad deū dirigēda: ut ꝑz ex diffinitione eius supra posita: rō est sm. b. tho. Quia id qō principal̄r debem⁹ petere est uita eīna: ꝛ nō aliud nisi i ordine ad ipm i q̄tū pōt nos ad ipsā iuuare. Sz nullus pōt dare uitā eternā nisi deus. Si aūt fūit oīo ad sanctos: ita ad eos ꝺz fieri seu dirigi: quod id qō petitur: expectet a deo nō a sancto ill⁹: nisi per modū intercessiōis: sperādo. s. meritis ꝛ ꝓcib⁹ illius sancti a deo obtinere: Pōt ꝑ dici q̄ oīo ꝓpe fit ad deū: deprecatio ad sanctos: sm Lassio. Petitio aūt ꝛ supplicatio pōt fieri et̄ ad hoies: q̄uis unū frequent sumat ꝓ alio. Nā ꝛ locutiones rhetorice dicūtur oīoes: ꝛ eas facientes ut ābasiatores oratores dicūt: ꝛ que fit ad deū q̄ncūq̄ ꝺī deprecatio iuxta illud. Exaudi deus oratiōnē quam ō ꝓcor. Fit oratio ad deū rōe sue bonitatis quā cōicare pōt. Orat. n. i q̄tū ē beatus: ꝛ alīs beatitudinē largiēs: precipue ꝓuenit deo rōe sue essentie: q̄ est cōis trib⁹ psonis q̄rū ꝛ opera sicut uolūtas sūt iseparabilia: ut qō vna uult ꝛ ꝺat alia ꝛ ad ipm deū trinitatis pōt orare ꝛ ad quālibz p sonā itendendo qō ab una petit ab oīb⁹ recipere. Ad christū etiā dirigit oīo: q̄ una psona est deus ꝛ hō: ꝛ in q̄tū deꝰ est sperari pōt ab eo oē bonuz cū patre ꝛ ipū sācto. Fit oratio uel deprecatio ad sanctos ꝛ ad angelos bonos sicut ad mediatores ꝛ ꝓcuratores nobis bona a deo. Et codē mō ad gl̄osam v̄ginem: que q̄to magis pia ꝛ maioris p mū: tāto magis ꝓ nobis orat. Cū eni sancti cognoscāt in uisione v̄bi omnia que pertinēt ad eoꝝ gloriam: ꝛ ad magnā corū gloriā ē q̄ alios iuuaz possint: quasi deo cooperatores exīstes. iō statim in v̄bo uidēt corū uota: qui eos interpellant. Uidendo aūt nō semper orant ꝓ illis q̄ se eis cōmendant ad procurandū eis qō petūt: sed tūc q̄n i ipso v̄bo uident hoc ee deo placitū postulare: ꝛ postulantes semper exaudiuntur. Et cū i ꝑma nunc sit cōiter trā anime sanctorum: nominat tām sub nomib⁹ que habebāt i corpore cōstituti. Dicitur eni sancte petre uel paule: nō ania petri ora ꝓ nobis: ex eo uidelicet q̄ ex bonis operibus h̄ factis meruerūt ut possēt orare ꝓ nobis: ꝛ etiā i testionium future resurrectionis sm. b. tho. unde Job. v. Ad aliquē sanctorū conuertere ad eos q̄ sī i mūdo nō ꝺī ꝓpe fieri oratio: q̄ cū uita eterna q̄ ꝑncipaliter petitur ad sanctos qui eam habēt: ꝛ nō ad eos qui nō h̄nt ut conuersātes i mūdo dirigenda est oratio uel deprecatio. Et eadem rōe ad eos q̄ sūt i purgatorio nō est dirigēda oratio cuz sint in afflictiōe. Sed nec supplicatio sicut ad bonos q̄ sūt i mūdo q̄ nō sūt in statu merendi sicut illi. Q̄ aūt oratio facta pascasio existēti i purgatorio: ut liberaret demoniacū uel ifirmū sm Greg. i dialogo: hoc ñ fuit q̄ pascas⁹ hoc ꝓcurauerit ꝑz ex fide ꝛ deuotōe orātis.

Quid sit i oratōe .§.III.

petēdū. Sciēdū q̄ peti pōt ꝛ bona spiritualia et tpalia: ꝛ mala penalia: sed diuersimode. Nā bōa spūalia: ut dic̄. b. tho. 2a 2e. q. lxxxiij. ar. v. ꝛ. vi. si sunt necessaria ad salutē ut gratia ꝛ v̄tutes simpl̄r ꝛ absolute peti possūt ꝛ dñt absq̄ cōditione. s. si placet deo l̄ si est ꝓ salute nostra ꝛ hmōi. Et multo magis ipsā salutē ꝛ regnū: ꝛ similiter īmissiōez

peccatorū. Deo enim hoc placet qui uult omnes homines saluos fieri ⁊ ipe nos ad hoc inuitat dicens. Primū querite regnū dei ⁊ iusticia eius. i. ⁊ tutes quibus acquirit. Uñ ⁊ fidē: spē: ⁊ charitatē docuit postulare sub figura panis: piscis: ⁊ oui. Bona uero tēporalia ut sanitatē: filios: honores: diuitias: ⁊ hmōi. Aut spūalia nō necessaria ut scientiā: eloquētiā ⁊ hmōi: peti possunt: nō tamē absolute: sed sub conditōe si fiat ꝓ salute nostra. nā multis talia sūt ad pernitiē. De his ergo que possunt malum euentum hīe potest esse aliqualiter uera sīnia socratis: q̄ ut ait fert Ualeri⁹ maxim⁹. Nihil ultra a dīs īmortalib⁹ petēdū ābitrabat. q̄ ⁊ bona tribuerent: qz hi demū scirēt q̄d vnicuiq; utile foret. Sed necessaria ad salutē determiate peti pñt secūdū. b. Tho. ubi supra. Et q̄ peti possit ex hoc ꝓbat qz scōm Aug ad ꝓbā. hoc lz oraz q̄ lz desiderare. Sic lz ergo nobis desiderare ista tēpalia: nō ut i eis finē cōstituam⁹: sz sic q̄daz ad minicula quib⁹ iuuamur ad tēdēdū in beatitudinē: i q̄tū p ea uita corporal' sustētat. Et sic nobis organice deseruiūt ad act⁹ ⁊ vtutū ut dī i. i. ethi. sic lz pro ipsis tēporalib⁹ orare ut cū habēt teneāt: cū nō habēt habeant ad sufficiētiā uite decēt' cuz cōditōe tñ ut dictū est. Mala penalia nō lz petē i oīoe nisi i ordine ad bonū. ut. s. ꝓ flagella q̄s conuertat ad deū. Et sic itelligēde sūt iprecatiōes ml'te q̄ ponūt in scīptura ꝛ inimicos: ut illud ps. E rubescāt ⁊ ꝓtur. cē. ⁊ al' huiusmodi. Petit. n. conturbatōez inimicoz ꝓ tribulatōes: ut p illas corrigantur ⁊ cōuertant ad deū. Possūt ultra dictam expositōem ēt tripl'r itelligi. Uno mō ut itelligantur' sācti i hmōi petere nō ꝛ ipos hoies: sed cōtra regnū peccati: ut. s. destruant peccata i eis ⁊ erubescāt ꝓ pñiam ⁊ hmōi. Secūdo mō ut sint dca p modū ꝓphie ꝓnūtiantis quid eis eueniet: ⁊ sic ponit pñs optatiui uel impatiui ꝓ futuro idicati ui. modi ut illud duplici ꝓtritione cōterere eos domine. i. cōteres. Tertio mō ꝓformādo uoluntatē suā sancti cū. uolūtate diuina circa dānatōez persuerantiū i peccato. Mala vo tēporalia orare ⁊ petere alīs ex odio ē mortale. Et sil'r petē posse facere mala crialia ut furtū ⁊ hmōi.

Cui cōueniat ora. §. IIII

ꝛ sunt manna dulcedinis gīe ꝛ pietatis: uirga po testatis: ꝛ tabule sapie claritatis. Unde dī in secā da clausula: gīa plena. Eccī. xxiiij. In me omnis gratia. Hiero. Ceteris sanctis per partes data est gratia: marie uero plenitudo gratie se infūdit. Et Ber. De plenitudine eius oēs accipiunt ipsa. ſ. nō dante sed procurante. Tertium quod debemus sperare gloriā seu premiuz celoꝝ. puer. x. Expectatio iustoꝝ letitia. ſ. superne gīe. Diffinitur eīm spes: ꝙ ē expectatio certa future beatitudinis. Et propter hoc dī regina celoꝝ: reparatrix āgeloꝝ: ut introducat illuc quē vult. Unde dī a deo. Te. n. assumam ꝛ regnabis mecum. In figuram huius Hester que interpretatur humilis fuit assūpta in sponsam ꝛ reginam ad regnandū cum assuero rege monarcha mundi: qui inꝑpetatur beatitudo. Hester. x. Et iō in tertia clausula dī: dñs tecuz ad regnandū. Et oīs honoꝝ qui fit matri: reputat filius sibi fieri. Ita. n. dicit Anſ. Dilexit deus paꝛ uirginem vt filiuz vnigenitū cōez fecit sibi ꝛ uirgini: vt sicut ipse ſm diuinitatem ē naturalis eius filꝰ: ita ſm hūanitatē sit naturalis virginis filius. Dominus ergo tecum. Quartum qō debemꝰ sperare est iuuamen ꝛ subleuatio a miseriis ꝛ tribulationibus prouer. xxix. Qui sperat in dño: sub leuabitur. Et propter hoc dī iuuatrix miseroꝝz seu mater mie. Ber. Sileat misericordiam tuam o beata virgo: quicūqz in necessitatibus suis te inuocantem sibi senserit te defuisse. Dī ēt oliua speciosa in campis. Eccī. xxiiij. Unde in quarta clausula oī. Bñdicta tu in mulieribus. i. super omnes mulieres. Cōiter mulieres sūt pie ꝛ misericordes ad cōpatiendum. Et iō dī Eccī. xxxvi. Ubi non ē mulier ingemiscit eger: qz. ſ. non sic alij compatiūtur ꝛ iuuant. Sed beata maria super omnes misericors ꝛ subleuatrix ē. In figurā Judith liberauit ppm a miseria obsidionis illius holofernis. Cui in laude dictum fuit, Bñdicta tu sup omnes mulieres. Tu gl'ia hi'm ꝛc. Quintūē illuminatio i ambiguis ꝛ agendis. ps. xxxvi. Spera in eo: ꝛ ipse faciet ꝛ educet quasi lumen iuditium tuum. Et propter hoc dicitur beata maria illuminatrix stella: ut in sequētia. Aue maris stella. Angelus consilij natus est de uirgine: sol de stella sol occasum nesciens ꝛc. Illumiauit āt permaxime mediante filio suo qui ē lux vera: que illuminat omnem hominē uenientē i hunc mundū. Ubi dī in quinta clausula. Bñoictus fructꝰ uentris tui. Per ipsum fuerūt patres: qui erant i limbo a tenebris educti in lumen gl'e. Ber. Respice stellam: inuoca mariaz: non recedat a corde tuo. non recedat ab ore. Ipsam sequens nō deuias. Ipsam rogans nō desperas. Ipsam cogitās non deinde erras. Non āt aliunde lumē nobis porrigit nisi per benedictū filium suum. Sextum ē auxilium ꝛ uictoria in tētationibus cōtra demones: mundū ꝛ carnem. Cōfidite qz ego vici mundū. Jo. xiiij. ps. xxxi. Speꝛā tem in dño mia circundabit. Et propter hoc dicitur aduocata peccatoꝝ in antipho. Eya ergo aduocata nostra. Ipsa aduocat in curia celesti ꝓtra demones qui non cessant accusare nos: ꝛ ꝑcipue in hora mortis. Unde dicitur virga. Isa. xi. Egredietur uirga ꝛc. qz ab ipsa percutitur diabolus: vt pz in multis exemplis. Et ideo in vltima clausula dicitur. Sācta maria mater dei ora pro nobis nunc ꝛ in hora mortis amen.

Tertia conside ·§. vi·

ratio que excitat in nobis actū spei est nostre operositatis: ꝛ ista est triplex. Prima ē operatio bonoꝝ que facimus. ps. xlij. Sacrificate sacrificiū iustitie: ꝛ sperate in domino. Sacrificium iustitie sunt opera virtuosa: que tunc sacrificantur cum deo: debite offerūtur. Et ide homo sumit sibi audaciam operādi. Pertinet ēt ad iustitiam contritio ꝛ confessio. Et vt dicit Ambro. Confessio spē saluandi tribuit. de pe. di. i. ecce nūc. Secunda est toleratio laboꝝ ꝛ tribulationū ipsius amore. ad ro. v. Tribulatio patientiā operatur: patiētia ꝓbationem: probatio uero spem. Greg. Bonoꝝum mēs quanto duriora ꝓ ueritate tolerat eo eterni tas: premia certius sperat. Exemplū vnius ex septem fratribus: qui cū pro obseruatione diuine legis torqueretur: ꝛ mēbris trūcaretur: dixit. E celo ista possideo: ꝛ ꝓpter dei leges nūc hec ipsa despitio: qz me ea recepturum spero. ij. Mach. vij. Tertia ē perpetratio peccatoꝝ: ꝙ deus tādiu expectat magnos peccatores: ꝛ tandem ꝓuersis magna dona largitur ultra veniam peccatoꝝ. Multum hoc hz inducere ad spem: ut cōuersio Magdalene: latronis: mathei: pauli: aug. manasse: thaidis: pelagie: marie egyptiace ꝛ alioꝝ. Unde Osee ij. dicitur: dabis uallem achor ad aperiendū spē. Uallis ubi cōcurrūt imunditie ꝛ lutuz sūt peccatores profundati i luto uitioꝝ ꝛ terrenoꝝ. Achor interpretatur turbatio: uallis ergo achor ē magnus peccatoꝝ: turbatus per penitētiam ꝛ cōpunctionē. Et isti sunt dati nobis ad aperienduz i. ad dilatandā ꝛ ampliandā spem in nobis de venia ꝛ gīa ꝛ gl'a. Et ualde notandū est: ꝙ cum quis flagellatur uł tristatur: si nō ita cito liberatur ut petit: non dz diffidere a spe diuini auxilij. Unde Greg. in. xxv. moral. exponens illud Job. Etiam cum dixeris nō considerat iudicare coram deo: ꝛ expectat eum: sic ait. Fortasse dū clamoꝛ noster si negligitur: spes que cordi inhereat ifirmatur sup na adiutoria de futuro credimus: qz tardius ipetramus: ac pene incōsiderata deo esse igemiscimꝰ que multa toleramus. Sed cū ista nos desperationis procella conturbat cōcussa mens citius i pōtuz spei collocat se: si causas suas cū domino subtiliter pensat: si bona eius ad memoriaz reuocat:

si mala que bonis eius reddidit apud semetipsaz callide nō excusat. Si perpendit quid ab eo iuste meruit: z quod clementer accepit. Si vitam suaz uiuaciter discutit. Si ante dei oculos omne quod agit examinat. Si semetipsam sibimet non abscō dat. Si factam se quod nō erat meminit. Si illuminatam se atqz subleuatam que in tenebris iacebat: agnoscit. Hec ergo cuncta in semetipsa recolligens: dum bona accepta cōsiderat aduersa: que tolerat non accusat: nec desperatione frangitur q̄ tantorum munerū consolatione roborat̄: quia spem de futuris recipit: dum transacta beneficia recognoscit: dicat itaqz ēt cum dixeris non considerat. s. deus iudicare coram eo: expectas eum: ac si diceret. Cum id certo deus considerare nō creditur: qz tarde miseretur: intima cognitionis ingredere: atqz illuc coram eius oculis cause tue iuditiū suscipe: z que ipse uiuendo contulisti: vel que misericorditer percepisti: discerne: z tūc ad spei fiduciam reddis: dum bona tante benignitatis erubescis: quatenus inter aduersa fidēter expectas: quē z p̄ delicta ꝓpitium recolis. Hec Grego.

De obiecto spei. s. bītudine hūane uite. La. iij.

E ultimo fine hu

mane vite qui z beatitudo dicitur: q̄ est obiectū spei. Et primo sciendum q̄ oz necessario ponere ultimum finem humane uite. Nam fm. b. Tho. prima secūde. q. i. Impossibile est in finibus procedere in ifinitum per se loquendo ex quacunqz parte. In oībus. n. que per se hñt ordinez ad inuicem: oz q̄ remoto primo removeantur z ea que sunt ad primū. Unde pbs p bat in. viij. phicorum q̄ non ē possibile in causis mouentibus procedere in ifinitum: qz non esset p mum mouens: quo subtracto alia moueri nō possunt: cū non moueantur nisi per hoc q̄ mouētur a primo mouente. In finibus āt iuenitur ordo duplex. s. ordo intentionis: z ordo executionis. Et in utroqz ordine oz esse aliquod primum. Id. n. qō est primum in ordine itentionis: ē finis quasi principiū mouens appetitum. Unde subtracto principio appetitus a nullo moueretur. Id autē quod est principium in executione est operatio. Unde isto principio subtracto nullus incipiet opari aliquid. Principium vero executionis ē primū eorz q̄ sī ad finē. Sic ergo ex neutra pte possibile ē i ifinitū p cedere: qz si non esset ultimus finis: nihil appeteretur: nec aliqua actio terminaretur: nec itentio agētis quiesceret. Si āt non esset principium in his q̄ sūt ad finē: nullus iciperet operari: nec determinaretur cōsilium: sed in infinitū procederet. Ea uero que nō hñt ordinem per se sed per accidens sibi iuicē cōiungūtur: nihil prohibet infinitatez hēre. Hē. n. per accidens indeterminate sūt. Et hoc ēt mō conuenit eē infinitatē per accidēs i finibus et i alijs que sūt ad fines. Et iō si obijciatur q̄ bonū z finis ē obiectum volūtatis: sed voluntas pōt reflecti super seipsā ifinities: qz possū aliquid uelle: z exinde me nolle illud uelle: z sic ulterius i infinitū: ergo zc. Rñdeo q̄ illa multiplicatio actuū uolūtatis reflexe super seipsam per accidens se hz ad ordinē finium: quod patet ex hoc q̄ circa unum z eundem finem indifferenter semel uel pluries supra seipsam uolūtas reflectitur. Sicut ēt in numerando rō pōt procedere in infinitum: qz per accidens unitas additur numero ꝑexistēti.

Q est impossibi §. I.

le q̄ uoluntas hominis unius simul se hēat ad diuersa: seu tendat in plura ut ultimos fines. Huiꝰ rō ē fm. b. Tho. prima secunde. q. i. Quia cū unū quodqz appetat suam perfectionē: illud appetit aliquis ut ultimū finē quod appetit vt bonum perfectū z completum sui ipsius. Unde dicit Augu. in. xix. de ciui. dei. Finem hominum nūc dicimus non q̄ cōsumatur ut non sit: sed quo perficiatur: ut plenum sit. Oportet ergo q̄ ultimus finis ita i pleat totum hois appetitum: q̄ nihil extra ipsuz appetendum relinquatur: qō esse nō pōt: si aliqō extraneū ad ipsius perfectionē requiratur. Unde nō pōt esse q̄ in duo sic tēdat appetitus: ac si utrū qz sit bonum perfectū ipsius. Itē ad idem. Illud i quo quiescit aliquis sicut in ultimo fine homis affectui dñatur: qz ex eo totius uite sue regulas accipit. Unde de gulosis dī ad Phili. iij. Quorum deus vēter est: qz. s. costituūt finē in delitijs uētris. Sed sicut dī Mat. vi. Nemo pōt duobꝰ dñis seruire ad inuicem. s. non ordinatis: ergo ipossibile ē esse duos ultimos fines unius hois ad inuicē non ordinatos. Nec obstat quod Augu. dicit i. xix. de ciui. dei quosdā uidelicet posuisse ultimū finez in quattuor. s. in uoluptate: pulchritudine: quiete et huius principijs nature: z uirtute: que utiqz sunt plura. Nā oia ista plura accipiebāt illi rōne unꝰ boni perfecti ex his cōstituti.

Q omnia q̄ uult §. II.

hō vult propter ultimum finē: qō ꝓbat. b. Tho. i prima secūde. q. i. duplici rōe. Et pma ē: qz q̄cūq homo appetit: appetit sub ratione boni: qō qui dē si non appetitur ut bonū perfectū: qō ē ultimꝰ finis: necesse ē q̄ appetatur ut tendens in bonum perfectum: quia semper inchoatio alicuius ordinatur ad consumationem eius. Sicut patet tā in his que fiunt a natura: q̄ in his que fiunt ab arte Et ideo hominis inchoatio perfectionis ordinat in cōsumatam perfectionem: que est per vltimū finem. Secundo qui vltimus finis hoc modo se habet in mouendo appetitum: sicut se habet in alijs motōnibus primus mouens. Manifestum

est autez q̄ secunde cause mouentes non mouent nisi secundū q̄ mouentur a primo mouente. Uñ secūda appetibília nō mouent appetitū nisi in ordine ad primuz appetibile: quod ē ultimus finis. Pro tertio pōt induci auctas Aug. dicētis. xix. de ciui. dei q̄ illud ē finis boni nostri: ppter q̄d amā tur cetera: illud āt propter se ipsum. Quāuis aūt scie speculatiue propter se ipas querātur: querūt tñ ⁊ appetuntur ut bonū speculātis: quod cōpte hēditur sub bono completo quod ē vltim⁹ finis. Itē sciendū q̄ nō oz q̄ aliquis semper cogitet de ultimo fine qñcūq; aliquid appetit uel opaē: sed uirtus prime intētionis q̄ ē respectu ultimi finis: manet in quolibet appetitu cuiuslibet rei: ēt si de ultimo fine actus nō cogitetur. Sicut qui uadit per uiam: non oz q̄ i quolibet passu cogitet de fine uie. Si āt queratur utrū alia conueniāt in vltimo fine cū creatura rōnali. R. fm. b. Tho. q̄ cū finis dicatur dupl̄r fm phm. s. cuius ⁊ quo. i. res i qua rō boni inuenitur ⁊ adeptio eius. Sicut finis auari ē pecunia ⁊ adeptio eius. Primo ergo mō i fine oia conueniunt q̄ talis finis est deus: q̄ est vltimus finis hois ⁊ oium aliarū reruz. Secūdo mō sumēdo finē. s. pro adeptione seu cōsecutione finis. Sic in fine vltimo hois non cōicāt creature irrōnales. Nā hō ⁊ alie creature rōnales cōsecūtur ultimum finem cognoscēdo ⁊ amādo deum: q̄ nō competit alijs creaturis: que adipiscūtur ultimū finē: in quātū participāt aliquā similitudinē dei. s. fm q̄ sūt uel uiuūt uel agnoscūt. Beatitudo āt nominat adeptionem ultimi finis.

Utrū omniū ho . §. III.

minū sit unus ⁊ idē finis ultim⁹? Rndet. b. Tho. pma secūde. q. i. q̄ de ultimo fine possum⁹ loqui dupl̄r. Uno modo fm rōem cōem vltimi finis. Et sic oēs hoies conueniunt in appetitu ultimi finis: q̄ omnes appetūt suam perfectionē adimpleri: q̄ ē rō ultimi finis. Alio mō fm id i quo consistit rō ultimi finis. Et sic nō oms cōueniunt i appetitu ultimi finis. Nā quidam appetūt diuitias tanq̄ consumatū bonū: quidam voluptatē: q̄dā aliquid aliud. Sicut gustui delectabile ē dulce: sz quibusdā maxie ē delectabil̄ dulcedo uini: q̄busdā dulcedo mell: q̄busdā aliud. Illud tñ oz eē delectabile meli⁹ simpl̄r: i q̄ maxie delectat q̄ hz optimū gustū. Silr illud bonū oz esse cōpletissimū q̄ tāq̄ ultimū finē appetit hūs affectū bñ disposituz. Q̄ hōi conuenit agere quecūq; agit ppter finē. Rō est fm. b. Tho. pma secunde: q̄ ille sole actiones que fiunt ab hoie proprie dicuntur hūane. que sūt hois i q̄tum est hō. Differt āt hō ab alijs creaturis irrōnabilibus: in hoc q̄ ē dñs actuum suoz. Unde ille sole actiones uocātur humane: quarum homo ē dominus. Est autem homo dominus actuum suorum per rationem ⁊ uoluntatem. Unde liberum arbitrium dicitur facultas volūtatis ⁊ rōis. Ille ergo ppie dicūtur actiones humane: que ex deliberata uolūtate procedunt. Si que alie actiones cōueniant hōi: pōt dici hois sed non humane proprie. Oēs āt actiones que ꝓcedunt ab aliqua potētia: causantur ab ea fz rōnem sui subiecti. Obiectum āt uolūtatis ē bonū ⁊ finis. Unde oz q̄ oēs actiones humane sint ꝓpter finem.

Q agere prop . §. IIII.

ter finē non solū conuenit hōi: sed ēt alijs creaturis. Unde phs in. ij. phicorum dicit: q̄ non solū intellectus: sed ēt natura agit propter finem. Sz fz b. Tho. ubi supra. Aliquid sua actione uel motu tendit ad finem dupl̄r. Uno mō sicut se ipsū mouens ut hō. Alio modo sicut ab alio mouēte ad finem: sicut sagitta tendit ad finem determinatū: ex eo q̄ mouetur a sagittāte q̄ suā intētionez in finem dirigit. Illa āt que rōnem hñt: mouēt se in finē: q̄ hñt dñium suoz actuū p liberū arbitriuz. Illa que rōne carent tendūt ad finē per nālē inclinationē quasi ab alio mota: non āt a se ipsis: cuz non agnoscant rōem finis: ⁊ iō nihil in finez ordinare pōt: sed solum in finem ab alio ordinantur. Nā tota natura cōparatur ad deū sicut instrumētum ad agens principale. Et iō propriuz est nature rōnalis ut tendat in finem quasi se agens uel ducens ad finem. Natura uero irrōnalis q̄si ab alio acta vel ducta: siue in finem apprehensū sicut bruta aialia siue in finez nō apprehensū: sicut ea que carent oino cognitiōe: ⁊ sic oia agūt propter finē. Q āt hoc sit uerū ⁊ necessariū: pbat sic. b. Tho. Cārum ordinatarū si prima subtrahitur: necesse ē alias subtrahi. Prima autem inter omnes cās ē cā finalis. Cuius rō est: quia materia non consequitur formam: nisi fm q̄ mouetur ab agēte. Nihil n. se reducit a potentia in actum. Agens aūt non mouet nisi ex intētione finis. Si. n. agens nō esset determinatum ad aliquem effectum: non magis ageret hoc q̄ illud. Ad hoc ergo q̄ effectum determinatum producat: necesse est q̄ determietur ad aliquod certum: quod hz rōem finis. Hec āt determinatio sicut in creatura rōnali fit per rōnalem appetitum: qui dicitur volūtas. Ita i alijs fit per inclinationem naturalem: que dicitur appetit⁹ naturalis. Q actus humani i quantuz morales sortiuntur spēm a fine fz b. Tho. ubi supra. Rō ē: quia unūquodq; sortitur spēm fm actum ⁊ nō fz potentiam. Unde ea que sunt cōposita ex materia ⁊ forma: constituūtur i suis spēbus per proprias formas. Actus āt humani dicuntur ut dictum est i quātum procedunt a uoluntate deliberata. Obiectum autem uoluntatis est bonum et finis: ⁊ ideo manifestum est q̄ ⁊ principium humanorum actuum i quantuz sunt humani: est finis.

simiſiter terminus eorũdem. Nã id ad quod terminatur actus humanus est id quod voluntas intendit tanq̃ finẽ: sicut in agentibus naturalibus forma generati est conformis forme generantis. Et cum unũquodq; habeat speciem a principio intrinseco: finis non est aliquid extrinsecum omnino ab actu: qz comparatur ad actum ut principium uel terminus. Et hoc ipsum est de rõne actus: vt. s. sit ab aliquo quãtum ad actionem: z sit ad aliquod quantum ad passionẽ. Secũduz ãt quod ẽ poz i intentiõe sic ptinet ad volũtatẽ. Et hoc mõdat spem actui hũano siue moꝛali. Item unꝰ actꝰ numero fm q egreditur semel ab agente nõ ordinatur nisi ad vnum finẽ proximũ: a quo hz spẽz. Sed põt ordinari ad plures fines remotos: quoꝝ vnus est finis alterius. Nihil ãt prohibet actus q̃ sunt idem fm spẽm nature: sicut occidere propter iustitiam: z occidere propter odiũ: sint diuersi fz spẽz moꝛis. Nã pmꝰ ẽ actꝰ vtuꝫ: ꝰus actꝰ uitiũ zc̃.

De bĩtudinis q̃ditate z mltiplicitate. Ca. iiij.

Et beatitudie que

est obiectum spei. Boetius in. iij. de consolatione sic diffinit beatitudinem. Beatitudo est status oium bonoꝝ aggregatione perfectus: hanc autez omnes naturaliter appetũt. Unde ipse dic̃ q oĩs cura moꝛtaliũ quã multiplicium studioꝝ laboꝝ exercet: diuerso q̃dem calle procedit: ad vnum tñ beatitudinis finẽ nititur peruenire. Et Aug. in. x. de ciui. dei in pn. ait. Oium hoium qui rõne quoqũo uti possunt certa sñia est. Beatos eẽ omnes hoies velle. Qui ãt sint uel vnde fiant: dũ moꝛtalis querit infirmitas: multe hinc cõtrouersie concitate sunt: in quibus phi sua otia z studia contriuere.

Est autem triplex §. I.

beatitudo: que põt notari in illo uersu ps. cxliij. 143
Beatum dixerũt ppl'm cui hec sũt: beatus ppl'us cuius dñs deus eius. Et prima est beatitudo falsa z deceptiua: ibi Bea. dix. po. cui hec sũt. Secũda est bĩtudo iperfecta z dispositiua: ibi: bea. po. cuius dñs. Tertia ẽ beatitudo perfecta z obiectiua: ibi: deus eius. Quãtum ad primum utiq; homines mũdi reputant beatũ illũ populuz z illos hoies qui abũdant tpalibus: de quibus fuerat locutus supra ps. Et aliqui reputãt beatitudinẽ diuitias vt auari: qz oia faciunt: vt cumulent diuitias: extimãtes illas ut sũmum bonuz maius alĩs. Ad hũc finẽ dirigũt omnem suum actum: affectũ: cogitatũ: studiũ z laboꝛẽ: ppter hec postponẽtes dei mãdata: z sic magis nũmum q̃ deũ diligẽtes. Unꝺ apls appellat auaritiã idoloꝝ seruitutẽ. Alĩ tanquam beatitudinẽ querunt honoꝛes mũdi: ut ambitiosi. Alĩ gloriam z famam: ut vana glorioſi. Alĩ potentiam dominandi alĩs: vt sup bi. Alĩ carnales delectationes: vt luxurioſi. Alĩ cõseruationem uite tpalis cuz sanitate: z alĩ alys commodis ponunt beatitudinẽ: vt delitioſi. Alĩ in cognitione rerum ut philoſophi curioſi. Sed cõtra oñs hos dicit dñs per Ysaiaz. c. ij. Populus meus qui beatum te dicũt. s. propter ista habita: ipsi te decipiunt. Naz impossibile ẽ in aliquo horum esse beatitudinẽ ueraz: quod ꝓbat. b. Tho. prima secũde. q. ij. Sed videt q̃ hoc nõ sit uerũ. s. q oñs appetãt beatitudinẽ. Nullus. n. põt appetere quod ignoꝛat: qz bonũ apprehẽsuz ẽ obiectũ appetitꝰ: vt dz. iij. de aia. Sed multi ignoꝛãt quid sit beatitudo: quod pz ex hoc: qz q̃dã posuerunt eam i voluptate coꝛpoꝛis: alĩ i diuitĩs z hꝰ: ergo zc̃. Rñdet. b. Tho. prima secunde. q. v. arti. vij. q bĩtudo põt duplr cõsiderari. Uno modo fm cõem rõem bĩtudinis. Et sic necesse ẽ: q oĩs hõ bĩtudinem uelit. Rõ autem cõis beatitudinis ẽ: q sit bonũ perfectum. Cum autem bonũ sit obiectum uoluntatis. Perfectum bonũ alicuius est q totaliter eius voluntati satisfaciat. Unde appetere beatitudinem nihil est aliud q̃ appetere hoc q volũtas eius satietur: q quilibet vult. Alio mõ possumus loqui de bĩtudine fm spalem rõez: q̃ tum ad id in quo bĩtudo consistit. Et sic nõ oẽs cognoscũt bĩtudinem: qz nesciunt cui rei cõis rõ bĩtudinis cõueniat. Quidam. n. putãt hãc reperiri i diuitĩs: alĩ in voluptatibus z hꝰ: z per consequens non omnes appetunt beatitudinem. Rõ enim perfecte beatitudinis conuenit huic rei. s. uisioni diuine essentie. In hoc enim est status oium bonoꝝ perfectus: qui est beatitudinis. Unde xps Joan. xvij. Hec ẽ uita eterna: vt cognoscãt te solum verum deum zc̃. Et hoc hz quietare appetitum hois. Unde ps. xvi. Satiabor cũ apparuerit glia tua: hoc ãt. s. videre deũ certũ ẽ q multi ñ appetũt super oia alia: sed magis alia terrena: ut pz i pcoꝛibꝰ. Uñ z deꝰ p hiere. ait. ij. c. Duo mala fecit ppl'us meus. Me dereliquerũt fõtẽ aque uiue: z foderũt sibi cisternas dissipatas.

Q in diuitiis cõ §. II.

sistat bĩtudo hois ẽ impossibile. Rõ ẽ fm. b. Tho. ꝑma secunde. q. ij. Bĩtudo est ultimus finis hois ad quem oia alia oꝛdinãtur: z ipse nõ oꝛdinatur ad aliud. Sed diuitie non pñt esse ultimus finis hois. Nam diuitie aut sunt naturales aut artificiales. Naturales dicũtur quibus homini subuenitur cõtra defectus naturales tollendos: ut cibꝰ: potus: vestimenta: vehicula: habitationes z hꝰ. Ista ãt querũtur non propter se: sed ppter aliud. s. ad sustentandũ naturã hominis. Artificiales diuitie sũt quibus natura non iuuatur fm se ut denarij: sed ars eos adinuenit propter facultatez cõnumerationis: ut sũt quasi mensura queda rerũ venaliũ. Iste ãt diuitie artificiales non querũtur

nisi ꝓpter naturales: non. n. quereretur: nisi per ea illa alia emerētur ad usū vite. Neutre ergo habent rōem ultimi finis hois: sed ipse ordinantur ad hominem sicut ad finem. Nam ordine nature oia huius sūt infra hoiem ⁊ facta ꝓpter hoiem. Juxta illud ps. viij. Oia subiecisti sub pedib⁹ ei⁹. Ergo in diuitijs non est ultimus finis hois: nec ꝑ ꝑns bītudo. Secūda rō est fm. b. Tho. qz bonū hois consistit magis in retinendo beatitudinē: q̄ in emittendo ipsam. Sed bonum hois circa diuitias magis cōsistit in emittendo ⁊ euertendo q̄ retinendo ēt quātum ad deū: ꝓpter quod xps dixit Mat. vi. Nolite thesaurizare nē. Thesaurizate āt thesauros in celis. s. erogando indigētibus. Et quātum ad mundi honorem. Unū Boe. iij. de consola. Diuitie diffūdēdo magis q̄ exaceruādo melius lucēt. Siquidē auaritia semper odiosuz: ciaros largitas facit. Pōt assignari tertia rō: qa bītudo quietat ⁊ satiat appetitum fm illud ps xvi. Satiabor cū apparuerit gla tua. Sed diuitie non quietāt appetitum. Jo. iiij. Qui bibit ex hac aqua sitiet iterum. prouer. penul. Due sūt sāguisuge: q̄ dicūt: affer affer. i. auaritia ⁊ luxuria. Ambro. xlvij. di: sicut hi: ait. Nec sacietas vnq̄ nec finis aderit cupiditati. Exemplū in alexandro magno: qui hīs dīuz mūdi cū audisset a quibusdā phīs esse plures mūdos: suspirās ⁊ illos alios desiderabat. Est autē appetitus diuitiarū artificialiū infinitus: qz deseruit cōcupiscentie inordinate que nō modificatur fm phm. Aliter tñ est infinitū desideriuz diuitiarum: aliter desideriuz sūmi boni. Nā sūmum bonum quanto magis perfecte possidetur: tāto magis cognoscitur ipsum ⁊ amatur: ⁊ alia contēnuntur. qz quātomagis habetur: tanto magis cognoscitur. Unū Eccli. xxiij. Qui edūt me adhuc esurient nē. Sed i appetitu diuitiaruz ⁊ quorūcūq̄ tpaliū est cōtrarium. Nā cū nō hñt appetūtur: qz estimatur magnū bonum i eis esse. Cū iā hñtur: ipsa contēnūtur: ⁊ alia desiderātur. Et hoc ideo: qz eorum īsufficientia tunc magis cognoscitur cum habentur.

Qi honorıbus .§.III.

consistat bītudo hois ē impossibile fm. b. Tho prima secūde. q. ij. Et rō est: qz honor exhibetur alicui ꝓpter aliquā eius excellentiaz: ⁊ ita est signū ⁊ testimonium quoddam eius excellētie: que est in honorato. Excellentia āt hois maxime attēditur fm beatitudinem que est hois perfectuz bonū: ⁊ fm partes eius. i. fm illa bona ex quibus aliquod bītudinis ꝑcipiatur ⁊ participatur. Et iō honor pōt consequi bītudinem. Sed principaliter i eo non pōt cōsistere bītudo. Et quia honor consequitur beatitudinem: hinc est q̄ sicut naturaliter desideratur beatitudo: ita naturaliter appetit honor cōsequens ipsā. Unū Aug. in li. de ciui. dei allegans ciceronē ait. Honos alit artes: quicq̄ ad studia accedūtur gla. Secūda rō est fm. b. Tho. Quia beatitudo est in beato. Sed honor non ē in honorato: sed in honorante qui reuerentiā exhibet honorato fm phm in. i. ethi. ergo non i honore cōsistit bītudo. Et si dicatur q̄ bītudo nō ē premiū uirtutis: ꝓpter quā virtuosus operatur: sed honor fm phm in. iij. ethi. dī ee premium virtutis: ergo uidetur q̄ in eo cōsistat beatitudo. Rndit. b. Tho. q̄ phs nō dicit q̄ honor sit p̄miū v̄tutis: ita. s. q̄ ꝓpter ipsū honorē hñdum v̄tuosus opet sic ꝓpī bītudinē: qz tūc nō eēt uirtuosus: sz ābitiosus. Sed dī p̄miū v̄tutis q̄ ad exhibētes honorē: qz quasi nō hñt hoies qd maius dēt: ⁊ sic v̄tuosus accipit honorē ab hoibus loco premij. Tertia rō est: qz bītudo cuz sit pfectū bonū: non cōgruit nisi bonis. Sed honor est cōis bonis ⁊ malis. Unū Aug. dicit de malo prelato ul clerico. Et in exemplum culpa uehemēter extēditur: cum pro reuerentia ordinis peccator honorat⁹. di. lxxxiij. nemo. Ex hoc tñ efficitur bīs: sz cōfusibilis. Unde Symacus papa. i. q. i. ait. Ulissimus cōputandus est: si scītate ⁊ scīa non precellit qui est honore prestātior. Qz āt deo ⁊ excellētissimis creaturis maxime exhibeatur honor ꝛz illud i. ad Thi. i. Deo honor ⁊ gla: hoc est in signū ⁊ testimonium excellētie preexistētis in eis: nō q̄ honor faciat eos excellētes. Aman fuit ualde honoratus: qz secūdus post assuerū: ⁊ tamen malus: tādem suspensus est. Hester. iij.

Q in gloria hū .§.IIII.

mana seu fama consistat bītudo ē impossibile fm b. Tho. prima secūde. q. ij. Rō est: qz ꝛz Ambro. gla est clara cuz laude notitia. Res āt cognita aliter comparatur ad cognitionē humanā: aliter ad diuinā. Hūana. n. cognitio cātur a rebus cognitis: sed diuina cognitio ē cā rerū cognitarū. Unde perfectio hūani boni q̄ dī bītudo nō pōt cāri a notitia hūana: sed magis notitia hūana de bītudine alicuius ꝓcedit: ⁊ quodāmō cātur ab ipa bītudine ichoata uel perfecta. Et iō in fama uel hūana gla non pōt consistere hois bītudo: sed bonū homīnis dependet sicut ex cā ⁊ cognitiōe dei. Et iō ex gla que est apud deuz dependet beatitudo hois sicut ex cā sua. fm illud ps. xc. Eripiā eū: ⁊ glificabo eū lōgi. die. nē. Secūda rō ē: qz bītudo hz i se v̄itatē. Fama āt seu gla tpalis hz in se frequēt falsitatē. Nā humana notitia sepe fallit: ⁊ ꝑcipue in cōtingētibus singularibus: circ̄ quē sūt actus hūani. Multi. n. creduntur boni: qui sunt mali. Unde Grego. ad mauritium. Multa sūt que de deiiudicio hoies ignorāt. Nā q̄s uos laudatis: ille forte reprehēdet: ⁊ quos uos reprehēditis ille laudabit. xi. q. i. sacerdotibus. Unde damasus papa q̄ fuit sanctus: fuit infamatus de adulterio: ut refert

hiero. ꝛ habeť. ij. q. vij. §. cū balaā i fine. Et simō magus reputaᷣ deus a romanis. Tertia rō ē: qz bītudo ē bonū pmanēs. Unō dī staᷣ. Sz gla tpalis dī qđ ualde trāsitoriū. Isa: xl. dī. Ois caro fenū: ꝛ ois gla ei⁹ q̄si flos agri: qz una die apparet alia decidit ꝛ marcet. Un̄ Boeti⁹. O gla gla qđ aliud es q̄ i milib⁹ hoium iflatio q̄dā auriū. Sede chias rex irl̄z fuit i magna gla i regno suo: ꝛ post eacapt⁹ excecat⁹ ductus i babiloniā i magna cōfu siōe. hiere. vlti. vñ nō apptiāda i se. Bre. xi. q. ij. Jnt̄ vba laudātium ꝛ uituperātiū ad mentē sēp recurrendū ē. Et si ibi nō iuenit bonuz qđ de nobis dicitur: magnā dz tristitiam generare. Si aūt ibi nō inuenimus malū qđ de nobis hoies loquūtur: in magnā debemus letitiā resilire. Uez ut dicit Aug. ibi in ca. Nō sūt audiēdi ad edificationē aliorū ꝛ tollendū scādalum debem⁹ cōseruare bonā famā: ꝛ cū quis pōt dz declarare inocētiā suā: cum iniuste infamatur.

Q consistat beati §. V.

tudo i ptate seu dñio fm. b. Tho. prima secunde q. ij. est ipossibile: ꝛ rō ē: qz ptas se hz ad bonū et malū. Multi. n. male utūtur ut frequētius: ut pz i saule primo rege ppli dei: qui de optimo effect⁹ est pessimus. Omnes ēt reges isrl̄ fuerunt mali reges: ēt iuda pro maiori parte. fm Aug. de ciuita. dei. Beatitudo autem est purum ꝛ perfectuz bonum: ꝛ non pōt quis uti male. Magis autez posset consistere aliqua beatitudo in bono usu potestatis: que est per vtutem q̄ i ipsa potestate. Secunda rō ē: qz beatitudo non habet anxietatem sed delectationem ꝛ securitatem. potestas autem terrena hz plurimuz anxietatis ꝛ timoris. Unde Greg. Omne quod hic eminet: plus merorib⁹ efficitur q̄ honorib⁹ gaudet. di. xij. nerui. Et Boetius. ij. de conso. Ptas hūana solicitudinū morsus expellere formidinum aculeos uitare nequit. Exemplum ponitur in illo dño qui fecit pendere gladiuz acutum filo tenui super caput amici recūbentis secum in mēsa copiosissime preparata ꝛc. Tertia rō est: quia beatitudo est bonū per se sufficiens ꝛ non indigens alio: ut pz in. i. ethicoruz: ita q̄ ipsa adepta nullum bonum deficit homini necessarium. Sed habita potestate adhuc multis indiget: al̄. miser esset: nec eam tenere posset. Indiget. n. seruitoribus: officialib⁹ ꝛ mltis adiutorijs. Unde ꝛ due ptates principales in ecclesia. s. imperialis seu regalis ꝛ pōtificalis: una indiget altera: vt dicit Cyprianus di. xcvi. cuz ad ueruz: ꝛ. xxij. q. v. c. principes. Et ptas imperialis frequēter adiuuit ꝛ defendit ecclam seu potestatem papalem ut pz di. lxij. adrianus: ꝛ. c. tibi dñe. Et papa cōfirmat imperatorem.

Q i uoluptati §. VI.

b⁹ ꝓsistat beatitudo uera impossibile ē. Et rō est fm Tho. prima secūde. q. ij. Quia delectationes spuales sūt potentiores corporalibus. Sed in delectationibus spualibus non cōsistit principaliter beatitudo perfecta: ergo multo minus in corporalibus. Q: āt non consistat beatitudo principaliter in delectatione spuali. Probatur per hoc qđ in una quaq; re aliud ē qđ pertinet ad essentiam rei: aliud est proprium accidens eius. Sicut i homine aliud est q̄ est animal rōnale: aliud q̄ est risibile. Est autem considerandum: q̄ omnis delectatio est quoddam probrium accidens: quod consequitur beatitudinem vel aliquam beatitudinis partem. Ex hoc. n. aliquis delectatur q̄ hz aliqō bonū sibi conueniens in re uel in spe vel solū i memoria. Bonum āt conueniens si sit perfectum: est hominis beatitudo ipsa. Si autem sit imperfectū: est quedam beatitudinis participatio uel propinqua vel remota vel saltez apparēs. Unde manifestum ē q̄ nec ipsa delectatio que cōsequit bonū perfectum ē ipsa essentia bītudinis: sed quod dā cōsequens ad ipsā sicut per se accidens. Sed ꝛ voluptas corporalis nō pōt ēt mō p̄dicto seq̄ bonū perfectum. nā ipsa sequitur bonū: qđ apphendit sensus qui est unitus aie vtens organo corporali. Bonū āt quod pertinet ad corpus apprehēditur fm sensū: non pōt esse perfectū hois bonū. Cum. n. pars aie q̄ est absoluta: ab organo corporali ut intellectus habeat quandam infinitatez respectu ipsius corporis ꝛ partium anime corpori concretarū: sicut imm aterialia sūt quodam mō infinita respectu materialium. Nam uniuersale quod cognoscit intellectus: est absolutum a materia: ꝛ continet sub se quasi infinita singularia: iō bonuz conueniēs corpori quod per apprehensionem sensus cāt delectationem corporalē: non ē p fectū bonū: sed quoddam minimum in cōparatione ad bonuz anime. Et sic voluptas corporalis nō pōt esse ipsa bītudo: nec per se accidens bītudinis. Secūda rō ē: qz bītudo uera est ꝓpria creature rōnalis: cuius est capax per rōnem uel intellectum. Uoluptates āt corporales sūt cōes nobis ꝛ brutis. Unde ꝛ Boetius dicit q̄ si uoluptates nos beatos efficere possent: nihil cause est q̄n pecudes quoq; beate esse dicāt̄. : sed hoc absurdum est dicere. Est autem uehemēs appetitus delectationis sensibilis: contingēs ex hoc q̄ operationes sensuū que sunt principia nostre cognitionis sūt magis perceptibiles: vnde a pluribus appetūt q̄ delectationes spuales. Et qz sunt magis note: iō sūpserunt sibi nomen uoluptatis fm phm in. vij. ethicoruū. Eo āt modo omues appetunt delectationem quo appetunt bonum. Nam delectatio est quies in bono desiderato. Tamē delectatio appetitur rōne boni ꝛ non ecōuerso. Unde nō sequit q̄ delectatio sit maximum ꝛ p se bonū: hz q̄ una

quecp delectatio consequatur aliquod bonum et maxima delectatio ꝛ summa: sequit sūmū bonū habitū. Tertia rō ē q beatitudo cuz sit perfectū bonum: nulli potest esse nociua. Sed uoluptates sunt nociue anime ꝛ corpori. Unde Boetius i. iij. de consola. tristes esse exitus voluptatum quisqs libidinum suarum remisci uoluerit intelliget. Et Seneca. Plures occidit uoluptas q gladius. Et Hiero. quod galienus dicit. Athletas quorum uita ꝛ ars sagina est: non diu uiuere posse nec sanos esse: aiaſqz eorum nimio sanguine ꝛ adipe quasi luto inuolutas. nihil terrene nihil celeste cogitare sed semper de carnibus eructuare ꝛ uentris inglu uiem cogitare. de conse. di. v. ne tales. Et Grego. dicit. Salomon quippe ex ordinato amore feminarū ꝛ usu ad hoc usqz perductus est: ut exēpla idolis construeret. xxxij. q. iij.

Q in sanitate §. VII.

ꝛ quiete corporis ꝛ optima dispositione consistat beatitudo: ē impossibile. Et prima rō ē fz. b. Tho. prima secūde. q. ij. qz impossibile est q illius rei que ordinatur ad aliud sicut ad finē: vltimus finis sit ꝓseruatio ei⁹ in eē. Sicut nauis que ordinat ut ad finē ad nauigationē: finis eius ultimus nō est conseruatio ei⁹ sz nauigatio. Et hoc intendit pncipalit gubernator ei⁹. Mānifestū ē āt q hō ordinat ad aliqō extra se sic ad finē. Nō. n. hō est sūmū bonū: ad qō inclinat per nālem appetitū eius: qz ut dic Boetius. Inserta ē mentibus hoium nālit ueri sūmiqz boni cupiditas. Uñ impossibile ē q ultimus finis volūtatis ꝛ rōnis sit ꝓseruatio sui eē. Uñ Eccī xv. dz: q deus ab initio cōstituit hoiem: ꝛ reliquit eū in manu cōsilij sui. i. liberi arbitrij: ex quo ordinat se ad finem ꝛ eligit ea que sūt ad finem. Secūda rō est: qz dato q finis rōis ꝛ volūtatis eēt conseruatio sui: adhuc tñ nō posset dici: q finis hois eēt aliqō bonū corporis. Esse. n. hois ꝓsistit i aia: et corpore et q̄uis eē corporis dependeat ab aia nō tñ econuerso eē aie dependet ab eē cōporis. Et ipsū corpus ē ꝓpter aiam sicut instrumētū ꝓpter motorē: ut p ipsū suas actiones exerceat. Uñ oia bōa corporis ordinatur ad aiam ꝛ bona eius sic ad finē. Et iō est impossibile q in bonis corporis cōsistat bītudo: que est ultimus finis hominis. Ad qō ēt facit qō dicit Aug. q maius dānum est in amissione unius aie q mille corporū. xxij. q. iij. si habes. Tertia rō ē: qz fm bītudinez hō excellit oia aialia: sed fm dona corporis hō a mltis aialibus supatur: sicut ab elephāte ꝛ fenice i diutnitate uite: a leone in fortitudine: a caprea ꝛ ceruo i uelocitate: ab aquila ꝛ lince in uisus acumie: a cane i odoratu: ab aranea i leuitate tact⁹ ꝛ huiusmōi.

Q beatitudo §. VIII.

perfecta non cōsistat essentialiter in cognitione q cunqz ul cuiuscūqz rei nisi perfecta cognitiōe dei. Et q non consistat in cognitione sensitiua quacūqz. Probatur ex hoc fm. b. Tho. prima secunde q. iij. Nam beatitudo hominis consistit essētialit in cōiunctione ipsius ad bonum increatū quod ē vltimus finis: cui homo cōiūngi non pōt per operationem sensus: qz ipse est deus. Bruta ēt aialia cū cōicent nobis cum insēsitiua operatione: si in hoc cōsisteret beatitudo: essent ꝛ ipsa beata: qō ē absurdum dicere. Item beatitudo est saciatiua: sz ut dī Eccēs. i. Non satiatur oculus uisu nec auris auditu ꝛ sic de alijs.

Q non cōsistat §. IX.

beatitudo perfecta in operatione intellectus practici: probatur ex hoc fm. b. Tho. ubi supra q itellectus actus practici non queritur ꝓpter se ipsū sz ꝓpter actionem. Ipse ēt actiones ordinātur ad aliquem finē: sed ultimus finis cuius ē bītudo perfecta nō q̄ritur ꝓpter aliud sz ꝓpter se. Itē qz bītudo cōsistit i opatiōe hois fm phz ꝛ i optia opatiōe: optima opatio hois ē optime potētie respectu optimi obiecti. Optima āt potentia est intellectus: cuius optimū obiectum est bonū diuinū: qō non est obiectū itellectus practici sed speculatiui. Item i his que pertinēt ad uitā actiuam: ad quaz ordinatur actio itellect⁹ practici cōicant nobis aialia bruta aliqualiter: que tñ non sūt capacia beatitudinis. Unde pz q beatitudo non consistit i actione practici intellectus.

Q non consistit §. X.

in cognitione speculatiuarū sciarū bītudo ꝓbat fz. b. Tho. ubi supra. Primo qz dñs dicit Hiere. ix. Non gl̄ietur sapiens in sapientia sua. Et loquitur de sapia sciarum secularium. Sed ō perfecta bītudie est gl̄iandū: ergo ꝛc. Rō est ad hoc: quia cōsideratio speculatiue scie non se extendit ultra uirtutē pncipiorū illius scie: qz in pncipijs scie uirtualiter tota scia cōtinetur. Prima āt pncipia speculatiuarū sciarum sunt accepta per sensuz: ut pz in fine posteriorū. Unde tota consideratio speculatiuarum sciarum non pōt ultra extendi q̄ sensibilium cognitio ducere pōt. In cognitione āt sensibilium non pōt consistere bītudo: que est ultia perfectio hominis. Nō. n. aliquid perficit aliquo inferiori: nisi fm q iferiori est aliqua participatio superioris. Manifestum est autem q forma lapidis uel cuiuscūqz rei sensibilis est inferior homie. Unde per formam lapidis non perficitur itellectus: in quantum est talis forma: sed in quantum participatur aliqua similitudo alicuius: quod est supra intellectū humanum. s. lumen itelligibile ul aliquid h⁹mōi. Per sensibilia āt nō pōt deuenire in cognitionē substātiarū separatarū. Omne aūt qō est per aliud reducitur ad id quod est p se. Uñ

oportet q̄ ultima perfectio hominis sit per cognitionē alicuius rei: que sit supra intellectū hūanuz. Item beatitudine nullus pōt male uti. Sed consideratione sciarum speculatiuarum in pñti multi abusi sunt: z abutūtur in superbiā: sicut phi: q̄ cū cognouissent deum: non sicut deū glorificauerunt zc̄. ad ro. i. Elati per superbiam. Et Hieronymus fuit dire flagellatus: q̄ nimis inordinate z affectuose uacabat tali studio: ut habetur distic. xxxvij. legimus.

Q̄ non consistat . §. xi.

beatitudo perfecta in cognitione substātiaruz separatarū. i. angelorz. Probatur ex hoc fm beā. Tho. ubi supra. Quia dñs dic̄ Iere. ix. In hoc glorietur q̄ gloriatur scire z nosse me. Et non dicit scire angelos. Item rō ad hoc: q̄ pfecta hois bītudo nō consistit in eo quod ē perfectio itellectus fm alicuius participationē: sed in eo quod ē per essentiam talē. Manifestū est āt q̄ unūqōq; in tantum est perfectio alicuius potēie: in quātū ad ipsum pertinet rō proprij obiecti illius potentie. Proprium āt obiectum intellectus est ueruz. Quicquid ergo hz ueritatem participatā contēplatam nō facit intellectū perfectum ultima pfectione. Cum āt sit eadem dispositio rerū in cē sic̄ i veritate: quecunq; sunt entia per participationē: sunt uera per participationē. Angeli āt hñt esse participatuz: q̄ solius dei ē suū est sua essentia. Unde relinquitur q̄ solus deus sit ueritas per essētiā: z eius contēplatio perfecta qualis habetur in patria facit perfecte beatum. Aliqualem autē beatitudinem imperfectam secūdum bea. Tho. nihil prohibet attendi in contemplatione angelorum. Et similiter in consideratione sciētiaruz speculatiuarū minorez tamen q̄ in cognitione angelorū. Utraq; autem maior in contemplatione diuinorum: que tamen hic nō pōt hēri nisi imperfecte. Sic igitur beatitudo qualis hic haberi pōt primo consistit in contemplatiōe: secūdario i operatione intellectus practici ordinantis suas actiones z passiones. Operationes āt sensus ad beatitudinem possunt pertinere: non quidem essentialiter sed antecedenter z consequēter: antecedēter quantum ad beatitudinem imperfectam: que haberi pōt in uia: quia uidelicet operatio intellectus preexigit operationez sensus: cui omnis nostra cognitio ortum habeat a sensu: ut dicit phs. Consequēter q̄ in illa perfecta beatitudine que expectatur in celo post ultimam resurrectionem: ex beatitudine anime fiet quedam influētia in corpus z in sensus corporeos: ut in suis operationibus perficiātur. Nō āt operatio intellectus: qua deo coiūgetur: dependet a sensu.

Utrum beatitū . §. xi.

do perfecta consistat in aliquo bono creato siue bono aie siue alio. Rñdet ad hoc. b. Tho. prima secūde. q. iij. q̄ beatitudo est ultimus finis hominis. Sed finis duplr dī. Uno modo ipsa res quā adipiscī desideramus. Alio modo usus seu adeptio z possessio illius rei. Si ergo loquamur de ultimo fine hominis quantū ad ipsam rem quam appetimus ut ultimum finem: impossibile est q̄ ultimus finis uel beatitudo sit ipsa aia vel aliqd eius. Et rō est: q̄ ipsa in se considerata est ut i potentia existens. Fit enim de potentia sciente actu sciens. Et de potentia uirtuosa actu uirtuosa. Cū āt potentia sit propter actum sicut propter cōplementum: est impossibile q̄ id quod ē secunduz se in potentia existens hēat rōez ultimi finis. Unde impossibile est q̄ anima ipsa sit ultimus finis sui ipsius. Similiter nec aliquid eius potest esse finis eius: siue sit potentia siue habitus siue actus. Et rō est: q̄ bonum quod est ultimus finis: est bonū perfectum complens appetitum. Appetitus autē humanus qui est voluntas: est boni uniuersalis. Est enim obiectum voluntatis bonum uniuersale: sicut obiectum intellectus est uerum uniuersale. Quodlibet autem bonum inherēs ipsi anime ē bonum participatum. z per consequens bonuz particulatum: sic nō potest esse ultimus finis hominis seu beatitudo. Et eadem ratio est de quolibet bono creato extra animam existente. Cum enim omnis creatura habeat bonitatem participatam: z bonum vniuersale non inueniatur in aliquo creato: sed solum in deo: ideo nihil potest quietare voluntatem hominis nisi solus deus: q̄ est bonum uniuersale. vnde ps. cij. Qui replet in bonis desiderium tuum. Et Aug. in li. confes. Fecisti nos domine ad te: z inquietuz est cor nostrū: donec requiescat i te. Et quanuis homo q̄ dicitur minor mundus ordinetur ad uniuersum quod dicitur mundus maior: sicut pars ad totum: non tamen sequitur. q̄ vniuersum sit ultimus finis hominis: hoc enim esset: si ipsum vniuersuz nō ordinaretur ad aliud: sicut ad finem. Sed quia uniuersitas creaturarum ordinatur ad deum sicut ad finem omnium. Ideo etiam ultimus finis partis est deus. Item quanuis per hoc homo effectiatur beatus q̄ eius desiderium quietatur: sed naturale hominis desiderium nō extenditur ad maius bonum quam sit ipse capax: est sciendum: q̄ et si bonum creatum non est minus q̄ bonuz cui homo est capax: vt rei intrinsice z inherentis est tamen minus q̄ bonū cuius homo est capax vt obiecti quod est infinitum. Bonum autem participatum ab angelo z vniuerso toto: est bonum contractum et finitum. Sed loquendo de vltimo fiñ hominis quantum ad adeptionez ipsam: vel possessionem seu quemcumq; vsum rei: que appetit vt finis: sic ad vltimum finem pertinet ali

quid hominis ex parte anime: qz homo per aiaz beatitudinem consequitur. Res ergo ipsa que appetitur: est id in quo beatitudo consistit: z quod facit beatum: sed huius rei adeptio vocatur beatitudo z finis hominis. Exemplū in auaro cuius finis dicitur pecunia: vt res que diligitur ab eo: z ēt possessio pecunie ut vsus illius rei: z sic beatitudo est aliquid anime. Sed id in quo cōsistit beatitudo est aliquid extra aiam. Et secundum hoc dicit Aug. xix. de ciui. dei: q sicut vita carnis aia ē: ita beata uita aīe: deus est. De quo dī ps. cxliij. Beatus ppl's cuius dñs deus eius.

De dispositiuis ad beatitudinem. Cap. v.

Sequitur de beatitudine dispositiua qua. s. disponitur homo ad perfectā beatitudinez. Et pōt notari ibi: cum dicitur. Beatus populus cui' dñs deus eius. i. illi qui deum uerū hñt p dño: ut s. sint ei subiecti ut serui dño: z obediant mandatis eius: illi sunt beati in uita ista. s. beatitudie uera sed imperfecta: dispositiua tamē ad perfectā: de qua ps. cxviij. Beati immaculati in uia q̄ ambulāt i lege dñi. Et xps dicit Joā. xiij. Scitis hec? Beati eritis si feceritis ea. Est āt beatitudo dispositiua operatio uirtuosa procedens a dono spūs sancti. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. prima secūde. q. lxix. q ut supra dictum est: beatitudo ē vltimus finis hūane uite: dī āt quis iam finē hēre ppter spem finis obtinendi. Unde z fz phm in primo ethicoz pueros dicimus beatos propter spez. Et aplus ad ro. viij. ait. Spe salui facti sum?. Spes āt de fine qñq exurgit ex hoc q homo cōuenienter mouetur ad finē: z appropiquat ad ipsum: qō utiq fit per aliquam actionem. Ad finē āt beatitudinis mouetur aliquis: z appropiquat per actiones donoz. si loquamur de beatitudine eterna: ad quam rō non sufficit: sed in eam ducit spūs sāctus ad cuius sequelā z obedientiam per dona perficimur. Et iō beatitudines distinguūt a virtutibus z donis: nō sicut diuersi habitus distincti ab eis: sed sicut actus distingūtur ab abitibus. Distinguitur āt hic opatio in septez partes: que sūt paupertas spūs: mititas: luctus: esuries: z sitis iustitie: mia: munditia cordis: pacificatio: q̄ bñtur Mat. v. Et quanuis iustitia z mia z mititas. i. mansuetudo hic numerata uideātur eē uirtutes: attribuūtur tñ donis: qt ēt donata sint perfectiora virtutibus cardinalibus: perficiūt. n. hominez circa oia que perficiūt ipse uirtutes. Et sic nō hic significatur habitus ullarū uirtutū sed actus donoz a spū sācto procedentes.

Sunt āt septem §. I.

beatitudines: sicut sūt septem dōa spūs sācti. Unde Aug. de sermone dñi in mōte singulas beatitudines singulis attribuit donis: uidelz dono timoris paupertatem spūs: qua quis se deo humiliat: q̄ deijcitur superbia. Dono pietatis mititatem seu mansuetudinem. Precipue enim ad mansuetudinem mouet reuerentia ad deum: que pertinet ad pietatem. Nam pietas est dei cultus secundum Aug. hac autem frangitur ira. Dono scientie attribuitur luctus: quia per scientiaz homo cognoscit defectus suoz actuum z rerum mundanarum: unde moueri habet ad luctum secundum illud eccēs. i. Qui addit scientiam: addit dolorem: hac aufertur auaritia. Dono fortitudinis esuries z sitis iustitie: ad hanc enim precipue mouet animi fortitudo scilicet ad opera iustitie exercenda: z non desistendum propter laborem. Et hac prosternitur accidia. Dono consilij attribuitur misericordia: quia ad miserandum precipue mouet cōsilium dei. Dañ. iij. Placeat tibi consilium meū: peccata tua elemosynis redime z cē. Et hac deuincitur inuidia: que non habet compassionem. Dono intellectus attribuitur munditia cordis: quo gula abijcitur: que hebetat intellectum propter fumositates. Dono sapie purificatio: hac occidit luxuria q̄ gustata suauitate spūs sancti: qō fit per sapiam: decipit oīs caro fm Ber. Ubi sciendū q̄ cum hō perficiatur per uiram actiuam z contēplatiuam: per quinq dona ꝓza perficitur i actiua: z actus donoz ipsoz quinq exprimūtur i ipsis meritis bītudinum. vñ dī. Beati pauperes: beati mites z cē. hec. n. significant actus. Sed p alia duo. s. intellectum z sapiam perficitur in cōtēplatiua. Ea uero que pertinēt ad contēplatiuā uitā: vel sūt perfecta beatitudo finalis: uel aliqua ichoatio eius. Et iō non ponūtur ipsi actus contēplatiue tanq̄ merita in ipsis beatitudinibus: sed tanq̄ premia: dū dī. Qm ipsi deum videbūt quo ad primum: z qm̄ filij dei vocabuntur: quo ad secundū in quibus cōsistit bītudo. Ponūtur āt in ipis duabus bītudinibus ultimis tāq̄ merita effectiue actiue: quibus hō disponitur ad vitā cōtemplatiuā. s. mūditia cordis qua perficitur in se ipo: z pacificatio qua perficitur quo ad proximum. Quod āt ponitur pro octaua beatitudine. s. bī q̄ persecutionem patiūtur ppter iustitiam: q̄m ipsoz est regnum celorum: non facit aliā distinctaz de per se ab alijs: sed est fz. b. Tho. ubi supra quedam confirmatio z manifestatio oīum precedēntium. Ex hoc. n. q aliquis est firmatus in paupertate z mititate z alijs sequēt: bus ꝓuēit q ab his bonis ppter nullam pſecutionē recedit. vnde octaua illa pertinet ad septem precedentes. Et persecutionem quidē patiūtur homines dupliciter: uidelicet uel ab ifidelibus z tyrannis exteriorem uel a prauis fidelibus per publica mala: ut habetur vij. q. i. §. Est z aliud. Item nō est contra predicta: quod lucas sexto capi. referens beatitudines

a christo expressas: ponit tantum quattuor: qz ꝟz b. Tho. Matheus narrauit sermonē dñi factuz i monte discipulis: vbi septem expressit beatitudines: quas Aug. attribuit donis tanꝝ perfectioribus hoibus. Lucas uero narrat alium sermonez factum turbis in loco campestri. vnde beatitudines narrātur ab eo ꝟm capacitatez turbarū: que solā voluptuosā ⁊ tꝑalem beatitudinē nouerāt. Unde dñs per illas quattuor beatitudines expressas: excludit que ad predictam beatitudinē terrenam pertinere uidentur: quorum primū ē ut bñ sit homini q̄tum ad abundantiā bonoꝝ exteriorū: qō excluditur per hoc qꝝ dic̄ beati pauperes. Secūdum est: ut bene sit homini i cibis ⁊ potib⁹: qō excluditur: cū dicitur. Beati qui esuritis. Tertium ut bene sit ei quantum ad cordis iucunditatem: quod tollitur: cū dī. Beati qui lugent. Quātum vt bñ sit ei quātum ad exteriorem hominuz fauorem: qō aufertur: cum ait. Beati eritis: cum uos oderit homies. Unde Ambro. attribuit has virtutibus cardialibus. Paupertatem dicit pertinere ad temperantiam que illecebrosa nō querit esuriem iustitie: quia qui esuriunt cōpatiuntur ⁊ cōpatiendo largiuntur. Fletum ad prudentiam: cuius est flere occidua. Pati odiū hominuz: quos. quis oditur ab alijs propter bonuz: ad fortitudinem pertinet.

Beatitudines ät §. II.

septem que ponūtur mat. v. conueniētissime enumerātur ꝟm. b. Tho. ꝑma scē. q. lxix. Ad cuius euidentiam cōsiderādum est: qꝝ triplicem beatitudinē aliqui posuerūt. Quidam enim posuerunt beatitudinem i uita voluptuosa. Quidam in uita actiua. Quidam in vita contemplatiua: he ät beatitudines diuersimode se habēt ad beatitudinem futurā: cuius spe dicimur hic beati. Nā beatitudo uoluptuosa qz falsa est: ⁊ rōi cōtraria: impedimentū est future beatitudinis. Beatitudo vero actiue uite est dispositiua ad beatitudinē futuram. Beatitudo autem contēplatiua si sit perfecta est ipsa beatitudo futura essētialiter: si sit iperfecta: ē quedam inchoatio eius. Unde dñs proposuit quasdam beatitudines quasi remouētes impedimentum beatitudinis voluptuose. Consistit. n. vita voluptuosa in duobus. Primo in affluentia bonoꝝ exteriorum: que sunt diuitie uł honores: a quibus retrahitur hō per uirtutez: sic ut moderate eis vtatur. Per donum ät excellētiori modo vt. s. hō totaliter ea contēnat. Unde prima beatitudo ponitur. Beati pauperes spiritu: quod pōt referri uel ad contēptum diuitiarum: ⁊ sic exponitur pauperes spiritu. i. uolūtate: vel ad contēptum honoꝝ: quod fit per humilitatem: ⁊ sic exponit a Grego. pauperes spiritu. i. humiles. Secundo uita voluptuosa consistit in sequendo ꝓprias passiones siue irascibilis siue concupiscibilis. A seq̄la ät irascibilis retrahit virtus: ne homo supfluat in eis ꝟm rām rōis. Donum ät excellētiori modo: ut. s. hō ꝟm voluntatem diuinam totaliter ab eis trāquillus reddatur. Unde secūda beatitudo ponitur. Beati mites. A sequela autem passionū concupiscibilis retrahit uirtus moderate huiusmodi passionibus vtendo. Donum vero si necesse fuerit totaliter eas abȝiciendo: q̄nimo si necessarium fuerit volūtarium luctum assumendo. Unde tertia beatitudo ē. Beati qui lugēt. Actiua uero vita in his precipue consistit que proximis exhibemus: vel sub rōe debiti: vel sub rōe spōtanei bñficij: ⁊ ad primum quidem nos virtus disp̄oit: vt ea que debemus proximis nō recusemus exhibere: quod pertinet ad iustitiam. Donum autem ad hoc ipsum abundātiori quodam affectu nos iducit: vt sicut feruenti desiderio iustitie opera impleamus. Unde quarta beatitudo ponitur. Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iustitiam. Circa uero spōtanea dōa nos perficit uirtus: vt. s. donemus quibus rō dictat esse donandum: puta amicis vel alijs nobis coniunctis: quod pertinet ad virtutem liberalitatis. Sed donū propter dei reuerentiaz solam necessitatem cōsiderat i his quibus gratuita beneficia prestat. Unde luce. xiiij. dicitur. Cum facis prandiuz ⁊c. noli vocare amicos sz pauperes: quod proprie est misereri. Et ideo quita beatitudo ponitur. Beati misericordes. Ea vero que ad vitam contemplatiuā pertinent: vel sūt ipsa beatitudo finalis: vel aliqua inchoatio eius. Et ideo nō ponuntur in beatitudinibus tanꝝ merita: sed tanꝝ premia: ea scilicet que pertinent ad contemplatiuā vitam: vt supra dictum est. Ponūtur autez tanꝝ merita quedam pertinētia ad actiuam vitam: quibus homo disponitur ad contemplatiuam. Effectus autem vite actiue quātum ad virtutes ⁊ dona quibus homo perficitur i se ipso est mūditia cordis: vt. s. mēs hois passionibus non inquietetur. Unde ponitur sexta beatitudo. Beati mundo corde. Quātum ad virtutes ⁊ dona quibus homo perficitur in cōparatiōe ad proximū: effectus vite actiue ē pax secūdū illud Isa. xxxij. Opus iustitie pax: ⁊ ideo septima beatitudo est. Beati pacifici. Q ät in scriptura sacra ponātur alie plures beatitudines: vt illa Job. v. Beatus q̄ corripitur a dño. Et illa primus ps. Beatus vir q̄ non abȝit in cōsilio ⁊c. Necesse est ꝟz. b. Tho. ubi supra: omnes illas ad septez beatitudines reduci: vel quantum ad merita: vel quātum ad premia: qz necesse est qꝝ omnes pertineāt aliquo modo vł ad vitam actiuam uel contemplatiuam. Unde illa. Beatus qui cōripitur a dño: pertinet ad beatitudinem luctus. Alia scilicet. Beatus vir qui ñ abȝit: pertinet ad munditiam cordis: sicut etiam illud ps. cxxix. Beatus qui tenebit et allidet

paruulos suos ad petraz. Qđ sic expōit ambro. qui hz cogitationes infirmas ⁊ lubricas elidat ad ad xp̄m: qui oēs irrationabiles motus sui reuerētia ⁊ discretione comminuat: de pe. di. iij. In salicibus. Illud autem prouer. iij. Beatus qui inuēit sapientiā pertinet ad premiū sexte beatitudis. Et sic de alīs que possent induci.

De premiisdic .§.iii.

tarum beatitudinū in presenti uita. Nota q̄ ambro. dicit illa impleri ⁊ pertinere ad futuram beatitudinē. Aug. autē dicit ea impleri i pñti vita: p̄cipue in perfectis. Crisо. dicit aliqua pertinere ad presentem uitam: aliqua ad futuram. Sed Bea. tho. vbi supra dicit q̄ omnia possunt pertiere ad presentem uitam ⁊ futurā. Pro cuius declaratione dicit idem q̄ spes que est de beatitudine potest esse i nobis propter duo. Primo propter aliquā preparationem ⁊ dispositionē ad futurā beatitudinem: quod est per modū meriti. Allio modo p quandā inchoationez imperfectā future beatitudinis i viris sanctis etiā in hac uita. Aliter. n. habetur spes frutificatiōis arboris: cū virescit i frondibus: aliter cū iam primordia fructuuz incipiūt apparere. Sic ergo ea que tangūtur in beatitudinibus tanq̄ merita sūt quedam preparatiōes seu dispositiones ad beatitudinem vel perfectā vel inchoatam. Ea uero que ponūtur tanq̄ premia: possūt esse vel ipsa beatitudo perfecta: ⁊ sic pertinēt ad futuram uitā. Uel aliqua ichoatio beatitudinis: sicut est i viris perfectis: ⁊ sic premia pertinēt ad vitam presentē. Cum enim aliquis incipit proficere in actibus uirtutū ⁊ donoꝝ: potest sperare de eo q̄ peruenit ad perfectionē patrie. Quo impleantur premia illa in presenti: sic declarat. b. Tho. post Aug. Regnum celoꝝ potest intelligi perfecte sapientie initiū: secūdum q̄ incipit spiritus i eis regnare. Possessio terre significat affectū bonum aīe requiescentis per desideriū i stabilitate hereditatis superne: que per terrā significatur. Consolātur in hac uita scilicet que est paraclyt⁹ id est consolator participando. Saturantur ⁊ in hac uita illo cibo de quo xp̄s. Meus cibus est: ut faciam uolūtatem eius qui misit me. In hac etiā vita cōsequuntur homines dei misericordiā. Ac ēt purgato oculo per donū intellectus deus quodā mō videri pōt. Silr ⁊ in hac uita qui mot⁹ suos pacificauit seu pacificant ad similitudinem accedentes filij dei uocantur: hec tamen omnia perfectius erūt in patria.

De premiis dic .§.iiii.

tarū beatitudinum quomodo conuenientissime assignātur, put percipiūtur i vita futura: ⁊ hoc q̄ sideratā cōditiōe p̄m tres beatitudines supra assignatas. Tres. n. prime accipiūtur p retractionem ab his i quibus vita voluptuosa cōsistit: quā hō desiderat querēs illud qđ nāliter desideratur. Sz hoc nō dz querere nisi i deo: non āt in rebus tp̄alibus ⁊ caducis. Et iō premia trium primarū beatitudinū accipiūtur p̄m ea que in beatitudine terrena aliqui querūt. Querunt. n. homines i rebus exteriorib⁹. s. diuitijs ⁊ honoribus excellentiam quandam ⁊ abundantiam: quoꝝ vtrūq̄ importat regnū celorum: per qđ hō consequitur abundantiā ⁊ excellentiā bonoꝝ in deo. Et iō regnum celorum dīs pauperibus sp̄u p̄mittit. Querunt ēt homines feroces ⁊ imittes per bella ⁊ litigia securitatem sibi acquirere inimicos suos destruendo. vñ deus repromisit securam ⁊ quietā possessiōnē terre viuētium. per quā designatur soliditas bonoꝝ eternoꝝ. Querūt ēt homines i cōcupiscētijs ⁊ delectationibus hēre consolationem cōtra mūdi huius laboꝝes: ⁊ iō consolationē lugentib⁹ repromittit. Alie uero due pertinēt ad opera actiue beatitudis: que sūt opera uirtutū ordinantiū hoīem ad proximum. a quibus operibus aliqui retrahūtur p̄pter inordinatū amorē p̄p̄ij boni: ⁊ iō dīs illa premia attribuit his beatitudinib⁹: p̄pter que hoīes ab eis discedunt. Discedūt. n. aliqui ab operibus iustitie nō reddentes debitū: sed potius aliena rapiētes: vt bōis tp̄alibus repleāt: ⁊ iō dīs esurientibus iustitiam saturitatem repromisit. Discedūt aliqui ab operibus misericordie: ne se imisceant miserijs aliorum. s. idigendo: ⁊ iō dīs misericordibus miam repromittit: per quaz liberātur ab ōi miseria: Alie vero due pertinent ad cōtemplatiuā beatitudinē seu felicitatem: ⁊ iō p̄m conuenientiā dispositionum que ponuntur i merito: premia redduntur. Nam mūditia oculi disponit ad clare videndum. Unde mūdis corde dei uisio promittitur. Constituere uero pacem ul' i se ipso vel inter homines manifestat hominem esse dei imitatorem: qui est deus unitatis ⁊ pacis: et ideo pro premio redditur gloria dei filiatiōis: que est imperfecta coniūctione ad deum per sapientiam consumatam. Et ut dicit Cris. omnia ista premia vnū sunt in re scilicet ipsa beatitudo eterna. Sed quia eam itellectus nō capit humanus: ideo oportuit per diuersa nobis nota describere: obseruata conuenientia ad meritum. Item sic octaua beatitudo est quedam firmitas omnium p̄cedentium: ita debentur sibi omnium beatitudinum premia: ⁊ ideo reddit ad caput: ut itelligantur sibi omnia premia cōsequenter attribui. Uel p̄m ambro. pauperibus promittitur regnū quantum ad gloriā aie. Passis āt i corpore plecutionē regnū quātum ad gloriā corporis. Notandū ēt q̄ ista premia se hñt per additionem adinuicē. Nā plus ē possidere terraz regni celoꝝ q̄ hēre simpliciter. Nam multa hēmus que non firmiter ⁊ pacifice possidemus. Plus ē etiā cōsolari i regno q̄

habere ⁊ possidere. Multa. n. cum dolore possi demus. Plus ẽ ẽt saturari q̃ simplr cõsolari. Nã saturitas abundãtiaz consolatiõis iportat. Mia uero excedit saturitatẽ: vt plus. s. accipiat q̃ meru erit: vel desiderare potuerit. Adhuc ẽ maius vide re deum: sicut maior est qui i curia regis non solũ prandet: sed ẽt videt faciẽ regis. Sũmaz ãt digni tatẽ hz in domo regia filius regis.

Nota scdm do ℣.

minũ Joan. dñici super mat. aliã pulchrã exposi tionez de his septẽ beatitudinibus: q̃ põt predica ri in festo oĩum sanctorum. Et poterit sumi illud thema. Merces uestra multa est in celo. Mat. v. Et illud ps. cxvij. Beati omnes qui timẽt dñm: q̃ ambulãt in vijs eius. Ubi tria nota. Primo i choatiuũ saluatiõis spualis. ibi. Qui timẽt dñz: ⁊ in hoc est merces nza. Scdo diuersificatiuũ cõ uersationis uirtualis. ibi. Qui ambulãt i vijs ei⁹: ⁊ in hoc est merces multa. Tertio completiuum appetitiõis hũanal. ibi. Beati õnes: ⁊ hoc ẽ mer ces in celo: ⁊ sic merces vestra multa est i celo.

Quãtum ad primum nota q̃ principiũ salutis ẽ timor: non tñ quicũq̃: sed timor dñi. Isa. xxxiij. Diuitie salutis sapia ⁊ scia: timor dñi ipse thesau rus eius. ps. ix. Initiũ sapie timor dñi. Unde non dr hic simplr. beati qui timent: sz beati qui timẽt dñm. Aliqui. n. habent timorẽ mundi. s. nõ displi cendi hoibus. Sic timuit adaz nõ displicere vxo ri ⁊ contristari eam. Aliqui timent pelli sue vt pe trus. Propter qõ negauit xp̃z. Hic Aug. xi. q. iij. Timendo mortez carnis tue: dabis mortẽ anime tue. s. qñ quis ꝓpter hoc facit contra pcepta. Alij timẽt precise penam inferni: nõ timẽtes deũ offen dere: si existimarent ifernũ non eẽ. Sed dic Joã. in prima canonica q̃ timor talis qui. s. dr seruilis nõ est i charitate: nec sufficit ad salutem: q̃uis di sponat ad eã. Uñ Aug. Cum per timorem gehen ne aliquis sibi cauet a malo: fiet paulatim consue tudo iustitie: ⁊ incipit qõ bonũ erat amari. xxiij. q. vi. Nullũ igitur horũ timorũ ẽ principiũ salut] sed timor dñi: quo. s. quis abstiet a malo: ⁊ bonũ facit: ne deo displiceat ipsũ super oĩa amans. Et i isto timore est merces magna ⁊ mlta. Merces ue stra. i. vestrũ qui timetis. Eccli. ij. Qui timetis de um: credite illi: ⁊ nõ euacuabitur merces uestra. Signum huius timoris ẽ illõ qõ dr eccs. vij. Qui deum timet: nihil negligit. s. eorũ que sunt necessa ria ad salutẽ. Quãtum ad hz nota q̃ multe sunt vie que omnes hñt dictum principiũ. s. timoris q̃ bus peruenitur ad celum ⁊ ad beatitudinẽ verã. Et vt dr ꝓuer. iij. Uie eius vie pulchre: hz ãt q̃ re periũtur septem status hoĩum in ecclesia militan ti: sic in isto euangelio notantur septem uie salu tis per quas itur ad beatitudinẽ: ut qlibet uadat per uiam suaz. Et beati omnes qui ambulant in vijs eius. Primus status est ecclesiasticorũ siue re ligiosorum siue aliorum clericorum: ⁊ horum uia est paupertas spiritus. Et tunc sũt beati: si de mũ do nihil querunt: qui deo sũt mancipati. Non es set venenum in ecclesia dei: si mundi ambitio ⁊ a uaritia ñ possideret eosdẽ. Ad hoc faciunt aucto ritates. xij. q. i. Clericus ⁊ c. Cui portio. Secũdus status ẽ doctorum scientia preditorum: ⁊ horuz via precipua est humilitas. Naz ut dicitur ꝓuer. xi. Ubi humilitas: ibi est sapientia: scientia autẽ inflat secundum apostolum: sed beati mites id est humiles: hi enim possidẽt terrã lacte ⁊ melle ma nantez: id est intellectum dulcem scripturarum: qui superbis clauditur ⁊ contentiosis ⁊ cauillosis laicis ⁊ prophanis. Propterea secundũ dionysiũ moyses habuit magnam notitiã de diuinis: quia mitissimus erat super terram ⁊ humilis. Possi dent etiam isti terram scilicet ecclesie: quia tales regũt vel regere debent alios. Tertius status ẽ so litariorum vel penitentium. Et horum via est cõ tinue lugere sua ⁊ aliorũ peccata: quasi luce gra tie egeant semper: ⁊ ideo sunt beati. Unde Aug. dicit de vero penitente: q̃ semper debet lugere: de pe. di. iij. Si apostolus. Est autẽ duplex genus la chrymarũ seu compũctionis scilicet doloris pecca torum: ⁊ amoris supernorum: que figurate sũt p irriguum superius ⁊ inferius: quod dedit caleph axe filie sue ⁊ filio sponse octonielis. Judic. i. Ex positionem ipsius figure ponit greg. circa finẽ ter tij libri dialogorũ. Quattuor status sequentes sẽt secularium. Primus ẽ principũ seu rectorum: quo rum studiũ debet esse circa sequelã iustitie: iuxta illud sap̃. i. Diligite iustitiam qui iudicatis terrã. Nam beati qui esuriũt ⁊ sitiunt iustitiã: dicit sal uator in quarta beatitudine. Summũ. n. bonuz in rebus humanis est iustitiam colere: ⁊ sua vni cuiq̃ iura seruare. Greg. in registro. Et Jsido. dic ix. di. Justum est principem obtemperare legib⁹ suis ⁊c. Quintus status est diuitum: ⁊ horũ uia ẽ insistere operibus misericordie: sicut fecerũt abra am: loth: Job: thobias ⁊ multi alij in ueteri testa mento. Unde saluator dicit: Facite vobis amicos d mãmona iniquitatis. i. diuitijs: ut recipiãt uos in eterna tabernacula. Beati misericordes sequit i quinta beatitudine: qm̃ ipsi miam cõsequẽtur. Diuitibus ãt qui non sũt miserti pauperum dice tur. Ite maledicti in ignem eternum. Sicut patu it in diuite epulone. Sextus status ẽ rebus famili aribus deditorum: ut artifices: mercatores matri monio sancto vtentes. Et de istis dicit. Beati mũ do corde. Nam si cor est mundum ⁊ man⁹. i. opa erũt munda. Principiũ. n. oĩs peccati a corde pro cedit: ppr̃ qõ dr ꝓuer. iij. Omni custodia custo di cor tuũ: qm̃ ex ipso uita procedit. s. gẽe qua de⁹ videt. Hac mirabilit fluxit iob. xxxi. i cõiugio po sit⁹: ⁊ dicebat int̃ cetꝛa: pepigi fedus cũ oculis meis:

ne cogitarē quid de uirgine. Septimus status est ifirmoz ꝛ paupeꝛ qui despecti multa icōmoda patiūtur. Et hi si sūt pacifici. i. qui pariēter tollerāt: ꝛ pacē cū deo faciunt: dimittētes pcca ppt q̄ cōiter imittūtur aduersa sūt beati: Job. v. In sex tribulatiōibus liberabit te: ꝛ in septima non tanget te malū. Et sic per has uias incedētes ad eīna bītudinē ꝛ mercedem perueniunt: ubi est merces multa fm illud dictū abrahe. xv. geñ. merces tua multa nimis. Quātum ad tertium ubi notat cōplementuz hūani desideriꝫ qđ est beatitudo dī beati oēs. s. tales erunt. Et hoc in celo: ubi est oīs perfectio supradictarū bītudinum: sz alio mō q̄ hic. Illa. n. glia hz sps paupertatem: qz nihil concupiscit: qm illum hz qui est super oia. s. deuz. Iō ergo sunt pauperes spu: qm ipsoꝝ est regnum celoꝝ. i. deus. Item ibi nulla est aduersitas. Non .n. esurient neq̄ sitient amplius: ut dī apoc. xxi. ꝛ iō quilibet ē mitis: nulla ibi ira uel odium uel mala rnsio hz locum: sed terrā uiuētiū pacifice possident. Reperitur ibi sūma gratarum actio cantantibus cunctis. Sanctus sanctus ꝛc̄. Et talis regratiatio est totalis non parcialis: qz in ueritate cognoscunt a se nihil hēre. Et hoc est lugere. i. luce egē. Cognoscūt. n. se in propria natura egere semper: sed dei gia semper gaudere ꝛ consolari. ps. cxlix. Exultationes dei in gutture eoꝝ. Nulla est ibi inordinata dilectio. Et iō non cōtristatur filius de dānatione patris nec econuerso: sed iustitiam dei uenerātur cuz sūma letitia iuxta illud ps. liij. Letabitur iustus cum uiderit uindictā. Et sic ipsam iustitiā esuriunt ꝛ sitiūt: que quidē iustitia nō fundatur in crudelitate sed diuina misericordia. Nā si deus dānandos ad cōdignū puniret: eos ānihilaret: sed cum eis misericorditer agit: naturam p̄ seruans ab annihilatiōe ipositis penis p̄seruatiuis. Sicut medicus misericorditer agit cū ifirmo ponendo vnguentuz corrosiuum super plagam i sanabilem: ne citius putrefacta pducat ad mōtē. Letitia eoꝝ est q̄ diuinā misericordiā i oībus vīs suis conspiciunt ꝛ in dānatis ꝛ in se. Et sic miseri cordes miam consequūtur: prout mia dī mira suauitas rigans corda. E: hec mia summa cā est: dilectionis in beatis: ut quilibet ex dulcedie amoris dicat: Misericordias dñi in eternum cantabo. O q̄ clara visio ibi existit ꝛ q̄ uniuersalis. Quid est enim qō non uideant: qui uidentem oia uident. Et hoc iō qz mundi sūt corde. Dicitur. n. de ipsis apoc. xiiij. Sine macula sunt ante thronum dei: ut nec mínimuz uenīale possit ibi reperiri. Est ibi securitas perpetua sine qua ñ forent beati: ꝛ hec est pax eis. Unde pacifici ꝛ filij dei uocabuntur. Isa. xxxij. Sedebit populus in pulchritudine pacis in requie opulenta: qz fm ps. cxlvij. Confortauit seras portarum tuarū id est superne ihlm: ut nullus ínimicus possit accedere ꝛ eos perturbare: nullus ciuis exire: ibi est sūma congratulatio de p̄ssis ꝛ oppressis in mundo. Iuuat. n. meminisse malorum militie ꝛ pugne ꝛ q̄piculose pro qua tamen coronati. Unde summam iucunditatem habent. Et ideo beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam ꝛc̄. Et sic beati omnes qui ichoantes a timore incesserūt per uias p̄dictas. s. paupertatem: humilitatem: lachrymositatem: equitatē: pietatē: puritatē: equanimitatem: horum merces multa est in celo.

Alia adaptatio §. VI.

de septē bītudinib' ad septē etates cuiuslibet fm dñm ioānē dñici super Mat. Et pōt sumi p the mate i festo oīuz sāctoꝝ illud. Beati eritis. Mat. v. Et induci illud ps. cxviij. Beati immaculati in uia. maculā ppie in aiaz iducit solū mortale peccatū fm tho. in. iiij. Illi ergo qui imaculati uiuūt in pñti tpe. i. sine mortali: vl̄ de ipsis penitēres saltim decedunt immaculati. i. sine crimiali: hi erūt beati. Nā si aliquod mortale reperiatur in trāseū te de uia mortis ad alium statū: vt dicit Aug. eterna illum flāma trucidabit di. xxv. §. alias. Uita āt pñs distinguitur per septem etates in quib' oībus regulat nos xp̄s per septem beatitudines in euāgelio mat. v. Omnes istas que aliud non sunt q̄ actus virtuosi: debet quilibet habere simul habitualiter. Licet quilibet p se adaptari possit uni etati hominis Prima igitur etas infantia usq̄ ad septēnium est humilis ꝛ pauper spu. Nisi eīm conuersi fueritis ꝛ efficiamini sicut paruuli hi ꝛc̄. .i. humiles ꝛ c̄. mat. xviij. hec ergo ē beata: quia ait ipse. Sinite paruulos uenire ad me: taliuz. n. est regnum celoꝝ Et sicut illi sunt beati: ꝛ ipsoꝝ est regnum celoꝝ: sic qui erunt pauperes spu: erūt beati: ꝛ eorum ē regnum celoꝝ. Secūda etas pueritia usq̄ ad ānos. xiij. quadam alia specie humilitatis refulget: ꝛ facilī placatur: ꝛ hoc ē esse mitē. Ipsi ēt sunt beati qui peccare nō p̄nt. s. quousq̄ hēant usum rōis. Nam ante usum rōis sicut nec mortaliter sic nec uenialiter peccatur fm .b. tho. A multis tñ hētur usum rōis añ. xiij. q̄ uis iura ponūt illum esse annū discretionis i masculo. Sic ꝛ mites possidēt terram uiuentiuz. ps xxxvi. Mansueti āt hereditabunt terram ꝛc̄.

Tertia etas subicitur tētationibus multis: que dicitur adolescētia usq̄ ad annum. xxviij. Mūdus .n. tunc delectat. Allicit caro: hostis impugnat: ꝓpter qđ dī ecc̄s ultimo. Adolescētia ꝛ voluptas vana sunt: ꝛ. xij. q. i. Omnis etas prona ē ad malum ab adolescētia sua: nil incertius uita adolescētiū. Remediū ergo est tūc pñia se macerare: ꝛ i cōtinuo luctu cōtra peccata perseuerare. Exēplum de cecilia que cilitio membra domabat: deū gemitibus exorabat: biduanis ꝛ triduanis ieiunijs ꝛc̄. Et sic beati q̄ lugēt ꝛc̄. Oīo. n. ut dicit glo. deum

tenit lachrymа cogit. ſ. exaudire ⁊ ſubuenire ⁊ cõ ſolari Thobie. iij. Poſt lachrymationẽ ⁊ fletũ exultationẽ infundis. Quarta etas eſt iuuentus vſq; ad annũ. xl. q; magis inhiat lucris: per fas ⁊ nefas extorquet que ſua non ſũt: robur ẽt iuuẽtutis animũ pſtat. Jdeo iniuſta prelia niſi fortiter caueatur: cõmittit. Sed pecunia male acquiſita corpus aiamq; cõmaculat: ait Ambro. Et iteruꝫ oẽs cupidi: oẽs auari: giezi lepra cum diuitijs ſuis poſſidẽt eterno cruciatu ⁊ breui fructu. i. q. i. Lito. Et iõ tu iuuenis ſitim ⁊ eſuriẽ hẽas cõtinue iuſtitie. i. virtutis ſinceritatis ⁊ ſãctitatis: ſi uis eſſe beatus. Beati q eſuriũt ⁊ ſitiunt ⁊c. Et alibi. Beatus uir qui p' aurũ nõ abijt nec ſpauit in pecunie theſauris. Quinta etas que dr uirilitas aut p fectio uiri iã ad occaſũ declinat: hec dz ⁊ cõtra cõmiſſa ꝓuidere: vt deleantur pcã ⁊ elemoſynis inſiſtere: ſi ẽt dolenda nõ commiſit: q; nõ portabit ſecũ bona mundi. Et ſiue ergo cõmiſit ſiue non: miſericorditer viuat. Nam ad examẽ iudicis curit ubi miſericordib' miſericordia datur: ⁊ crudelibus ſm q; male geſſerũt. Judiciuꝫ. n. ſine miſericordia fiet illi: qui nõ fecit miſericordiã ⁊c. Econtra ps. xci. Jucũdus hõ qui miſeretur ⁊ cõmodat diſponit ſermones ſuos i iudicio. Poterit. n. talis allegare ordinationẽ a xpo factã Mat. xxv. cum dixit: Venite bñdicti ⁊c. Eſuriui. n. ⁊c. Sed nõn dũ ẽ qõ dicit Aug. in encheridion ⁊ obſeruãduꝫ: dicit. n. q; qui vult ordinate dare elemoſynã dz a ſe ꝓmo icipere: ⁊ eã ſibi ꝓmit' dare. Eſt. n. elemoſyna opus miſericordie viſſime de qua dictũ ẽ. Fili miſerere aie tue placens deo. Beati ergo miſericordes ⁊c. Sexta etas que ẽ venerãda ſenect'. Corpore quidẽ ſi vult mũda ẽ. Deficiente. n. nãli calore caro ut i pluribus multũ frigeſcit. Et ſic ẽt artus ad actualia pcã imunes q̃ſi reddũtur. Solus: n. ſenex ẽ loquacitate potẽs. Sua ergo pecca ta ex corde ꝓcedũt: niſi fuerit obſtinatus uſq; ad illud tps in malis. Nã ut dr ꝓuer. xxij. Adoleſcẽs iuxta uiã ſuã ãbulans ẽt cũ ſenuerit non recedet ab ea. Quales fuerũt illi ſenes qui falſo accuſaue rũt ſuſannã: q; nõ ualuerũt turpitudinẽ exercere cũ ea: vt ſoliti erãt alias decipere dañ. xiij. Et ſic legitur de illo ſene nicolao. xl. annoꝝ luxurioſo: ꝑ quo beatus andreas orauit. Hodie ſunt multi tales ſenes maledicti ueterati dierũ maloꝝ: q̃ de narijs ⁊ lãbacitatib' ⁊ mille modis corrumpunt pueros: ꝓpter qõ de eis dr: laqueus iuuenum oẽs uos eſtis. Et ut dicit greg. lxxxvi. di. Tãta. Tales ſeniores grauius q; ceteri ſũt puniẽdi ⁊ arguendi de ſuis malitijs. Septima etas que dicit ꝺcrepita: ⁊ nullo vnq; annorũ numero finitur: ꝓmit i firmitatibus ⁊ doloribus multis. Nã ut dr in ps. lxxxix. Si in potẽtatibus octogita ãni: ⁊ ãplius eorũ labor ⁊ dolor. Sed pfectio ſua coꝝ ẽ bene patẽ ⁊ pacientiã in aduerſis: nã ex una parte longa expientia facit eos ſuſpectos: ita ut ſi uideant homine ridere: putãt q; derideat eos. Jnfirmitas facit eos ſibimet tedioſos. Uanitas ẽt iuuenũ quae rit ſolatia ⁊ deriſiones ex eis. Et ſic oportet eos ſe cũ ⁊ cũ alijs hẽre pacem: ſi debent bñ tranſire. Et beati pacifici. q̃m ⁊c. ⁊ q̃m illa etas plena ẽ perſecutionibus. Oia. n. elementa uidẽtur pſequi eum ad deſtruendũ: iõ ſubditur. Beati qui pſecutionẽ patiũtur ꝓpter iuſtitiã ⁊c. Sic ergo collige in te oẽs has virtutes: hñdo pacem cũ oibus aduerſis ⁊ hoibus: mũditiã cordis ab iniquitatibus: Jſa. .i. Lauamini: mundi eſtote: auferte malũ cogitationũ vãrum. Miſericordiã in operibus luc. vi. Eſtote miſericordes. Juſtitiã in cõuerſationibus ſap. i. Diligite iuſtitiã qui iudicatis terram. Fletũ ex tẽtationibus: Jaco. iij. Miſeri eſtote ⁊ lugete. Mititatem in cõtractibus: Mat. xi. Diſcite a me q; mitis ſũ: ait xps. Pauptatem ſpus ſeu humilitatem. i. petri. v. Humiliamini ſub potẽti manu dñi. Sic. n. eritis imaculati i via: ⁊ p hãc uiã peruenietis ad patriã ubi ſũt beati: q̃ ex eo q; beati ſunt: non pñt non obtinere qõ uolunt: alꝫ non eſſent beati. Nã ſm Aug. Beatus eſt qui hz quic quid vult. Ergo ſi uolent nos eſſe ſaluos ſalui erimus. Et iõ orandi ſunt: vt velint. Hic potes dicere: quare diuerſos ſanctos oramus: ⁊ qũo orãt ꝓ nobis ⁊c.

Alia adaptatio .§. VII.

de ſeptẽ beatitudinibus ad ſeptẽ etates mundi ꝺz dñs ioãnẽ dñici ſuper math. põt ſumi ꝑ thema te in feſto oĩum ſanctorum illud. Beati eritis ⁊c. Mat. v. Et iduci illud Boetij de philo. conſola. q; oĩs mortalium cura quam multipliciũ ſtudio rũ labor exercet: diuerſo quidem calle ꝓcedit: ad unius tñ beatitudinis finẽ nititur puenire. Sed multi non querẽtes diligẽter i quo conſiſtat uera beatitudo: ⁊ qũo pueniatur ad eaꝫ: cũ aliquid attingũt de particularibus cõditionibus eius: que aliqualiter uidẽtur hẽri i iſta uita: hic ſiſtũt ⁊ ponunt finẽ ſuum. Sicut aliqui in diuitijs: alij i potentijs ⁊ huiuſmodi. Sed iſta doctrina ſeptẽ beatitudinũ reducit mundũ ad felicem ſtatũ ꝓmum ⁊ beatum: a quo deuians per peccata icidit in diuerſos errores. Primus. n. ſtatus ⁊ ꝓma etas ceciꝺit ꝓpter rapinã a regno celoꝝ. Per uiam oppoſitã reuerti potes quo ad ꝓmam beatitudinem. ſ. Beati paupes ſpu. Secũda etas cecidit ꝑ ambitionem nembroth ⁊ ſuoꝝ ſequaciũ turrim confuſionis edificãtium: ut poſſiderent terrã mortuoruꝫ. Reuertere ad poſſeſſionẽ terre viuentium quod continet ſecũda: q; beati mites ⁊c. Tertia etas cecidit: q; aduerſa i deſerto ſuſtinere nolebat: ũmo proſpera putabat aduerſa ⁊ conſolationẽ tñ i minimis requirebat. Sed uade ad cõſolationeꝫ optatam ⁊ non cognitam per luctum mundi pñtis

quia beati qui lugent ⁊c̄. Quarta etas aruit: q̄ sitiebat moderamina regni: ⁊ iusticia calcata per uersi regna tenebant: ⁊ saturaberis regno perpetuo: si iusticiā rectā esurieris: q̄ beati q̄ esuriunt ⁊c̄. Quīta etas crudelitate maxima tabuit: ut libri Machabeoꝝ testant: ⁊ crudeles crudeliter occisi sunt: ut hētur ibidē. Igit q̄ ois homo misericordia indiget: p̄ misericordiā resurge: quo ad quītū. Tūc eni misericors dñs natus ē: quia beati misericordes ⁊c̄. Et quia de mūdo corde natus ē mundo corde vixit: se nobis ostendere venit: euꝝ sequamur si mūdi corde erimus: ⁊ sic eum intuebimur: q̄ beati mundo corde ⁊c̄. Sed etas septima seditiōibus ⁊ guerris plena erit: quā soli pacifici tute transibunt: q̄ beati pacifici ⁊c̄. Et merito quia illi pacifici a persecutionibus nō erūt immunes: imo plus ceteris cruciabūt. Unde sequitur de psecutione ⁊ p̄mio suo q̄ beati: qui psecutionē patiunt ⁊c̄. Ex his potes facere vnā p̄dicationē: adde ad singulas beatitudines quō talia mala regnāt i mūdo ⁊ pptera destruunt ipsum. Ita ut Jo. euāgelista dicat. v. c. Totus mūdus in maligno posit' ē. Sꝫ de discipulis Christi dicitur: q̄ de mūdo nō sūt. Joh. xvij. Et iō si volumus esse discipuli Christi: ut cuꝫ eos reperiamus in monte glorie: oportet nos hīe istas beatitudines p̄rias cōditionibus mūdanoꝝ: sicut habuerunt sancti isti quoꝝ festa agimus.

De singulis beatitudinibus in pticulari: ⁊ primo de paupertate spiritus Capitulum. VI.

Hinc de singulis

harū ē videdū in particulari. s. septē beatitudinū: dilatando materiam ad vnā p̄dicationem p̄ qualibet beatitudine. Est igitur p̄ma. Beati pauperes spiritu: quoniā ipsorū ē regnū celoꝝ. Math. v. vbi dicit Cris. i homel'. Sūt quidā nāliter ⁊ ex cōplexione pauperes humiles ⁊ vtuosi. Sed tales nō sunt beati. Unde dicit nō simpliciter beati pauperes: sed addit spiritu. i. illi qui ex uolūtate ⁊ electione se humiliāt. Ideo hic incipit radicit' euellere superbiā: quia hec fuit radix ⁊ fons malitie vniuerse ꝺ quā pōit humilitatē velut quoddā stabile fundamentum: qua subiecta cū stabilitate alia superedificantur: hac destructa pereunt quecunq̄ bona congregaueris: hec ille.

Sciēdum autem q̄ .§. I.

paupertas spūs pōt sumi ⁊ exponi triplr ⁊ horū ē regnū celoꝝ. Primo ē pauptas spiritus p̄ veraꝫ humiliationē. Secūdo ē pauptas spiritus p̄ inordinati affectus remotionē. Tertio est paupertas spiritus per totalem mūdi abdicationē. Primo ergo dicitur spiritu pauper verus humilis. Unde Aug'. Pauptas spiritus oꝫ hūilitas spiritualis: q̄ spiritū inflantē eradicat: euacuat seu extenuat. Nā scriptura aliq̄n vocat vētū spiritū: sm illud act. ij. Factus ē repente de celo sonus tāq̄ u. heīntis spiritus. i. venti. Supbi. n. dicunt inflati: ⁊ q̄si vento distenti. Et nota q̄ nō dicit Christus. Beati qui nō habent spiritum. i. ventum. s. elātionis ⁊ inanis glorie quia pene nullus est. Nulla ē enim tam excelsa virtus: que dulcediue glorie non tangatur. Et ideo dicit beati pauperes spiritu. i. qui parum habent: de isto spiritu seu vento elatiōis ⁊ quāto quis minus tangit: eo tanto melius. Est ā humilitas ꝑz Bern. qua vnusquisq̄ verissima sui cognitione vilescit sibi ipsi. Et vere magnam causam habet vnusquisq̄ se humiliandi. Nam vltra innumeras miserias suas aīe ⁊ corporis: q̄ tūcunq̄ sit pfectus: nescit tamē terminū suū vtrū saluetur uel dānetur. Unde dixit domin' ad Job Judica mihi si nosti omnia: i qua via habitet lux ⁊ tenebrarum quis sit locus vt ducat vnūquēq̄ ad terminū suum. i. sm Gregoriuꝫ: in. xxix. libro moral'. Si te plenā scientiā habere putas dic in q̄ via habitet lux. i. in cuius mentē veniēs iusticia i pleat: ⁊ tenebrarū quis sit locus. i. in quo iniquitas ceca perduret: vt ducas vnūq̄q̄ ad terminū suū. i. ut diiudices siue is qui nunc iniquus cernitur in malis vitam finiat: uel is qui iustus cernit extremitatem uite sue iuste ac perfecte concludat. Quis ista ul' saltē iperterritus audiat. Multos uidemus quottidie qui iusticie luce resplēdēt ⁊ tamē ad finem suum nequicie obscuritate tenebrescunt. Et econtra. Multos tenebris peccatoꝝ inuolutos: ad lucem virtutum fore reuersos: aliq̄s semp in bonis pmanere: alios semp i malis. Exē pla. Illa gentilitas deo auersa: luce iusticie deo p̄fusa est: ⁊ iudea dudum dilecta ⁊ illuminata per fidie nocte cecata: derelica ē. Latro de cruce itrauit in regnū. Judas de apl'atus gloria demersus ē in tartarū. Alius latro cū Christo crucifixus perseuerans in malo: inductus est ad infernum. Alij apostoli permanētes in sancto ꝓposito puenerūt ad regnū. Hec dei iudicia cōsiderans apls uas electionis raptus ad tertiū celū de se ipso timens ⁊ humilians ait: Castigo corpus meum ⁊ in seruitutem redigo: ne cum aliis predicauerim ipse reprobus inueniar. Jccirco autē dñs interrogat Job. Si nouit finem bonum uel malum quez habituri sunt luminosi iusti: uel tenebrosi peccatores: dicens. Judica mihi ⁊c̄. Ut alioꝝ finem cognoscere non valens: ad suum finem recurrat: quia sicut aliorum: ita nec suum nescit. Et inde nesciens finem suum: timeat. timens humiliat. humiliatus de actibus suis non se extollat: ⁊ non elatus spiritu superbie: in arce gratie persistat. Beati ergo pauperes spiritu. i. humiles: quoniam ipsorū humilium est regnum celorum: quia ut dicit puer. xxix. Humilē spiritu suscipiet gloria. Uel dicunt

pauperes spiritu. i. animo: qui. s. omnino nihil se habere putant: nec se ipsos nec corpus: nec aiam nec membra: sed oia ut cōmodata habent: & ut alienis vtuntur: hec Chrys. Et pertinet ad pfectam humilitatē: vel etiā regnū celoꝝ. i. presidentiam in ecclesia. dañ. iiij. Dominat altissim⁹ i regno hominū: & cuicūq; voluerit dabit illō: & humillimū pstituet sup eū. Exēplū de Petro apostolo. Ambrosio: Nicolao. Gregorio & alijs. Secūdo dicit paup spiritu. i. volūtate. Sūt eni alicq paupes necessitate coacti: qui. s. indigēt rebus necessarijs. Et quia nō habēt: desiderant & murmurāt male contenti de sua paupertate ipacientes. Isti ñ sūt beati sed miseri & reprobi: quia non pauperes spiritu. i. volūtate. Alij sūt pauperes rebus tpalib⁹: sed patiēt ferūt suā paupertatez nō murmurātes sed deū laudātes. Et ista pauptas ē ad meritū rōne pacientie: vt dicit Ambro. di. xlvij. Sicut hic q̄ lis fuit Lazarus medicus & paup qui moriēs portatus est ab angelis in sinu Abrahe ut scribit Luce xvi. Tertij sūt pauperes affectu: & i diuites substātia. i. nō habētes affectū inordinatū ad terrena q̄ possidēt abūdanter: ut Abrahā: de quo scribit q̄ erat dives in possessiōe auri & argēti. Et sanct⁹ Ludouicus rex frācie: & Greg⁹. magn⁹. Et per cōtrariū ad istā pauptatē dicit. Impossibile ē diuitē intrare in regnū celoꝝ: Math. xix. Loquit enim de eo diuite qui hz affectū inordiatū ad ea q̄ possidet: ponēs finē suū i diuitijs. Isti ergo quia pauperes sūt spiritu. i. affectu: & si diuites reb⁹ sūt beati. Tertio dicit pauper spiritu: q̄ ex feruore pfectiōis omnib⁹ se expropat affectu & effectu: ut veri religiosi. Unde Chrys. sup hec in homelia. Illos pauperes beatificat: qui spiritu. i. ppter spiritū sanctuz se bōis pprijs priuat Jacobi secūdo. Nōne pauperes dñs elegit diuites i fine & heredes regni. Istud autē nō fit nisi ex magno feruore spiritus: de quo spiritu ait apls: Spiritū nolite extiguere. i. feruorē. Extiguit aūt cū quis abrenūtians seculo incipit ponē affectū ad tpalia videlicet ad vilia & parua. Crathon phs docuit duos iuuenes discipulos suos cōtēnere mūdū & effici pauperes frangendo & cōminuēdo lapides pciosos magni valoris in conspectu populi. Sed nō esse verā paupertatē istaz quia nō spiritui. i. ppter spiritū sed ppter gloriaz mūdi. Unde nec deo gratam ostendit Job. euāgelista vt hēt in legēda eius. Illi autem qui sunt veri pauperes spiritu per perfectum contentum terrenorū: vt Dñicus Fracisc⁹: & pus & pfectius apostoli: istoꝝ est regnū celoꝝ. Quinimo sunt futuri iudices assessores cū Christo in vltio iudicio Job xxxvi. Pauperibus tribuit iuditiū. i. potestatē iudicādi. s. assessorie. Unde & Christus dixit apostolis: Math. xix. Uos qui reliquistis omnia & secuti estis me: sedebitis super sedes duodeci iudicantes duodecim tribus isrl. Sicut per duodecim tribus intelligūtur oēs iudicandi ita per sedentes in duodeci sedibus itelligūt oēs pfecti pauperes qui cū Christo iudicabūt: fm Augustinū.

Beati mites qm̄ §. II.

ipi possidebūt terrā. Post beatitudinē paupertatis: secūda beatitudo. s. mititatis vel māsuetudis. Qui eni pauper est: multis lacessit iniurijs: & iō necessarium est q̄ sit mitis. Unde Ambro. super Lucam. Cum simplicitate contentus fuero iops: superest vt mores meos temperem. Quid eni mihi prodest carere temporalibus nisi fuero mitis: Ubi notandū q̄ mitis & māsuetus idē sūt secūdū rē: sed differūt ratione. Nā mitis est qui alios offēdentes tolerat. Unde Papias. Mitis est lenis et ad sustinendum iniuriam: tacens quasi mutus. Mansuetus est qui manu assuetus est: qui nulli iniuriam irrogat. Uel sic. Mitis est qui nulla animi accessione turbatur: sed in tranquillitate animi & bonitate iugiter perseuerat. Mansuetus est aūt cui facile ē sustinere: nō malū pro malo reddere: & sic mitis dicitur in affectu mansuetus in effectu. Cōmuniter aūt sumitur pro eodē: ut sinonima. Et sumitur trib⁹ modis. Primo sic. Mitis est quem mentis amaritudo non afficit. Et sic importat leuitatem quantum ad motum: & excludi tur amaritudo rācoris. Un Aug⁹. Mites sunt q̄ cedūt improbitatibus: & nō resistūt malo: hz vincūt i bono malū. In bono. s. mititatis & mansuetudis malū rancoris & indignationis: reddēs bonum p malo. Dicit idē Aug⁹. sup ps. Sex differentie sut retributionū. s. reddere pro malis bona. Nō reddere mala pro malis hec bonoꝝ suoꝝ. Sz pmuz melius. Nō reddere bona pro bonis. Reddē mala pro bonis. Hec duo maloꝝ sūt: & posterius deterius. Et reddere bona p bonis: & mala p malis hec duo sūt medioꝝ. Sed prius ppinquū bonis xxiij. q. iij. Sex. Secūdo exponit sic. Mitis ē quem ira non deiecit: sed oia equanimiter sustinz Et sic ptinet ad innocētiā & excludit amaritudo liuoris. i. vindicte p innocētiā. Unde Ambro. sup Lucā. Mitiga affectū tuum vt non irascaris: aut certe iratus ne peccaueris. s. aliū offendendo. Pre clarum est enim motū cōperare consilio: nec mioris virtutis dicit cōperare iracundiaz q̄ oino non irasci. Et permaxime iudices & rectores oportet ab ea cauere: quia peruertit iudiciū: obnubilans rationē. Unde Hie⁹. Illa pppsitoꝝ solicitudo vtilis est: illa cautela laudabilis in quo nihil sibi vēdicat furor: sed totum ratio agit. Restrigenda est ergo sub ratione potestas: nec quid agenduz prius q̄ concitata mens ad tranquillitatem redeat. Nā cōmotionis sue tempore iustum putat omne qō fecerit. xi. q. iij. Illa sicut Phlutifer patronus Joseph: quia iratus est contra eum: cum falso fuit accusatus ab vxore: q̄ voluisset sibi violentiam i

ferre non discussa veritate iniuste icarcerauit eu3 Sicut ergo ira impedit iudiciū ne iuste fiat: 7 ve ritate ne capiat. Ita econtra de mititate dicit ps. xxiij. Diriget māsuetos in iuditio: docebit mites vias suas. Tertio mō dicit mitis qui non irri tat alios: nec nocet nec nocere cogitat: quod perti net ad equanimitatē: per quaz excluditur amari tudo impacientie 7 indignationis. Ad hāc Chri stus hortatur: dicēs Math. xi. Discite a me quia mitis sū. Dia enim que habent irritare hominez i. prouocare ad iram 7 impacientiam: passus est Christus. Nam turbatur quis cum ei auferuntur sua. Et Christo fuerunt ablata etiam propria ve stimenta 7 coram eo ludo exposita. Irascit quis cum contumelijs sustinet verbum: 7 infertur ma ledictio: detractio: 7 huiusmodi. Christus autem contumelias sustinuit: in passione derisiones: blas phemias: detractiones: calūnias: omnia q̄ equo animo sufferens. Irritatur homo cum in amicis suis 7 consanguineis iniurias sustinet. Et Christ9 in matre 7 discipulis obprobria 7 persecutiones passus est. Uerba vnicuiq3 sunt aspera 7 horrori habita: 7 multo magis ipsa mors. Sz hec omnia ut mitissimus agnus Christus tollerauit: vnde p Piere. c. xi. dicit. Ego quasi agnus mansuetus q̄ portatur ad victimam. Mites ergo esse oportet exemplo pjssimi magistri. Sūt aūt mites bea ti. Quod patet tripliciter p̄ oppositu3: p̄ effectū: 7 per fructū. Primo quidē mites sunt beati: patz per oppositū: nam contrarioz eadem est disципli na: vt. s. quicquid de vno dicitur: intelligatur op positum de alio contrario. Sicut de albedine di cimus q̄ est disgregatiua visus: Ita de nigredine que est contraria ipsi: oportet dicere q̄ est congre gatiua visus. Nūc ergo mititas opponitur rabiei 7 iracundia mansuetudini. Sed rabies seu iracū dia est miseria p̄ peccatū. Et Sapi. viij. dicit. Mi seros facit populos peccatū. nam miseria 7 felici tas seu beatitudo opponūt. Ergo mititas seu mā suetudo. Secūdo patet hoc per effectū. Nam mi titas facit hominē impassibilem: quod probatur ex hoc quod phūs dicit in libro ethicoz: q̄ mitis patitur sed non deducitur. i. vincitur: quia lesio nes non sentit ita q̄ conturbetur. Mititas est sic̄ mollis culcitra: que dura recipit: in qua animus leuiter 7 suauiter requiescit sicut corpus in cul citra: eccl̄i. xiij. Felix qui non habuit animi sui tristitiam. Tertio patet ex fructu qui est heredi tas superne patrie: ps. xxxvi. Mansueti autez he reditabunt terram 7c. Unde pro premio dicitur. Quoniam ipsi hereditabunt terram. Quod p̄t intelligi de triplici terra quam possidebunt mites s. terram mundi: terram corporis proprij: 7 terrā paradisi. Primo quia immites 7 feroces terram mundi destruunt: ideo non merentur eam possi dere. Sed quia mites terram mundi pacifice re gunt cum mititate se habent ad subditos: ñ possi dent terram. i. regnuz mundi. Unde 7 Moises q̄ fuit primus rector populi dei: 7 per totam vitam suam dicitur q̄ erat mitissimus hominum qui sī super terram. Et dominium Holofernis 7 Na buchodonosor: ad nichilū deduxit. Et ad hoc fa cit quod dicitur eccl̄i. x. Sedes ducum superboz destruxit 7 sedere fecit mites pro eis. Secundo in mites 7 feroces non possidebunt terram corporis proprij: immo eam destruunt: quia non subjci unt sensualitatē rationi: sed ira superantur: que i ducit ad nocendum alijs propter quod aliquādo morte perimuntur. Sed 7 ex ipsa passione ire ira sanguis incendit q̄ notabiliter nocet corpori. Un de dicitur eccl̄i. xxx. zelus 7 furor minuunt dies. Refert Aug9. in de ciui. dei. Syllam nobilissimū romanum qui pluries fuerat consul romanoruz: a quo cepit bellum intestinum in vrbe: 7 diuisio seu parcialitas contra Marium: q̄ ex ira sua ru pta vena effuso sanguine mortuus est. Sz mites uel mansueti quia habent dominiū corporis sui: subjcientes sensualitatem rationi possident terrā Luc. xxi. In pacientia vestra possidebitis animas vestras etiam sensitiuam. Tertio immites 7 fero ces a terra paradisi excluduntur: mites autem pa cifice 7 quiete 7 secure dominum uidebunt in ter ra viuentium: de qua: ps. Credo videre bona do mini in terra viuentium. Terra ista mundi: ē ter ra mortuoruz: sed superna patria est terra viuo rum: que terra dicitur pro pter firmaz stabilitatē hinc Aug9. Rixentur immites 7 dimicent pro ter renis 7 tēporalibus rebus. Sed beati mites quo niam ipsi possidebunt terram illam de qua euelli non possunt. Et de qua ps. xxvij. Portio mea domine sit in terra viuentium. Significat enim quandam stabilitatem hereditatis perpetue: vbi anima per bonum affectum tanquaz in loco suo requiescit: sicut corpus in terra. Ipsa enim est req̄ es 7 vita sanctorum.

Beati qui lugent. §. III.

quoniam ipsi consolabuntur. Mathei. v.. Hec ē tertia beatitudo que rationaliter sequitur primā 7 secundam. Nam post mundi contentum per paupertatem: post quietem mentis per mititatez seu mansuetudinem: vacans homo sibi ipsi nil in uenit nisi flebile. Unde Ambrosius super Lucaz Cum hec feceris ut sis pauper 7 mitis: memento quia peccator es: lugeto peccata tua. Unde dicit. Beati qui lugent. Sed nota trinum luctum ha bendum. Primus luctus est de perpetrata iniqui tate. Secundus de aliena calamitate. Tertius de dilata felicitate. Primus luctus est de perpetra ta iniquitate: ps. Laborauī in gemitu meo: laua bo per singulas noctes: i. peccata lectum meum. s.

conſcientie. Et in treñ. Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem ⁊ noctez: ⁊ non quieſcat pupilla oculi tui. Hunc habuit Petrus poſt negatiõez Chriſti: quando egreſſus foras fleuit amare Mathei. xxvi. Et ex his lachrymis ⁊ luctu conſequit homo remiſſionem peccatorum: ⁊ per conſequẽs euaſionẽ dãnationis. Unde proſper. Lachrymis ex vera cordis contritione fluentibus reſtringent eterni ignis incendia: de pe. di. i. Facilius. Si autẽ homo deflet mortẽ amici ⁊ conſanguinei vel dãna rerum: quanto magis habet lugere mortẽ anime ſue: vnde conſequitur infinitum damnuz. Auguſtinus. Sciat ſe peccator culpabiliter reuz ſi deflet damna rerum ⁊ temporis ⁊ non deflet animã perditam ex peccatis: de pe. di. ij. Beati ergo qui lugẽt. Ecce fructus: quoniam ipſi conſolabũtur: de ſpe remiſſionis peccatorũ concepta. Sic Maria magdalena q̃ lachrymis rigauit pedes Chriſti: audire meruit. Dimiſſa ſunt ei peccata multa Et dominus. Fides tua te ſaluam fecit: vade in pace. Luc. vij. In huius figuram Chriſtus fleuit Lazarum mortuum cum eum reſuſcitauit. Joh. xi. Ad innuendum q̃ oportet peccatorem flere ⁊ clamare poſtulando miſericordiam ad hoc ut reſurgat ad vitam glorie aut gratie ⁊ multa facẽ. Qui autem plangunt peccata ⁊ tamẽ non deſerunt ſimiles ei qui lauat laterem crudum qui quanto plus lauatur tanto plus luti facit: dicit Sina. de peni. di. iij. Inutiles ſunt tales lachryme cum proposito iterandi peccatum. Secundus luctus eſt de miſerijs proximorum ſpiritualibus ⁊ temporalibus. Hierony. ix. Quis dabit capiti meo aquam ⁊ oculis meis fontem lachrymarum: ut plorare ualeam die ac nocte inter fratres populi mei ⁊ corporaliter ⁊ ſpiritualiter. Si quis habẽt multos fratres: ⁊ videret vnuz paralyticum: aliũ pauperrimum inde fame mori: alium calumniari: alium falſo infamari: alium contemni ⁊ deprædari: aliũ magnis perſecutionibus urgeri: alium trucidari: alium multipliciter infirmari: aliũ martyrizari. ⁊ in penis deficere: innumeros ad inferna deſcendere ⁊ huiuſmodi: vere haberet magnã cauſam continue lugendi: hoc autem contingit cuilibet noſtrum. Nam omnes ſumus fratres vt dicit Chriſtus: Math. xxiij. Unus eſt enim pater veſter qui eſt in celis. Cum ergo quilibet videat tot miſerias ⁊ penas quottidie ⁊ pericula ⁊ damna corporis ⁊ anime certe continue habet deflere. Et deflere quidem mortem propinquoruz ⁊ amicorum: humanum eſt: moderate tamen: vt dicit eccleſiaſtici. xxij. Modicum ploza ſuper mortuo defecit enim lux eius. Immoderate autem reprehenſibile eſt. Sed multo magis deflendi ſunt defectus anime ſcilicet peccatorum mors. Unde Auguſtinus. Sunt ne chriſtiane in te viſcera pietatis qui plangis corpus a quo receſſit anima: ⁊ non plangis aiaz a qua receſſit deꝰ. Et Hierony. Qui non eſt indutus clementia ⁊ viſcera miſericordie ⁊ lachrymaruz: quãuis ſpiritualis videatur: nondum impleuit legez Chriſti. di. lxxxvi. Et permaxime hoc cõuenit prelatis ⁊ doctoribus: qui magis debent zelare ſalutem populorum. Unde dicitur Joel. ij. Inter veſtibulum ⁊ altare plorabant ſacerdotes miniſtri domini dicentes. Parce domine parce populo tuo. Sic Samuel multo tempore lugebat pro peccato Saulis regis: ut pater. i. Reg. xvi. Hoc etiam agendum Chriſtus exemplo ſuo nos docuit: quando videns ciuitatem fleuit ſuper eam dicens: ſi cognouiſſes ⁊ tu: ſupple fleres Luc. xix. Ad litteraz conſiderans exterminium illius ciuitatis futurũ: ⁊ calamitates hominum: ex compaſſione defleuit. Moraliter ſecundum Gregorium conſiderans exterminium anime peccatricis ⁊ eius damnationem futuram etiam fleuit compatiens eius miſerie. Sic ⁊ beatus pater Dominicus cuz appropinquabat ad aliquam ciuitatem deflebat cogitans peccata eius. Et hanc gratiam: ut dicitur in legenda eius: dederat dominꝰ ei flendi pro miſeris ⁊ afflictis. Unde ſe continere aliquando non poterat in oratione: quin uox eminus audiretur ac ſi mortuum lugeret. Et beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur: ⁊ de exauditione eorum pro quibus lachrymantur: ⁊ õ mẽito ſue passionis: iuxta illõ ps. xciij. cui ſecũdum multitudinẽ dolorum in corde meo ꝛc. Tertius luctus eſt õ dilatam felicitate: de qua ps. xli. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi quottidie vbi eſt deus tuus. Cõſiderare enim debet anima guſtans ſuauitatem: quanta in ſuperna patria felicitas: ubi nullus bonum deerit: nullum malum aderit: eſtq; deus omnia in omnibus: uacatur ibi laudibus dei: vbi iugiter ſonãt organa ſanctorum: qui ſicut odor balſami ſunt ante deum: ⁊ angeli ⁊ archangeli hymnum decantant ante thronum dei: claraq; facie deum intuentur: impleturq; omne deſiderium: ⁊ ad hanc felicitatem eſt creata. Sed dum peregrinatur in corpore conſequi non poteſt: imo quottidie in periculo eſt ea amittendi in perpetuum ñ poteſt non dolere. Reperiuntur autem iſte lachryme calefacientes ⁊ pinguefacientes animam in ſolitudine ſcilicet ceſſando a ſtrepitu mundanoruz: ⁊ occupationum. In cuius figuram legitur gen. xxxvj. q̃ O nã iuenit aquas calidas. i. balneares in ſolitudine procurantur etiaz precipibus. Unde i huius figuram legitur Judic. j. q̃ Axa filia caleph et ſponſo othoniel: qui dictus eſt ſaluator: fuit ãmonita a ſponſo ſuo othonieli: q̃ poſtularet a patre terram irriguam. Cum igitur ambularet cum patre ſuo caleph ſedens ſuper aſinam ſuſpirauit. Et cum pater interrogaſſet quare ſuſpiraret. Reñdit terram arrentem dediſti mihi.

lunge ⁊ irriguam. Et dedit ei pī irriguum superius ⁊ inferius. Axa est anima filia dei p creatiōz: ⁊ sponsa saluatoris per fidem: hec admonetur a Christo sponso suo ut patet a deo irriguū. i. terrā cordis cum aqua cōpunctionis: que ambulans p uiam virtutum cum deo. i. dei adiutorio: sedens super azinum. i. domuans passionibus carnis: suspirat affectans ⁊ petens sibi dari a deo cor cō punctionis ⁊ lachrymarum ⁊ deus exaudit dans ei non solum cōpunctionē de peccatis que est irriguum inferius: sed etiam de dilatione patrie que est irriguum superius. Christus i cruce orauit cuz lachrymis ⁊ clamore ualido secundum apostolū ad Hebre. v. exauditusq; est pro sua reuerentia. Lachrymatus est pro magno affectu introducendi nos in supernam patriam: considerans negligentiam hominū ad ipsam gloriam appetendaz consequendā. Nullus enim videtur eam extimare ꝓpter qō dicitur. treñ. j. Uie Syon lugent: eo q̄ non sit qui vadat ad solēnitatem. Sed beati q̄ lugent: quoniam ipsi consolabuntur: ⁊ in presenti per internam delectationem: ⁊ in futuro p eternam glorificationem.

Beati qui esuriūt. §. IIII

⁊ sitiunt iusticiam: quoniam ipsi consolabuntur: Math. v. Hec est quarta beatitudo dispositiua: que recte ⁊ ratione sequitur tres predictas. Qui enim mundana temsit mores mansuetudine rexit: ⁊ alienas miserias luxit: iam potest esurire ⁊ sitire iusticiam: quod prius non potuit. Uñ Ambro. super Lucam. Postq̄ delicta defleui: icipio esurire ⁊ sitire iusticiam: Eger enim cum in graui morbo est non esurit. Beati ergo qui esuriunt cē. Ubi Hieron. Non sufficit uelle iusticiam: nisi ⁊ iusticie famem paciamur. Nunq̄ enim nos satis iustos credamus: sed semper iusticie opera esurire. i. desiderare ampliora intelligamus non contenti operibus bonis factis. Et dicit Hze. Sūmum bonum in rebus humanis est iusticiam colere ⁊ sua vnicuiq; iura seruare. xij. q. ij. Cum de uotissimam: quod pertinet ad iusticiam. Beati ergo cē: vbi tria. Primo quomodo esuries variat spiritualis. Secundo quomodo iusticia esuriat generalis. Tertio quomodo ipsa satiatur anima rationalis. Quātum ad primū sciendum: q̄ illi esuriunt spiritualiter qui desiderant operari. Illi sitiunt qui desiderant scire talia opera. Est āt varia esuries ⁊ sitis. Aliqui enim esuriūt ⁊ sitiūt i. desiderant ⁊ laborant: ad hoc ut scientiaz vanā consequantur ut curiosi. Sed isti non satiantur quinimo defitiunt secūdū illud ps. cvi. Esuriētes ⁊ sitientes anima eorum in eis defecit. Naz ut ait aplus. Semper addiscentes nunq̄ ad scientiam veritatis peruenientes: alij esuriunt ⁊ sitiunt peculiam desiderantes. s. acquirere ⁊ laborare ad habendum pecuniam ut auari: sed nunq̄ satiantur: imo semper plus crescit auiditas: ps. xxxij. Diuites egerunt ⁊ esuriūt. Ambro. Nec sacietas vnq̄ aderit cupiditati nec finis. di. xlvij. Sicut hi. Alij esuriunt ⁊ sitiunt. i. desiderant habere: ⁊ ad hoc laborant ad habendum potentiam vel dignitatē aut voluntatē vt superbi ⁊ uoluptuosi ⁊ lasciui. Sed nunq̄ satiantur. immo semper magis anxiā tur. prouerbio. xxviij. Leo rugiens ⁊ vrsus esuriens. s. mel in arbore: princeps impius super populum pauperē. Et de filio prodigo ⁊ luxurioso dicitur: q̄ cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant. i. delectationibus vereis: ⁊ nemo illi dabat. Luc. xv. Solum esurientes iusticiā ⁊ sitiētes saturabūt. vñ dī hysa. xv. Ecce serui mei qui. s. operati sunt iusticiam comedēt ⁊ vos. s. peccatores esurietis: bibēt ⁊ vos sitietis beati q̄ esuriūt: cē. Quantū ad secūdū. Quō esuritur iusticia ⁊ sititur dicit Crisost. q̄ illi esuriūt iusticiam: qui secundum iusticiam dei desiderant conuersari. Illi sitiunt: qui sciētiam eius acquirere cupiunt. Justicia autem hic sumitur pro uirtute generali: que ut ait phs ē omnis virtus: hec reddit vnicuiq; quod suum est. Et deo quidem tria Nam ut creatori honorem: apostolus: Soli deo honor ⁊ gloria: honor. s. latrie: quia solus est creator. Ut redemptori amorem: apoca. j. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nostris i sanguine suo. Nulla autem maior prouocatio ad amorem: q̄ preuenire amando: ait Aug⁹. Et ipse Christus dilexit nos. j. Joh. iij. Ut domino ⁊ iudici timorem ei debemus: Malach. ij. Si ego dominus veste: ubi est timor meus? Hieremi. Quis non timebit te o rex gentium? Esuriunt ergo ⁊ sitiunt iusticiā: qui semper magis ac magis cupiunt deum honorare: amare ⁊ timere. Et sitiunt affectantes scire: quomodo ista melius perfitiant. Proximo etiaz iusticia exhibet tria. Obedientiam superiori: ad Ro. xiij: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: quia non est potestas nisi a deo s. operante vel permittente quo ad malaz ⁊ usurpatam potestatem. Concordiam equali. Cor. j. Id ipsū dicatis omnes ⁊ non sint in vobis scisma ta. i. discordie. Beneficientiam seu prouidentiam inferiori: j. pe ij. pascite eum qui i vobis est gregē. Et Luc. xij. Fidelis seruus ⁊ prudēs quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis cibum in tempore: scilicet necessarium. Sibi ipi iusticia exhibet tria. Cordi intentionis mundiciam sapiēn. j. In simplicitate cordis. i. pura intentione querite illuz. Ori custodiam: ps. xxxij. Dixi custodiam vias meas: vt non delinquā in lingua mea. Posui ori meo custodiam. Carni exhibet iustitia disciplinaz. Exemplo pauli dicentis. Castigo corpus meum et in seruitutem redigo. Beati ergo q̄

esuriunt ⁊ sitiunt iusticiam: id est qui semper audi di sunt ad sciendum ⁊ operandum que pertinent ad debitum exhibendum proximis ⁊ ad custodi endum cor: os ⁊ omnes sensus suos: secundum iu stitiam. Quantum ad tertium: scilicet quelit ista satietas qua saciantur esurientes et sitiētes iu stitiam. Respondetur ꝙ est triplex Prima est ḋa vt dicit Augu.. Illo cibo saciabunt ⁊ saturabun tur in presenti: de quo dominus ait. Meus cibus est vt faciam voluntatez eius qui misit me patris mei: quod est summa iusticia. Secunda est multi plicatio bonorum operum ⁊ meritorum: que mē tē replēt ⁊ reficiunt spirituali delectatione. Qui enim multum desiderat iusta operari: quod ē esu rire: multa bona facit: nunq̄ quiescit a bono ope p̄s. cxxxi. Pauperes eius. s. ecclesie saturabo pani bus. i. refectionis spiritualis. Tertia satietas est i futuro. De qua p̄s. xvi. Satiabor cum apparuēit gloria tua. Nam in presenti rationalis esurit vel sitit primam veritatem: cui datur prelibatio fidei modo. Concupiscibilis esurit ⁊ sitit summam bo nitatem: cui dat modo prelibatio charitatis. Ira scibilis sūmam sublimitatem: cui datur modo p̄ libatio spei. Caro esurit ⁊ sitit siue glorificationē ſm illius. p̄s. lxij. Sitiuit in te aīa mea: q̄ multi pliciter tibi ⁊ caro mea. Sed in futuro rational' satiabitur visione dei. Concupiscibilis delectatio ne. Irascibilis satiabitur fruitione. Corp⁹ sua glo rificatione Math. xiij. Tunc iusti fulgebunt sic̄ sol i regno p̄tis mei quo ad corp⁹. Unde ysa. lx. Tūc videbis q̄ ad ronalē ⁊ affluces q̄ ad ꝛcupisci bilē ⁊ mirat q̄ ad trascibilē. Et dilatabit q̄ ad cor pis glorificationē: gloria eni anime dilatatur ⁊ extenditur usq; ad corpus. Unde Hilarius. Sitiē tibus ⁊ esurientibus iusticiam beatitudinem tri buit dominus: significans sanctorum auiditatem perfecta in celo satietate repleri. Et Crisᵒ. Satura buntur. s. largitate remunerātis dei: quoniaz ma iora erunt premia dei q̄ sanctorum desideria. Bea ti ergo qui esuriunt. ⁊c.

Beati misericordes. §. v

quoniam ipsi misericodiam consequentur. Ma thei. v. Hec est quinta beatitudo ⁊ apte ponitur i quinto loco: quia secundum glosam. Misericor dia de precedentibus nascitur: quando scilicet p̄ cesserit humilitas ⁊ animus mansuescat: ⁊ suos ⁊ aliorum casus defleat: ac iusticiam esuriat: postea nascitur uera misericordia. Tunc enim alienas miserias facit suas: ⁊ pro uiribus iuuabit: ⁊ si iu uandi facultas deest: compassio non deerit. Et recte post iusticiam ponitur misericordia: quia se cundum glosam ita iste scilicet misericordia ⁊ iu sticia sunt coniuncte: vt vna altera debeat tempe rari. Nam iusticia sine misericordia est crudeli tas. ⁊ misericordia sine iusticia est remissio ⁊ dis solutio. Quod diffuse declarat Gregorius distin ctione. xlv. Disciplina. Ad misericordiam Chri stus hortabatur dicens Luc. vi. Estote misericor des sicut ⁊ pater vester celestis misericors est. Et ratio est. Quia beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et postea Christus dixit. Estote misericordes. Quomodo uel in qui bus debemus esse misericordes: ostendit in eo q̄ subdit scilicet in tribus. In dando sententiam. Unde subdit. Nolite iudicare ⁊ nō iudicabimini In condonando uel subdendo misericordiam. Unde subdit. Dimittite ⁊ dimittemini. In suble uando inopiam. Unde dicit. Date ⁊ dabitur vo bis. Et in omnibus his est misericors pater cele stis ad eos qui faciunt misericordiam. Beati er go misericordes quoniam misericordiam conse quentur. Prima ergo misericordia qua debe mus uti ad proximum est in iudicando. Unde di cit Hierony. Misericordia hic non solum intel ligitur in elemosinis: sed in omni peccato fra tris: ut alter alterius onera portemus. Job. xix.

Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei. Quare me persequimini sicut deus ⁊ carnibus meis saturamini ⁊ cetera. Miseri cordia est compassio super aliena miseria. Maxi ma miseria est peccatum. Cum ergo videt quis proximum aliquid facere quod habet spēm ma li: si non est certus non debet iudicare eum: si cut nec deus qui omnia nouit non uoluit iudi care facta sodomorum nisi prius videret clare. Uadam inquit ⁊ videbo si clamorem qui venit ad me opere impleant. Geñ. xix. Sed ⁊ si a ma lo culpe defectus excusari non potest: proximus in actu suo excusat intentionem: considerat fra gilitatem: experitur in se malorum temptatio nem: ⁊ sicut vellet sibi misereri: ita ⁊ miseretur proximo. Si etiam habet de ipso iudicare mi sericordia vtatur in alleuiando penam: conside rans quod ait Jacobus in canonica sua. Judi tium sine misericordia fiet illi: qui non fecit mi sericordiam. Sed non sic multi faciunt etiam qui videntur amici: sed sunt prompti ad iudicia temeraria ⁊ festucas in alieno oculo vident: non suas trabes: ut scribitur in euangelio Luce. vi.

Sua crimina alleuiant ⁊ excusant: aliena ag grauant ⁊ persequuntur scilicet appetendo ⁊ querendo punitionem ut deus id est ac si ipsi es sent innocentes ⁊ non indigentes ⁊ ipsi misericor dia ex miserijs suis ⁊ carnibus saturantur crude litatem scilicet exercendo. Beati ergo misericor des in iudicando: non temerarie: non suspitiose non sumptuose: non usurpatiue: sed pie ex com passione: quoniam ⁊ ipsi misericordiam conse quentur cum iudicabuntur a deo. Secunda misericordia est in condonando iniuriam. Unde dicit dimittite scilicet iniurias vobis factas et

dimittemini. puer. xxij. Qui pnus est ad miseri cordiam benedicetur a domino. Aug⁹. dicit tibi deus: dimitte ⁊ dimittetur tibi: dimisi prius di mitte uel postea. Naz si non dimiseris reuocabo te: ⁊ quicquid dimiseram: replicabo tibi: de peni. di. iij. ps. cij. Quomodo miseretur pater filioz misertus est deus timentibus se. Pater carnalis: quanuis filius multociens faciat contra ordinati ones suas: tamen parcit sibi compaciens. Ita ⁊ deus dimittit scilicet iniurias sibi inumeras quot tidie a nobis factas. Unde Ambrosi. in passione Christi. Libenter ignosco scilicet iniurias mihi fa ctas: prompte indulgeo misericordiam malo ꝙ sacrificium: de pe. di. j. Exemplum in Paulo qui ait de se ipso. Qui prius fui blasphemus ⁊ contu melios⁹ persecutor scilicet Christi ⁊ fidelium: sz misericordiam consecutus. j. ad Thimo. j. Et in euangelio ipso vbi mandat misericordiam: dicit Non est discipulus super magistrum perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius. Chri stus est magister qui quantas iniurias sustinuerit ⁊ ꝙ misericorditer indulserit: patet i passione eus Beati ergo misericordes quoniam ipsi misericor diam consequentur: scilicet remissionem suorum peccatorum. Unde dicitur eccī. xxviij. Relinque proximo nocenti te. i. tibi: non dicit qui nocuit ti bi: sed nocenti principaliter quando vltionis ira solet magis feruescere: ⁊ tunc deprecanti tibi sol uentur peccata tua id est dimittentur: sicut solui tur cera ad ignem ⁊ glaties ad solem. Et ad Lo lossē. iij. Donantes inuicem: si quis aduersus ali quem habet querelam: sicut ⁊ Christus donauit nobis. Tertia misericordia est in subleuando inopiam. Unde dicit. Date scilicet elemosynam ⁊ dabitur vobis misericordia elemosyne multipli cis: prouerb. xiij. Qui miseretur pauperi scilicet dando elemosynam: beatus erit. Hilarius. Intan tum deus benuolentie nostre i omnes delectatur affectu: vt suam misericordiam solum misericor dibus sit daturus. eccī xxix. Cōclude elemosynaz in sinu pauperis id est da occulte non propter lau dem humanam ⁊ ipse orabit pro te scilicet pau per cui dabis. Date ergo ⁊ dabitur vobis. Et qd dctur ostendit ipse deus in euāgelio eodem dicēs: Mensuram bonam confertam coagitatam ⁊ su perefluentem dabunt in sinum vestrum scilicet pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus: scilicet a quo ōne datū optimum: dabunt ꝑ elemosyna data ex mi sericordia: ⁊ mēsura bona potest referri ad bona temporalia que multiplicantur hominibus dan tibus elemosynas largas: vt dicitur in prouer. iij. capitulo. Honora deum de tua substantia scilicet dando pauperi ut impleantur horrea tua ⁊ vino torcularia redundabunt. Exemplum legitur: ꝙ in quodam monasterio: cum darentur ibi abun danter elemosyne pauperibus: abundabant mo nachi multum in temporalibus. In processu tē poris ceperunt desistere ab hoc opere misericor die: ⁊ monasterium etiam deficiebat in redditib⁹. ⁊ cum quidam conquererentur de huius defectu dixit eis quidam sanctus homo. Duo fratres sūt quos habebatis in isto monasterio. Unus diceba tur date: ⁊ alius dabitur vobis. Isti semper volūt simul manere. Sed vos emisistis date: ⁊ ideo ali⁹ scilicet dabitur noluit manere vobiscum sed recessit. Ideo ergo indigetis quia non utimini miseri cordia ad pauperes. Secundo mensuram coa gitatam: id est calcatam dabunt in sinum vestruz id est mentem uestram quo ad bona spiritualia: quia ut dicitur prouer. xvij. Misericordia ⁊ ueri tate redimitur iniquitas. Et per ipsam etiam mi sericordie elemosynam disponitur ⁊ augetur ad gratiam. Sicut patet per exemplum in vitis pa trum in legenda Macharij de illo symphoniaco qui ex eo ꝙ fecit misericordiam defendendo vir ginem a socijs ne eam oppримerent: ⁊ reducendo ad suos: ⁊ mulierez inuentam in deserto quasi de speratam: pro detentione viri ⁊ filiorum in carce ribus pro debitis: ipse refocillauit ⁊ debita soluit. Macharo fuit reuelatum: ꝙ futurus esset soci⁹ eius in gloria. Et sic ex illa misericordia inductus est admonitione Macharij ad deserendum secu lum ⁊ seruiendum deo. Tertio mensuram confez tā id est culmulatā quo ad gloriam anime excedē tem capac tatem meritorum eius. Quarto super effluentem. i. trabocantem quo ad gloriaz corpo ris: que procedit ab anima seu ab anime gloria re dundantem in corpus. Misericordibus enim di cetur in ultima resurrectione. Uenite benedicti patris mei percipite regnum cē.

Beati mundo cor. §. vi:

de quoniam ipsi deum uidebunt. Math. v. Con uenienter sexto loco ponitur beatitudo de mun ditia cordis: quia sexto die homo format⁹ ad ima ginem dei: qui quidem per peccatum obtenebra ta erat in homine. Sed immunditia cordis refor matur per gratiam. Nam imaginem dei quaz ho mo per culpam sexta die amisit. Christus sexta mundi etate restituit: ⁊ mundis corde infudit per gratiaz. Merito ergo post predicta sequitur bea titudo de munditia: quia nisi prius illa quinqz ha beantur: mundum cor in homine non creatur. Unde Ambro. Qui misericordiam defert miseri cordiam amittit: nisi mundo corde misereatur. Quia enim ut ait Crisost. Multi misercntur: sed impudica agunt: estimātes sufficere misericordiā ostendit ꝙ non sufficit misereri ⁊ impudica age re ⁊ ideo addidit de munditia: dicens. Beati mundo corde. Et nota ꝙ non dicit mundi in exteriozibus uel in corpore. Cōtra quos Christus ait Mathei

xxiij. Ue vobis scribe ⁊ pharisei qui mundatis quod de foris est: intus autē pleni estis rapina ⁊ īmūditia. s. cogitationū. Crisᵒ. super Math. Cum deus neq; corpis munditiā laudet nec sordes condēnet: pone tamē q; deus odit sordes corporū: vestimentorū: ⁊ vasorum: que necesse est vt ipso usu sordidentur: quāto magis sordes conscie horret: quā si volumus semper mundā seruamus. Dicit ergo: beati mūdo nō corpore: sed corde. Hec aūt mūditia in tribᵘ intelligit. Primo ut mūda sit rōnalis ab errore male instruēte. Secūdo ut mūda sit cōcupiscibilis ab amore male illāmāte. Tertio ut mūda sit irascibil' a timoꝛ male humiliāte. Debet munditia eē in intellectu a tribus ut sit mūda rationalis videlicet. Prio a duplicitate intentiōis Secūdo a falsitate opinionis. Tertio a prauitate cogitatiōis. Quātū ad primū qui simulatā habet intentionem: ut qui facit aliquid malo fine: uel q̄ vnum habet in corde ⁊ aliud in ore seu opere: no est beatus sed miser: ecc̄i. ij. Ue duplici corde Et iterum. Ue peccatori ingredienti terram duabus vijs: Hoc agit secundū Rabanū: qui mala facit ⁊ bona sperat: vel qui sectat opera carnis: ⁊ sanctificationē spīritus se perficere arbitrat. Vl' qui quo ad exteriora viam graditur paradisi. s. agēdo opera de gencre bonoruꝫ: quo ad interiora incedit p viam inferni. Dicre. iij. Laua a malitia. s. intentōnis cor tuum. Secundo debet intellectus esse mūdus a falsitate opinionis: ut nil sentiat contra veritatem fidei: sicut discipuli qui videntes Christū resuscitatum extimabant fantasma esse. Unde Christus ait. Quid turbati estis: ⁊ cogitationes ascendūt. s. ab inferis in corda vestra: actuū. Fide purificans corda eorum: scz ab errorib⁹. Tertio debet esse rationalis munda a prauitate cogitatōnis. Math. xv. Ex corde exeunt cogitationes male. Furta ⁊ huiusmōi. Et vt dicit Greg⁹. Nequaq; cogitatio ūmunda mentē maculat cuꝫ pulsat: sed cum hanc per delectationem superat: de peni. di. iij. Unde Isa. j. dicitur: lauamini: quo ad primuꝫ mundi estote: quo ad secundum: auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quo ad tertium: Secundo debet esse munda concupiscibilis ab amore mundane affectionis: ab amore praue delectationis: a malo peruerse operationis Math. vi. Ubi ē thesaur⁹ tuus ibi est ⁊ cor tuuꝫ Ubi Crisᵒ. Si nil tibi alterius mali eueniat: non paruam senties iacturam inferioribus affixus: ⁊ seruus eorum factus: ⁊ a celestibus cadens: ⁊ nil excelsorum cogitare ualens. Secundo debet affectus esse mundus ab amore praue delectationis Tho. ij. Mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia scilicet carnis ⁊ spīritus. Et dominus per prophetam. Usquequo morabuntur apudte cogitationes noxie. Tertio debet esse munda affectio a praua operatione: prouer. xxi. Qui mundus est scilicet corde rectum est op⁹ eius. p̄s: xxiij. Quis ascendit in montem domini: innocens manibus id est operibus ⁊ mundo corde. Tertio debet esse munda irascibilis a timore male humiliante. Math. x. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Unde apostolus ait. Mundus ego sum a sanguine omnium vestrum. Non enim subterfugi quin omne consilium dei manifestarem vobis scilicet de agendis quali dicat propter timorem non dimisi quin dicerem veritatez necessariam: quia tē mundus ñ essem. Qui enim nimis timet aduersa de facili perdet munditiam cordis: ⁊ incurrit plura peccata. Sed si quis diceret istam beatitudinem haberi nō posse quia scribitur puer. xx. Quis potest dicere mundum est cor meum: purus sum a peccato: q. d. nullus ergo non potest haberi ista beatitudo mundicie. Respondeo. Aliud est dicere se mundum a peccato quod nullus potest dicere assertiue: quia delicta quis intelligit: p̄s. xviij. q. d. nullus. Et nihil mihi conscius sum: sed non i hoc iustificatus sum: ait apostolus. Et hoc propter incertitudinem status nostri: quia nemo scit vtrum odio vel amore sit dignus. eccē. ix. Tum etiam propter inseperabilitatem venialium. i. Joannis. i Si dixerimus q̄a peccatum non habemus: ipsi nos seducimus. Aliud est esse mundum a peccato quoctiꝫ. Et istud q̄uis ex propria natura esse non possit: tamen esse potest ex diuina gratia: secundum illud Job. xiij. capitulo. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Et cum tali munditia potest videri deus in uita presenti multipliciter. Jacob vidit deum facie ad faciem: sed emarcuit neruus femoris eius: q̄ significat extinctionem concupiscentie carnalis. Et Isa. sed mundatis labijs. Et Paulus rapt⁹: scz ceciderūt squāme ab oculis eius ipso baptizato. Beati q̄ mundo corde: quoniā ipsi deū videbūt.

Beati pacifici §. VII.

quoniam filij dei uocabuntur. Math. v. hec beatitudo apte in septimo loco ponitur: dicit glo. q̄a in sabbato vere requieuit: dabitur vera pax: sex etatibus transactis. Ambro. super Lucaz: reddit rationem: quare congrue beatitudinem de munditia sequitur ista de pace: dicens. Cum interioza tua vacua feceris ab omni labe peccati ne dissensiones ex affectu tuo procedant: a te pacez incipis ut alij pacem feras. vnde dicitur beati pacifici.

Circa quod tria notanda. Primo pacis sublimitas. Secundo pacis integritas. Tertio pacis auiditas. Quantum ad primū dicit Aug⁹. xix de ciui. dei. Q̄z omnia appetunt pacem: quod diffuse probat per multa exempla ⁊ irrationabilium animalium ⁊ latronū inter se. Et etiaꝫ ex hoc q̄z bellum quod naturaliter omnes horrent, ppterea

gerunt ut perueniatur ad pacem. Non enim pax queritur vt bellum exerceatur: sed belluz geritur ut pax habeatur. xxiij. q. j. Militare. ps lxxv. In pace factus est locus eius. s. dei. Vnde aplus mandauit dicens. Pacem habete: z deus pacis z dilectionis erit vobiscum. ij. Cor. ultimo. Quātū ad secundū sciēdum q tribus modis aliqui fiunt pacifici. Et beati pacifici: quoniam cē. Primo q dem cum deo ei in omnibus obtēperando. Secūdo in se ipso motus illicitos refrenando. Tertio cum ꝓximo concordiam inter eos procurando. Nec dicuntur hi pacifici: qui habēt animū pacatum iniurijs factis a proximo: ut non inde cōturbentur: quia hoc pertinet ad secundaz beatitudinem. s. mititantē. Sed qui iugilant paci reformā de quo ad deum: z hoc per penitentiam q per culpam eam amittunt z paci conseruande in se ipsis z paci faciende inter ꝓximos. Primo ergo beati pacifici: quia. s. obtēperando mandatis dei: ꝓ oia concordant cum eo: ad Ro. v. Justificati ex fide pacem habeamus ad deum. Ut enim ait Aug⁹. Sicut quod est superius in nobis. s. mens uel rō: debet ceteris inferioribus reluctantibus imperare: ita quod est in nobis superius. s. ipsa ratio debet subijci potiori se. s. deo. Neqz enī imperare iferioribus pōt: nisi superioribus subijciatur. Unde in ꝑmis parentibus: cū rebellauit ratio deo: transgrediens mandatum: z caro se rebellauit rōni sentiēdo tumulos carnis. Et hec est pax q̄ datur hoib⁹ bone volūtatis. Luc. ij. Secundo beati pacifici. s. qui refrenāt in se illicitos motus. Job. v. Scias q pacem habeat tabernaculum tuum. i. co: p⁹. Unde Aug⁹. Pacifici sunt i se ipsis: qui omnes animi motus z carnales cōcupiscentias habentes edomitas z rationi subiectas: sunt regnum dei i quo ita ordinata sunt omnia: ut quod in homine est principium impat reluctantibus: que sunt nobis bestyqz cōmunia. Tamē ut dicit Aug⁹. Ista subiectio sensualitatis ad rationem perfecte non pōt haberi in hac vita: sed hoc nunc pacifici agunt: ut domantes concupiscentias carnis ne regnent quādoqz perueniant ad plenissimam pacez. Tertio beati pacifici. s. qui querunt pacem cū ꝓximo ſm illō ad Ro. xij. Si fieri potest quod ex nobis est cum oībus pacem habentes. Cris. super Mat. Pacifici ad alios: qui non solum inimicos i pace reconciliant: sed etiam qui īmemores maloruz diligunt pacem. Pertinet ad istam pacez vt non solum non querāt vindictam lesi: sed querant cum eis ledentes habere pacem z discordantes ad pacem reducere. Quantum ad tertium principaliter sublimitas pacis ostēditur ex fructu eius seu premio quod repromittit: quia. s. filij dei vocabūtur. Tria aūt faciunt hominē filiū dei quodā particulari mō. Primo fides formata. Joh. j. Dedit eis potestatē filios dei fieri: his q̄ credūt in nomine eius. Qui nō ex sāguinib⁹ neqz ex uolūtate carnis cē. Scdo charitas pfecta Mat. v. Diligite īmicos vros: z cē. vt sitis filij ꝑis vri. Tertio pacis concordia ſz illud. Beati pacifici quoniā filij dei vocabūt: qz ſm Cris. tales diligētes pacē Christo sūt siles: q̄ ē pax nīa q̄ fcē vtraqz vnū ſm aplm: uel qz scdm Aug. In deo ē sūma q̄es z nil repugnās. Et sic habēt tales. similitudinē ꝑis. Uel scdz Cris. i deo ē sūma q̄es z nil repugnās z sic hnt talē similitudinē ꝑis. Uel scdz eūdē Cris. Pacifici dicūt: q̄ nec oderunt nec litigāt: sed litigātes z discordātes ad pacē reducūt. Dī recte vocant filij dei: qz vnigenitū hoc op⁹ fuit ꝓgregare dispsa: z pacificare ptra se prelia ntia: hoc autez est maximum z dignissimū. s. eē filius regis eterni.

Beati qui perse. . VIII.

cutiōez patiūt pp iusticiā: qm ipoz ē regnū celorū. Mat. v. Hec octaua bītudo ē q̄dā māifesta tio z ꝓfirmatio p̄cedētū. Ex hoc ei q aliqs ē ꝓfirmatus i p̄cedētib⁹ bonis: i pauptate spūs: mititate z alijs: seq̄t q ab illis bonis ꝓpter nullā pfecutionē recedat. Un̄ ista beatitudo ptin t q̄ ad oēs p̄cedētes. Cris. āt sup Mat. dicit: q posita beatitudine de pace subdit de pfecutiōe: ne q̄s existimaret q sēp q̄rere sibi pacē sit bonū: puta assētiēdo malis: ꝓpta subdit. Beati q̄ pfecutionē paciūt. Ubi tria notāda sūt circa ista beatitudinē. Prio super pliciū afflictiōis: ibi. Bēti q̄ pfecutionē pa. Scdo motiuū passiōis ibi: ꝓpt iusticiā. Tertio ꝑmiū toleratiōis ibi: qm ipoz ē re. ce. Quātū ad ꝑmum: vtqzlpse utio afflictio ē. Dicē āt aplus. ij. Thi. iij. ca. Oēs q̄ pie uolūt viuē i Christo: necē ē vt pfecutionē patiāt pp iusticiā. Et hoc a carne: demōe: et hoīe. Caro ei p̄eq̄t spiritū: volēs cū trahē ad suas ꝓcupiscētias. In cui⁹ figurā fuit ludus Ismahel cū Isaac: q̄ pfecutio dī. Un̄ aplus ad gal. iij. Js q̄ ſm carnē nat⁹ ē: pseqbat eū q̄ ſm spiritū nat⁹ ē. i. appetit⁹ sensualis rationē: a demōe q̄libet iustus sustinet pfecutionē: dū varijs mōis q̄rit eū decipere z occidē: ps. xvij. Persequar īmicos meos z cōphē dā illos z non ꝓuertar donec deficiant. Persequimur demones persequentes: cū resistimus eorum suggestionibus. Ab homīe fit persecutio. Et hoc dupliciter: quia per iniurias corporales vel per mala exempla. Unde Augustinus. Utrunqz genus pfecutiōis distinguēs: ait sup ps. cvi. z i multis alijs. Uox tribulatoz Christo. i. martyz iter passiones pclitātiū: sz de capite p̄sumētiū. Cū illius vox omnis iusti: cui ex charitate abundans iniquitas Christianoz passio est: ut Loth corpalē pfecutionē a nullo i sodomis sustinuerit: sz a malis eoruz cum quibus habitabat. Est ergo persecutio iusti uel a leone in impetu: uel a draconе in insidijs vij. q. j. aduersitas. §. est z aliud. Quantū ad

fm. s. de motiuo passiõis: qõ. s. debet esse iusticia que includit omnẽ virtutẽ. Nã pati ꝓpter sua pec cata persecutionẽ. i. punitionẽ: nõ facit hominẽ beatũ sed miserũ. Unde. j. Petri. iiij dicitur. Nemo vestrum paciatur quasi homicida: aut fur: aut maledicꝰ. Idem. Si quid patimini ꝓpter iusticiã: beati. Et hoc est quod dicitur. Beati qui persecu tionẽ patiuntur ꝓpter iusticiã. Crisꝰ. sup Ma th. Quidam patiunt persecutionẽ ꝓpter non co mittendam idolatriã. Et isti sunt beati quia ꝓpt iusticiam fidei patiuntur: vt fideles a paganis: ut Laurentius: Uincenti⁹: Joannes: ⁊ Paulus: Cos mas: ⁊ damianus: a diuersis tyrãnis idolatris: vt Agnes: Lucia: Cecilia: Catheria. Et inumeri vtri usq; sexus. Aliqui patiunt ꝑsecutionem ꝓpter veritatem non deserendam. Ut catholici ab here ticis: sicut Athanasius: Hilarius: Ambroꝰ ⁊ plu res alij: ab arrianis ⁊ imperatore eis fauente. Et Hermigildus filiꝰ regis hispanie a suo ꝑe iussus occidi: quia ab arrianis noluit accipe cõmunio uẽ vt narrat Greg. in dialogo. Et isti etiam beati: qz ꝓpter iusticiam veritatis patiunt persecutionem Sed si quis ex potentib⁹ ait Crisꝰ. qui christiani videntur: forsitan ꝓpter peccata sua correptus a te: fuerit te persecutus: beatus es cum Jo. bapti sta: qui scilicet nõ propter fidem: sed propter veri tatem dicendam circa matrimonium violatum ab Herode corripuit: persecutionem ⁊ mortem ẽ passus. Qui ergo propter causam dei aliquid pa titur: ⁊ si a suis patitur: mercedẽ martyrij accipiet a deo. Beati ergo qui persecutionẽ patiuntur ꝓ pter iusticiam. Quãtũ ad tertium. s. de ꝑmio Nota qꝫ regnũ celoꝝ est per ꝑsequtiões patientiã tribus modis. Primo modo spontanea volunta te. Uolũtarie sacrificabo tibi ⁊c. Secundo cũ per seuerantia. Unde qui perseuerauerit usq; i finez hic saluus. Tertio ex causa legitima: quia ꝓpt rectam intentionẽ ⁊ causam. Nã vt ait apls. Coꝛ. xiij. cap'o. Si tradidero corpus meum ita ut arde am: charitatẽ autem non habuero. s. faciendo ꝓ pter laudem humanam nõ ꝓpter deũ: nihil mihi ꝓdest. j. ad Corinth. xiij. Et nota qꝫ idẽ premium in prima ⁊ octaua beatitudine ponit. Primo q̃dẽ qz martyrũ genꝰ est paupertas uolũtaria: ⁊ i con spectu seculi fuit pauper spũ q̃ ꝑsecutiões patiunt Secõ: qz ꝓ pauptatẽ emit regnũ celoꝝ ex ꝑsecuti one ⁊ passione ꝓ Christo ꝓcipit regnũ. Tertio ex Ambro. qz pauperib⁹ spiritu ꝓmittit regnũ celo rũ q̃tũ ad gloriã aie. s. sustinẽtib⁹ ꝑsecutiões ⁊ pas sionẽ i corpe ꝓ Christo: ꝓmittit regnũ celoꝝ q̃tũ ad gloriã corporis. Beati ergo ⁊c.

De ultio fine hois q̃ ẽ bñtudo pfecta. Ca. VII.

Estat uidere de beatitudine perfecta: q̃ ẽ vltimus finis hois: quã diffinit Boeti⁹ cuz dicit: qꝫ est status omniũ bonorũ aggregatiõe ꝑfectus. Et Immo videndũ ẽ si ẽ aliq̃d creatũ uel in creatũ. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. ꝑi scõe. q. iij. qꝫ beatitudo ẽ vltimus finis. Finis autẽ alicuiꝰ dicit dupliciter. Uno mõ res quã cupiꝰ adipisci: sicut auaro finis ẽ pecunia. Alio modo ipsa adeptio uel possessio seu usus. aut fruitio eiꝰ rei q̃ desideratur. Sicut si dicatur qꝫ possessio pe cunie est finis auari: ⁊ frui re uoluptuosa est finis intẽperati. Primo ḡ modo ultimus finis hois est bonũ increatũ. s. deus. qui solus sua infinita boni tate põt voluntatẽ homis ꝑfecte implere. Et ista dicit beatitudo obiectiua uel causatiua: quia deꝰ ẽ obiectũ ⁊ causa nostre beatitudinis. Unde ⁊ Boe tius dicit deũ esse ipsam beatitudinẽ necesse ẽ con fiteri. Secũdo ultimus finis seu beatitudo hois ẽ aliquid creatũ in ipso existẽs: qõ nihil aliud est q̃ adeptio uel fruitio ultimi finis. Unde Augꝰ. dicit qꝫ illis rebus fruendũ est que nos beatos faciunt. Fa ctio autem importat quid creatum. Et ista dicit beatitudo adeptiua uel fruitiua: ex eo qꝫ eam adi piscimur ⁊ fruimur. Sic igitur quantum ad obie ctum ⁊ causam: beatitudo est quid increatum. sed quantum ad essentiam ẽ quid creatum. Cuz autem dicitur beatitudo est quid sũmum bonuz: intelligendum est qꝫ est adeptio sũmi boni: non qꝫ ipsa adeptio que dicit beatitudo sit sũmuz bonũ quod est deus: ⁊ per cõsequens quid increatum. Et silr bitudo dr vltimꝰ finis. i. adeptio vltimi fi nis. Probatio ⁊ declaratio quõ bitudo ꝑfecta sit opatio: ñ quecunq; sz opatõ itellectia ñ q̃cũq; : sz clare visionis diuine essẽtie. Et primũ probat sic beatus Tho. ꝑma secunde. q. iij. s. qꝫ beatitudo sit operatio secũdũ qꝫ beatitudo ẽ aliquid creatum i ipso homie existens. Beatitudo est vltima hois ꝑ fectio. Unũquodq; aũt in tantũ ẽ ꝑfectũ: in q̃tuz est actu. Nam potentia sine actu iperfecta est. Er go beatitudinem oportet in ultimo actu hominiꝭ consistere. Manifestum est autem: qꝫ operatio ẽ vltimus actus operantis. Unde ⁊ secundus actus nominatur a philosopho in secundo de anima. Nam habens formã potest esse i potentia opãs: sicut sciens: potentia considerans est. Et inde est qꝫ in aliis quoq; reb⁹ vnaquecq; dicitur esse secun dum suam operationem. Necesse est igitur bea titudinem hominis operationem esse. Unde ⁊ philosophus in primo ethicorum dicit felici tatem esse operationem secundum perfectã vir tutem. Cum autem sit duplex actio secunduz philosophum. Unaquecq; procedit ab operan te in materiam exteriorem: sicut nere: secare: et huiusmodi. Et talis actus non potest esse be atitudo hominis: quia talis operatio non est per fectio agentis sed magis pacientis. Alia est actio maneus in ipso agente sicut sentire velle: et intelli gere: et talis actio est perfectio agentis: et potest

esse beatitudo. Jsta autē operatio que dicitur beatitudo: alio modo est in deo: alio modo in angelis bonis et sanctis: alio modo i viatoribus. Nam in deo in quo est beatitudo per essentiam: operatio eius est esse ipsius. In angelis et beatis in vita eterna: est vltima perfectio secundum aliquam operationem qua iunguntur bono increato. Et hec est in eis operatio vnica et sempiterna. In viatoribus autem secundum statum vite presentis: est ultima perfectio: secundum quam homo coniungitur deo. Sz hec operatio non potest esse cōtinua ꝛ vnica. Nec obstat predictis ꝙ beatitudo dicitur vita eterna. Joh. xvij. Hec est vita eterna ut cognoscant te solum: tē. Et uita non est operatio: sed secundum philosophum viuere uiuentibus est esse. Nam secundum Tho. vita dicitur dupliciter. Uno modo ipsum esse viuentis. Et sic beatitudo non est vita nisi in deo cuius esse est sua ēt operatio. Alio modo dicitur vita operatio uiuentis: secundum quam principium vite exīt i in actum. Et sic nominamus vitam actiuam et contemplatiuam. Et hoc modo beatitudo perfecta dicitur vita eterna. Q̄ autem Boetius dicit beatitudinem statum omnium bonorum: intelligitur per hoc: ꝙ beatus est in statu omnis boni perfecti. i. firmitate ꝛ dignitate: non ꝙ non sit in actu.

Q̄ operatio qūe est. §. i.

beatitudo est operatio intellectus: probatur sic. beatitudo cum sit perfectum bonum: oportet ꝙ sit optima perfectio uel perfectionis operatio. Optima operatio ex optime potentie ergo optimum obiectum est deus. Potentie autem principaliores anime sunt intellectus ꝛ voluntas. Sed beatitudo ñ pōt esse essentialiter actus volūtatis vñ restat ꝙ sit actus intellecti ꝛ ꝙ nō potest eē actō voluntatis: quantum ad id quod est essentialiter ipsa beatitudo: sic probat beatus Thomas p̄ma secunde questione tertia. Manifestum est ex premissis ꝙ beatitudo est consequtio ultimi finis. Consequtio autem finis non cōsistit in ipso actu voluntatis. Uoluntas enim fertur in finem ꝛ absentem cum ipsum desiderat: ꝛ presentem cum i ipso requiescens delectatur. Manifestum est autem: ꝙ ipsum desiderium finis non est cōsequtio finis: sed motus ad finem: delectatio autem aduenit uoluntati: ex hoc ꝙ finis fit ei presens. Non autem econuerso aliquid fit presens: quia voluntas delectatur in ipso. Oportet ergo aliquid aliud esse q̄ actum voluntatis: per quod fit presens ipse finis voluntati. Et hoc manifeste apparet circa fines sensibiles. Si enī consequi pecuniam esset per actū volūtatis: statim a principio cupidus consecutus esset pecuniam quando uult eam habere. Sed a principio quidem est absens ei. Consequitur autem ipsam per hoc ꝙ manu eā apprehendit: uel aliquid huiusmōi: ꝛ tūc iam delectat in pecunia habita. Sic igitur circa intelligibilem finē contingit: nam a principio uolumus consequi finem intelligibilem. Consequimur aūt ipsum per hoc ꝙ fit presens nobis per actum itellectus: Et tunc voluntas delectata quiescit in fine iam adepto. Sic ergo essentia beatitudinis i actu intellectus consistit. Sed ad voluntatem pertinet delectatio consequens beatitudinem: ſm ꝙ dicit Aug⁹. in. x. confesso. ꝙ beatitudo est gaudium de veritate. quia. ſ. ipsum gaudium est consumatio beatitudinis. Patet etiam hoc. ſ. ꝙ beatitudo cōsistat in actu intellect⁹. Ex hoc dicitur ꝙ Jo. xvij. Hec est autem vita eterna. vt cognoscāt te solum verum deum ꝛ tē. Cognitio autē partium ad intellectū non voluntatem. Nō est contra predicta qō Aug⁹. dicit. xix. de ciui. dei beatitudinē consistere in pace. Nam pax pertinet ad ultimū finem hois ꝛ per consequens beatitudinem: non ꝙ essentialiter pax sit ipa beatitudo: sed quia antecedenter ꝛ consequenter se habet ad eam. Antecedenter quidem in quātum iam sunt remota omnia perturbantia ꝛ impedientia ab vltimo fine. Consequenter autem in quātum homo adepto vltimo fine remanet paccatus suo desiderio quietatus. Jtē si obj̄ciatur. Beatitudo est summuz bonum. Sed bonum est obiectum voluntatis: ergo beatitudo consistit in actu uoluntatis. Respondit beatus Thomas ꝙ primum obiectum uoluntatis non est actus eius: sed aliquod aliud bonum: sicut nec primum obiectum uisus est uisio: sed uisibile. vnde ex hoc ipso ꝙ beatitudo pertinet ad uoluntatem tanquam ad primum obiectum eius: sequit̄ ꝙ non pertineat ad ipsam tanquam actus eius.

Jtem si obūciatur sic. Si beatitudo est operatio: ut dictum est: ergo est nobilissima operatio. Sed nobilior operatio est dilectio dei: que pertinet ad uoluntatem q̄ cognitio que pertinet ad intellectum: ergo ꝛ cetera. Respōdet beatus Thomas: ꝙ dilectio preeminet cognitioni in mouēdo Sed cognitio prior est dilectione: scilicet attingēdo. Non enim diligitur nisi cognitum: ꝛ ideo itelligibilem finem primo attingimus per actionem intellectus: sicut ꝛ sensibilem finem primo attigimus per actionem sensus. Jtem quāuis finez prius apprehendat intellectus q̄ uoluntas: tamē quia motus ad finem incipit a uolūtate: ideo uoluntati debetur id quod ultimo consequitur assecutionum finis: scilicet delectatio: seu fruitio. Item ex hoc quod Augustinus dicit: ꝙ beatus est qui habet quicquid uult: non tamē nisi per actuz uoluntatis est ꝙ habeat: est quicquid uult: ꝛ ideo pertinet ad uoluntatem:

Quod ista ope §. II.

ratio intellectus in qua essentialiter consistit beatitudo perfecta: est uisio diuine essentie: et non potest esse alia operatio quod probat beatus Thomas prima secūde questione. iij. sic. Hō non potest esse perfecte beatus quousq; restat sibi aliquid desiderandum et querendum: quia beatitudo est quietatiua. Sed qui non videt diuinam essentiam restat ei aliquid desiderandum et querendum Nam cum deus sit causa prima oim rerum: ⁊ omnia sint quidam effectus dei. Cum itel lect⁹ ꝓgnoscit essētiā alicui⁹ effectus: nisi ꝓgnoscat ēt cāz illius effectus: ñ solū an sit: sed etiaz quid sit seu essētiā eius: remanet homini naturaliter desiderium cum cognoscit effectum: ⁊ sic habere cām cognoscendi etiā de causa quid sit: ⁊ illud desideriū ē admiratiōis ⁊ causat inquisitionē: puta siqs cognoscat eclipsim solis: cōsiderat ꝙ ex aliqua cā procedit: de qua quia nescit quid sit: admiratur ⁊ admirando inquirit: nec ista inquisitio quiescit quousque perueniat ad cognoscendum essentiaz cause. Sic cognoscens intellectus essentiam alicuius effectus nisi cognoscat ⁊ de deo qui est causa eius quid sit: remanet inquietus ⁊ per consequēs non potest esse perfecte beatus. Cognoscere autez non potest perfecte causam primā: nisi ipsam essētiam eius videndo. Uniuscuiusq; enim perfectio potentie attenditur secundū rationē sui obiecti. Obiectum autem intellectus est: quicq̄d est in essentia rei: vt dī in. iij. de anima. Unde in tantū ꝓcedit pfectio intellectus: in quātum cognoscit essētiam alicuius rei. Oportet ergo cognoscere seu videre essentiā dei qui nult perfecte cognoscere. Et ideo etiam dicitur. j. Jo. iij. Cum apparuerit similes ei erimus: quia videbimus eum sicuti est. i. essētiam eius. Et in hoc consistit beatitudo perfecta. Et ista visio dicitur dos anime.

Q delectatio req ⁊ §. III.

ritur ad beatitudinem: sicut concomitans ipsam. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. prima secūde. q. iij. ꝙ quadrupliciter aliquid requiritur ad aliud. Uno modo sicut preambulum uel preparatorium ad ipsum: sicut disciplina requiritur ad scientiam. Secundo mō sicut perficiens aliquid: sicut anima requiritur ad vitam corporis. Tertio modo sicut coadiuuans extrinsecum: sicut requiruntur amici ad aliquid agendum. Quarto modo sicut aliquid concomitans: sicut si dicamus ꝙ calor requiritur ad ignem ⁊ hoc ultimo modo delectatio requiritur ad beatitudinez. Lausatur enim ex hoc ꝙ appetitus requiescit i bono adepto. Unde cum beatitudo nil aliud sit ꝙ adeptio summi boni non potest esse sine delectatiōe concomitante: sicut nec ignis sine calore. Et quod Augustinus dicit: ꝙ visio est tota merces fidei: verum est quantum ad essentiam beatitudinis. Unde per hoc non excluditur delectatio: sed ostenditur ꝙ ipsa non pertinet ad essentiam beatitudinis: sed est ut accidens proprium: ut risibile consequitur rationale. In ipsa etiam redditione mercedis delectatio includitur. Nam cum alicui merces redditur: voluntas merentis requiescit: quod est delectari. Jtez non est contra predicta quod philosophus ait in. vi. ethicorum: ꝙ delectatio impedit actionem intellectus: quia corrumpit extimationem prudentie. Non enim loquitur ibi philosophus de delectatione concomitante intellectuz hec enim non impedit operationem intellectus: sed magis confortat ipsam: vt dicitur in. x. ethicorum. Ea enim que delectabiliter facimus: attentius ⁊ perseuerantius facimus. Sed loquitur de delectatione extranea: hec impedit operationem intellectus: quandoq; quidem ex intentionis distractione: quia dum vni uehementer intendimus: necesse est ꝙ ab alio distrahamur: quandoq; ex contrarietate: sicut delectatio sensus contraria rationi impedit extimationem prudentie: magisquam operationem speculatiui intellectus. Est sciendum ꝙ in beatitudine visio est quid principalius ⁊ potius q̄ delectatio: huius ratio est secundum beatum Thomam: vbi supra: quia delectatio cōsistit in quadam quietatione voluntatis. Q autē uoluntas in aliquo quietetur non est nisi propter bonitatem eius in quo quietatur. Si ergo voluntas quietatur in aliqua operatione: ex bonitate operationis procedit quietatio voluntatis: nec voluntas querit bonum propter quietationem. Sic enim ipse actus voluntatis esset finis quod ē contra premissa. Sed ideo querit ꝙ quietetur in operatione quia operatio est bonum eius. Unde manifestum est ꝙ principalius bonum est ipsa operatio: in qua quietatur voluntas: q̄ quietatio uoluntatis in ipso. Patet etiam idem ex hoc q̄a causa est potior effectu: sed visio est causa delectationis. Quod autem dicit philosophus. x. ethicorum ꝙ delectatio est perfectio operationis: nō sic est intelligendum quasi delectatio ipsa operationem perfectam: in specie sua: sed est perfectio cōcomitans operationem: sicut decor dicitur perficere iuuentutem non ꝙ faciat. Sic ⁊ delectatio non facit visionem dei perfectam in spē sua: sz consequitur eam. Item notanda ē dīa inter appetitum sensitiuum ⁊ intellectiuum circa delectationem. Nam apprehensio sensitiua quam sequitur appetitus sensitiuus: nō attingit ad cōez rōnē boni: sz ad aliquod pticulare quod est delectabile: ⁊ ideo secundum appetitum sensituum qui est in animalibus: operationes queruntur propter delectationem. Et natura i operationibus necessarijs ad conseruationem indiuidui ⁊ speciei delectationes apposuit: ut huiusmodi operationes ab ani-

malibus non negligantur. Sed intellectus appre hendit vniuersalem rationem boni: ad cuius con secutionem sequitur delectatio. Unde principali' intendit bonum q̄ delectationem. Non est autez aliquid extimandum simpliciter secundum ordi nem sensitiui appetitus: sed magis secunduz ordi nem intellectiui appetitus. Item non obstat q̄ de lectatio seu fruitō succedit charitati ⁊ visio fidei: sed maior est charitas fide: ergo potior videtur ꝺ lectatio. Nam charitas cum non querat bonum dilectum propter delectationem: secundum hoc ē ei conueniens: ut delectetur i bono adepto quod amat: ideo delectatio non respondet charitati ut finis. Tunc eniz procederet ratio: sed magis visio responderet charitati per quam visionem finis fit ei presens.

Quo ad beatitū. §. IIII.

nē perfectā requiritur etiā conprehensio. Quod sic probat. b. Tho. vbi supra. Cum beatitudo cō sistat in consecutione ultimi finis: ea q̄ requirunt ad beatitudinē: sunt consideranda ex ipso ordine ad finem. Ad finem autem intelligibilem ordina tur homo partim per intellectum: partim per vo luntatem. Per intellectum quidem in quantum i intellectu preexistit aliqua cognitio finis imperfe cta. Per uoluntatem autem. Primo quidem per amorem qui est motus uoluntatis in aliquid. Se cundo per realem habitudinem amātis ad ama tum. Que quidem potest esse tripliciter. Quāq̄z ei amatum ē presens amāti: ⁊ tūc iā ñ querit. Quāq̄z non ē p̄sens sed nō ē possibile ip̄z adipisci: ⁊ tūc ēt non querit. Quādoq̄z autē est possibile ipsū adi pisci: sed est eleuatū supra facultatē adipiscentis: ita ut statim haberi non possit: ⁊ hec ē habitudo sperantis ad speratū: q̄ sola habitudo facit finis i quisitionem. Et his tribus respondet aliqua i su perna beatitudine. Naz perfecta ꝯgnitio finis re spondet imperfecte: presentia ipsius finis respon det spei habitudini. Sed delectatio in fine iam p̄ senti consequitur delectationez. Et ideo necesse ē ad beatitudinē ista tria concurrere. s. visionem q̄ est cognitio perfecta intelligibilis finis: cōprehen sionē que iportat presentiā finis: delectationē seu fruitionē q̄ importat quietationez rei amantis in amato. Et de cōphensione dicit aplus. i. ad Cor. ix. Sic currite ut cōprehēdatis. Spiritualis autē cursus termiatur ad beatitudinē. Cōprehensio tñ secundū. b. Tho. dicit dupliciter. Uno mō icluso cōprehensi i cōprehendente. Et sic omne quod cō prehenditur a finito ē finitum. Unde hoc modo deus non potest cōprehendi ab aliquo intellectu creato. Alio modo cōprehensio nil aliud nomi nat nisi tentationem alicuius rei: que iā p̄ncipa liter habetur: sicut aliquis consequens aliquē: si nis: ⁊ per consequens sine corpore potest eē anima cōprehendū. Ipsa autem cōprehensio nō est alia aliqua operatō preter visionē. Sed est quedā ha bitudo ad finē iam habituz. Unde ipsa visio uel res visa fin q̄ p̄ncipaliter adest. Est obiectū cōp hensionis. Et sicut ad voluntatem pertinet spes ⁊ amor: quia eiusdem est amare aliquid ⁊ tendere i illud: ita ad voluntatē ptinet ⁊ cōprehensio ⁊ de lectatio: quia eiusdem est habere aliquid ⁊ quie scere in illo. Sciendum etiam q̄ rectitudo vo lūtatis requirit ad beatitudinē antecedenter ⁊ cō sequēter: antecedenter: quia sicut materia non cō sequit formā nisi sit debito mō dispos ta ad for mā: ita nihil potest consequi finem nisi sit debito modo ordinatū ad ip̄m. Unū nullus potest ad bea titudinē puenire nisi habeat rectitudinē volunta tis que rectitudo existat per debitum ordinem ad vltimū finem. Cōsequenter autē requirit q̄ sicut dictuz est beatitudo vltima consistit in visione di uine essentie que ē ipsa essentia bonitatis. Et ita voluntas videtis dei essentiā ex necessitate amat. deum. Sicut voluntas non videntis deum ex ne cessitate amat quicquid amat sub cōi ratiōe bōi quaz nouit. Et hoc ip̄m est quod facit volūtatem rectam. Unū nō eēt beatitudo sine recta volūtate.

Ad beatitudinem. §. V.

pfectā hois nō req̄rit corp' eius adesse: sed ad bñ eē ⁊ corp' pfecte disposituū. Pro cui' declaratione dicit. b. Tho. prima scōe. q. üij. q̄ aliqui posuerūt q̄ beatitudo pfecta q̄ cōsistit in dei visione: nō po test anime aduenire sine corpe existēti: dicentes q̄ aie sanctoz a corpib' sepate ad illā beatitudinez nō pueniūt vsq̄z ad diē iudicij quādo reassument corpora. Qō apparet eē falsū: ⁊ auctoritate ⁊ ra tione. Auctoritate quidem quia dicit Apl's. ij. ad Cor. v. Quādiu sum' in corpe pegrinamur a do mino. Et que sit ratio pegrinationis oñdit dicens Per fidē eni ambulamus nō p̄ speciē. Ex quo ap paret: q̄ q̄diu quis ambulat per fidē nō p̄ speciez carens visione diuine essentie: nondū ē deo pre sens. Anime autem sanctorum a corporibus sepa rate sunt deo presentes. Audemus autem ⁊ bonā voluntatem habemus peregrinari a corpore ⁊ p̄ sentes esse ad dominum. Unde manifestum est q̄ anime sanctorum a corporibus separate: ambu lant per speciem videntes dei essentiam in quo est beatitudo vera: Apparet ⁊ hoc ratione. Nam in tellectus ad sui operationem nō indiget corpore nisi propter fantasmata in quibus intelligibilem ueritatem intuetur. Manifestum est autem q̄ di uina essentia per fantasmata videri non potest: ex eo videlicet quia materialia sunt: deus autez pure immaterialis. Unde cum in visione diui ne essentie constat perfecta hominis beatitudo: non dependet a corpore ipsa beatitudo homi nes apposuit: ut huiusmodi operationes ab ani

beata. Ad quod etiam facit qđ dicitur Apoca. xiiij. Beati mortui qui in domino moriuntur.

Sciendum tamen q̄ ad perfectionem alicuius rei: dupliciter aliquid pertinet. Uno modo ad cōstituendam essentiam rei: sicut anima requiritur ad perfectionem corporis. Alio modo requiritur ad perfectionem rei: quod pertinet ad bene eē eiꝰ sicut pulchritudo corporis. Uel uelocitas ingenij pertinet ad perfectionem hominis. Quāuis ergo corpus primo modo ad perfectionem beatitudis hominis non pertineat: pertinet tamen secundo modo. Cum enim operatio dependat ex natura rei: quanto anima perfectior erit in sua natura: p fectius habebit suam propriam operationem: in qua felicitas consistit. Unde Augꝰ. super Gen. xij dicit: q̄ nō sic possunt videē aie sanctorꝫ separate a corporibus incōmutabilem substantiam vt sancti angeli vident sine alia latentiori cā. Siue ḡa ineſt eis quidam naturalis appetitus corpus administrandi. Quod tamen dicit hic Augꝰ. q̄ anime separate non vident deum sicut Angeli: non est intelligendum secūdum inequalitatem quantitatis: quia etiam modo aliquę anime sunt assumpte ad superiores ordines angelorum: clarius videntes deum q̄ inferiores angeli. Sed secundum inequalitatem proportionis. Quia omnes angeli etiam infimi habent omnem perfectionem quaz sunt habituri: non autem anime separate sanctorum. Item quanuis impedimentū operatiōis qđ est per modum contrarietatis ut frigus impedit obiectum caloris: repugnet felicitati: non tamē repugnat ei impedimentum quod est per modū cuiusdam defectus: cum. s. res impedita non habet omne quod requiritur ad omnimodam sui perfectionem: sed repugnat tale impedimentum operationis oīmode eius perfectioni. Et sic separatio a corpore dicitur animam retrahere a fine: ne tota tendat in visionem diuine essentie. Appetit. n. anima sic frui deo: q̄ etiam ipsa fruitio deriuet ad corpus per redundantiam: sicut est possibile. Et ideo q̄diu ipsa fruitur deo sine corpore: appetitus eius quiescit in eo: q̄ tamen adhuc ad participationem eius uellet corpus pertingere. Unde corpore resumpto crescit beatitudo extensiue nō intensiue. Ad beatitudinem autem imperfectam que habetur in via: utique requiritur corp' de necessitate: quia huiusmodi beatitudo est in operatione intellectus practici uel speculatiui. Sed operatio intellectus in hac vita non potest esse sine fantasmate: que est in organo corporale. Requiritur quoqz ad beatitudinem perfectam omnino perfecta dispositio corporis antecedenter et consequenter. Antecedenter quidem: quia secūdum Augustinum. Si tale sit corpus cuius sit difficilis q̄ grauis ministratio: sicut caro que corrumpitur aggrauat animam: auertitur mens ab illa visione summi celi. Consequenter vero: quia ex beatitudine anime fiet redundantia ad corpus: vt q̄ ipsum sua perfectione potiatur. Bea. Tho. vbi supra

Q̄ ad beatitudinē. §. VI.

perfectam non requiruntur bona exteriora nec amici. Ratio primi ē: quia hominis bona exteriora: uel requiruntur ad sustentationem animalis corporis: uel requiruntur ad operationes quas per animale corpus exercemus: que humane vite conueniunt. Illa autem beatitudo perfecta: uel erit in anima corpori vnita: iam non animali: sed spirituali. Et ideo nullo modo ista exteriora bona requiruntur ad illam beatitudinem: cum ordinentur ad vitam animalem. Sed ad beatitudinē imperfectam que habetur in via: requirūtur ista bona: non quasi de essentia beatitudinis: sed quasi instrumentaliter deseruientia ipsi beatitudini: que consistit in operatione virtutis: secundum vitam actiuam uel contemplatiuam. Q̄ autem in scripturis sanctis promittatur pro premio regnū. vt Mathei. xxv. Uenite benedicti patris mei: q̄ē: uel esus q̄ potus. ut Lu. xxij. ut edatis q̄ bibatis super mensam meam in regno meo: huiusmodi locutiones secundum. b. Tho. sunt metaphorice intelligende: quia solent i scripturis spiritualia p corporalia designari: ut ex his que nouimus ad desiderandum incognita resurgamus. Et sic p cibum intelligitur delectatio: per diuitias sufficiētia qua homini sufficiet deus: per regnum exaltatio hominis usqz ad coniunctionem cum deo. Q̄ autem merces sanctis promittitur in celis Mat. v. Per celos secundum Augustinum intelligitur altitudo spiritualium bonorum. Nihilominus tamen locus corporeus aderit non propter necessitatem ad beatitudinem: sed propter quandam congruentiam q̄ decorem. Quod vero Boetius dicit: q̄ beatitudo est status omnium bonorum: q̄ē. Intelligitur de illis bonis que conueniunt vite spirituali: in qua consistit perfecta beatitudo Ista uero bona deseruiunt uite animali: ideo illi beatitudini non competunt. Tamen quicquid boni inuenitur in istis totum habebitur in summo fonte bonorum. Et sic est ibi congregatio omniū bonorum. De amicis autem si sunt necessarij ad beatitudinez dicit beatus Thomas vbi supra: q̄ ad beatitudinem patrie: non requiritur societas amicorum de necessitate sed de bene esse. Et ratio est: quia homo habet totam plenitudinem sue perfectionis in deo. Quanuis enim charitas que est in patria non deficiat sed perficiat se extēdat ad deum q̄ primū: tamē pfectio charitatis ē essentialis beatitudini q̄tū ad dilectionē dei. Uñ si nō esset nisi vna anima fruens deo: beata eēt nō

hñs ꝓximū quem diligere. Sed suppositum ꝓximo sequitur dilectio eius ex dilectione dei. Et qō Boeti⁹ dicit ꝙ nullius boni sine consortio est Jucūda possessio. itelligit qñ in illo bono quod habet non est plena sufficientia. Sed in deo habetur oīs sufficiētia. Sed ad felicitatē seu beatitudinem īperfectā vie vt dicit phs in ix. ethicoꝝ: felix indiget amicis: non ꝓpter vtilitatem cū sit sibi sufficiens: nec ꝓpter delectationem cū habeat in se pfectā delectationē in operatione vtutis. Sz ꝓpt bonam operationē vt. s. eis bene faciat: z ut eos i spiciens bene facere delectet. Et ut eis benefaciendo adiuuet. Indiget enim homo auxilio amicoꝝ in operibus vite actiue z contemplatiue.

Qñ hō pōt adipi. §. VII.

sci istam perfectā beatitudinē. Et hoc nō per sua naturalia: nec per operatiōez āgeloꝝ: sed per opera meritoria: que habent virtutē p̄cipaliter ex gratia dei. Primū sic declarat b. Tho. ꝑma scōe q. v. Btitudo noīat adeptionē pfecti boni. Qui cūq; ergo est capax pfecti boni pōt ad beatitudinē puenire. Qz aūt hō sit capax pfecti bōi: ex hoc apparet ꝙ eius ītellect⁹ apprehendere potest vniuersale z pfectū bonū z volūtas eius appetē pōt illud. Ergo pōt hō adipisci beatitudinē. Quauis enī nūc in via sit homini cōnāle: ut vitatē intueat ī reb⁹ māb⁹: vñ spēs intelligibiles i fantasmatib⁹ itelligit: nec sine fantasmate pōt intelligē. In ꝑria hēbit aliū modū intelligēdi cōnaturalē. Secūdū i. ꝙ non possit hō beatitudinē adipisci per sua naturalia: ꝓbat sic. b. Tho. q. eadē. Beatitudo hoīs pfecta cōsistit: in visione diuine essentie: vidē autē deū p essentiā est supra nām: nō solū hoīs sed oīs creature: ut in ꝑte ꝑma ostēdit. Nālis enī cognitō vniuscuiusq; ē ꝑm modū substātie sue: sicut de intelligētia dicit: vniuscuiusq; qz ē secūdū modum sue substantie. Sic de itellgētia dī in libro de causis. Qz cognoscit ea q̄ sūt supra se: z ea que sunt in se secūdū modū substātie sue. Ois aūt cognitio q̄ est secūdū modū substātie create: deficit a visione essētie: q̄ in infinitū excedit omnem substantiam creatam. Unde nec hō nec aliq̄ creatura pōt cōsequi ultimā beatitudinē p̄ sua naturalia. Ad qō facit quod ait apl's. i. ad Coz. ij. Oculus nō vidit nec auris audiuit z in coz hominis non ascendit q̄ ꝓparauit deus diligentibus se z̄. Sed nec etiā virtute angeli uel cuiuscūq; alterius creature potest eam adipisci. Huius ratio est secunduz beatū Tho. vbi supra: quia cum omnis creatura sit nature legibus subiecta: vtpote habens limitatam uirtutem z actionem. Illud quod excedit naturā creatam: non potest fieri auctoritate ceu uirtute alicuius creature. Et ideo si quid fieri oporteat quod sit supra naturam: hoc fit ūediate a deo: sicut suscitatio mortui: illuminatio ceci: z huiusmodi. Cum ergo beatitudo sit quoddam bonuz excedens naturam creatam: impoſſ. bile est ꝙ per actionem alicuius creature cōferatur. Sed beat⁹ fit homo solo deo agente. Juxta illud p̄s. lxxxiij. Gratiam z gloriam dabit dominus. Qz autez angelus illuminet intellectum angeli inferioris uel hominis: hoc est quo ad aliquas rationes diuinorum operum: non quantū ad visionem diuine essentie. Nam ad hanc omnes a deo illuminantur. Ultimuz videlicet ꝙ reqrātur bona opera ad beatitudinē cōsequendā: patet ex hoc ꝙ Christus ait Joh. xiij. Scitis hec beati eritis si feceritis ea. Huius ratio est secundū beatū Tho. vbi supra: quia eorum que nata sunt habere perfectum bonum: aliquid habet ipsuz sine motu: aliquid per vnum motū: aliquid pluribus motibus. Habere bonuz perfectū sine motu conuenit ei quod naturaliter habet illud: habere autē beatitudinē naturaliter est solius dei. Unū solius dei ē ꝓprium: ꝙ ad beatitudinem non moueat per aliquā operationem p̄cedentem. Cum ergo beatitudo excedat omnez naturam creatam. Nulla pura creatura cōueniēter cōsequitur beatitudinē absq; motu operationis: per quē tendit ad ipsam. Sed angelus qui est superioz q̄ homo ordine nature: cōsecutus est eā ex ordine diuine sapientie vno motu operationis meritorie: homines autē cōsequunt ipsam multis motibus operationū que merita dicunt. Unde secundum philosophū: beatitudo ē premium v. r tuosarū operationuz. Preexigitur autem operatio hominis ad beatitudinem: non ꝓpter insufficientiam diuine virtutis beatificātis: sed ut seruetur ordo in rebus institutis a deo. Notanduz est autem ꝙ primas creaturas domin⁹ stati de imperfectis produxit: absq; aliq̄ dispositione uel operatione creature precedēte: quia sic instituit prima i diuidua specierum: ut per ea natura ꝓpagaretur ad posteros. Et similiter quia per Christū qui est deus z homo: beatitudo erat ad alios deriuāda: secūdum illud ad Hebreos. ij. Qui multos filios adduxerat in gloria statim a principio sue conceptionis sine aliqua operatione meritoria precedēte: anima eius fuit beata. Sed hoc est singulare in Christo. Pueris autem baptizatis subuenit meritum Christi ad beatitudinem consequendā: licet desint merita propria: eo ꝙ per baptismum sunt membra Christi effecti. Quod autem apostolus dicit ad Roma. xiij. beatitudinem hominis esse cui deus confert iusticiam sine operibus. Intelligitur de beatitudine spei que habetur per gratiam iustificantem: data sine operibus precedentibus.

Qñ ista perfecta. §. VIII.

beatitudo ñ pt habēi i hac vita sz habeē tantuz i alia. z magis ab vno quam ab alio. Primum sic

ꝓbat.b.Tho.prima secũde.q.v.triplici ratione. Et prima est ex ipsa beatitudinis ratione. Nam cum beatitudo sit sufficiens ⁊ perfectum bonum omne malum excludit. In hac autem uita nõ potest excludi omne malum:multis enim malis ꝓsens uita subiacet:que uitari non possunt:⁊ ignorantie ex parte intellectus:⁊ inordinate affectiõis ex parte appetitus:⁊ multiplicis penalitatis ex parte corꝓris:vt diligenter exequitur Aug⁹.xix. de ciuitate dei. Ad quod etiã facit illõ Job.xiij. Homo natus de muliere breui viuens tẽpore replet multis miseriis. Secũda ratio est:quia desiderium boni hic satiari non potest. Naturaliter.n. homo desiderat permanentiã boni quod habet: bona aũt ꝓsentis vite sunt transitoria:cum etiã ipsa uita transeat:quã naturaliter desideramus: ⁊ eam ꝑpetuo mancre vellemus:quia naturaliter homo refugit mortem. Tertia ratio ẽ. Si consideretur id in quo specialiꝫ beatitudo ꝓsistit ſ. visio diuine essentie:que non potest homini ꝓuenire in hac vita:quia non potest intelligere nisi reflectendo se ad fantasmata:que cum sint materialia:per ea diuinã essentiã: que purus spiritus est:videre non potest vnde non potest quis i hac uita perfecte esse beatus. Non obstat prędictis q̃ plures posuerunt beatitudinẽ in hac vita cõsistere. Juxta illud. Beatũ dixerũt populũ cui hec sũt. Et quod in pluribus dicitur nõ põt esse falsuz totaliter:quia videtur esse naturale quod i plurib⁹ est. Nam reputant plures ipsi in hac vita esse aliquã beatitudinem ꝓpter aliquã similitudinem vere beatitudinis: Et sic non ex toto a sua extiatione deficiunt. Imperfecta autem beatitudo ꝟ potest esse in vita tamen virtuosa. Quãtũ ad secundum sciendũ q̃ vnus alio ẽ beatior in alia vita:quãtũ ad adeptionẽ beatitudinis seu fruitionem. Pro cuius declaratiõe dicit b. Tho. vbi supra:q̃ in beatitudine non includitur nisi ipse finis vltimus:qui est sũmũ bonũ quod ẽ beatitudinis obiectum ⁊ cã:non potest esse vna beatitudo maior q̃ alia quia nõ est nisi vnũ sũmũ bonũ.ſ. deus cuius fruitione oẽs sunt beati:sed quanto ad adeptionẽ huius uel fruitionẽ: potest vnus alio esse beatior:quia quãto magis homo bono fruitur: tanto beatior ẽ. Cõtingit autẽ aliquẽ magis frui deo q̃ aliũ:ex eo q̃ est melius dispositus vel ordinatus ad eius fruitionẽ ꝓfectius fruit deo q̃ clarius uidet eum. Sed clarius ⁊ limpidius videt ⁊ ꝓfectius fruitur qui habuit hic in uita maiorem charitatem. Sic ergo vnitas denarij qui ꝓmissus est laborantib⁹ in vinea Math.xx. significat vnitatem beatitudinis ex parte obiecti. Sed multiplicitas mansionũ:de qua Christus dicit Jo.xiij. In domo patris mei mansiones multe sunt significat diuersitatem beatitudinis ſm diuersum gradum fruitionis. Exempla possunt hic induci de eodem cibo:qui delectabiliꝰ gustatur a sanis ab vno q̃ alio:secũdũ dispositionẽ gustus. Et de eadẽ re que melius intelligitur ab vno q̃ ab alio: ⁊ cũ pluribus differentijs:ſm meliorẽ dispositionẽ oculi. Non obstat q̃ beatitudo dicit sũmũ bonũ in superlatiuo:quia intelligitur q̃ est summi bõi adeptio ⁊ fruitio.i.dei quo oẽs fruunt.

Q beatitudo non. §.ix.

põt amitti si est ꝓfecta vt superne patrie:patet ex eo q̃ Christus ait Math.xxv. Jbunt iusti in vitã eternã que est ꝓfecta beatitudo. Eternũ eni defectu caret. Circa hoc Orige:sequẽs errorem ꝙrundam platonicoꝝ:posuit q̃ post beatitudinez hõ potest fieri miser:sed hoc esse falsuz manifeste apparet duplici ratione:ſm.b:Tho.prima secunde questione.v. Et prima est ipsa communi ratione beatitudinis. Cum eni ipsa sit perfecte bonũ ⁊ sufficiens:oportet q̃ desiderium hominis quietet:⁊ omne maluz excludat. Naturaliter aũt homo desiderat retinẽ quod habet bonũ:⁊ q̃ retinẽdo ipsum obtineat securitatem:alioquin necesse est q̃ timore amittendi vel dolore de certitudine amissionis affligatur. Requiritur ergo ad perfectam beatitudinem q̃ homo certam opinionẽ habeat quia bonum quod habet:nunq̃ amittet. Que q̃dem opinio si vera sit:cõsequẽs ẽ ipsaz beatitudinẽ nunq̃ amittere. Si aũt falsa sit:hoc ipsum est quodda malum:falsam opinionẽ habere. Nam falsum est malũ intellectus:sicut verũ est bonum ipsius. Non erit igitur vere beatus si aliquod malum ineſt ei. Secũdo idem apparet si cõsidere tur ratio beatitudinis in speciali. Dictũ est enim supra:q̃ cõsistit in visione diuine essentie. Est aũt impossibile q̃ aliquis videns diuinã essentiã velit eam non videre:quia omne bonũ habitũ q̃ quis carere vult:aut nõ est sufficiens ⁊ queritur aliq̃d sufficientius loco eius:aut habet aliquid incõmodum annexũ:ꝓpter quod venit in fastidium. Visio autem diuine essentie replet animam omnib⁹ bonis:cũ conũgatur fonti totius bonitatis. Sili ter non habet aliquod incõmodum adiunctum: ⁊ sic ex ꝓpria voluntate beatus non potest desirere beatitudinem. Similiter non põt eaz ꝑdere deo subtrahente:quia cum subtractio huius beatitudinis sit quedam pena:non potest talis pena subtractionis infligi a deo iusto iudice:nisi ꝓ aliq̃ culpa. Sed culpa cadẽ non põt i eũ qui videt dei essentiã:cũ ad hanc visionez sequit de necessitate rectitudo voluntatis. Similter nec aliud agens põt eam subtrahere:quia aia deo cõiuncta:sup õnia alia eleuat: ⁊ sic nõ põt aliquo modo amitti perfecta beatitudo:sed imperfecta que est in via põt perdi:⁊ per obliuionẽ ⁊ per occupationẽ quo ad cõtemplatiuam:⁊ ꝓ vitia quo ad actiuam vitaz.

Capitulū Septimuz.

Quod septē genera. §. x.

bonorū que hic appetuntur: in patria possidētur vnde ipletur omne desiderium homis: ꝑpter qō merito dr Apoca. xix. Beati qui ad cenā agni nuptiaz uocati sūt: vnde figurantur ꝑ cenā magnaz quā fecit Assuerus: qui interpretatur beatitudo: princip⁹bus suis Hester .i. Et de hac potest expoi etiā illud: Hō quidā fecit cenā magnam. Luce xiiij. Et etiam per illas nuptias factas a rege Math. xxij. Omnia parata sūt uenite ad nuptias. hec autē declarat .b. Tho. li. iij. ꝯ gentiles sic. Est enī quoddā desiderium hominis in quātum intellectualis est de cognitione ueritatis: quod quidez homines consequunt ꝑ studium contēplatiue uite. ⁊ hoc maxime in illa uisione confirmabitur quādo per uisionē prime ueritatis: omnia que intellectus naturaliter scire desiderat: ei inotescit. Juxta illud Hiere. xxxi. In die illa non nocebit unusqs proximo suo ⁊c. Grego. iij. dialogorū. quid est quod nesciāt qui scientē omia sciunt. Et Exo. xxiij. dixit dominus Moisi. Ego ostendam tibi omne bonū que intelligenda sunt de his que pertinēt ad perfectionē intellectualis nature. Uñ illa uisione cognoscēt omnes naturas omnium specierum creaturaruz ⁊ uirtutes ⁊ propria accidentia: que pertinent ad perfectionē uniuersi. Et ꝑ cognitionē naturaliuz speciez cognoscēt idiuidua sub huiusmodi speciebus existentia. Omnia aūt huiusmodi que cognoscit per hanc uisionem: sil' actu considerat ⁊ sic uidet infinita. Tamen ea .q̄ deus facere potest: que tamen nūq̄ fecit nec facturus est: non cognoscēt sancti. Similiter quātum ad rationes rerū factarum. quas omnes intellect⁹ non potest cognoscere nisi diuinam bonitatē ꝓphendat. Tertio nec etiam cognoscūt ea que ex sola uoluntate dei dependent: sicut ꝑdestinatio: electio: iustificatio: ⁊ huiusmodi: que pertinent ad sanctificationē creature hec omnia soli itellectui diuino reseruantur Eccl. viij. Intellexi q̄ omniū opez dei nō possit homo iuenire rationē: ⁊ Job. Forte uestigia dei ꝓprehendes ⁊c. Est ꝯo qō dā desideriū hominis fm q̄ habet rationem q̄ inferiora disponē pōt qō quidem adipiscūt homies ꝑ studiū actiue uite. Quod desideriū ad hoc est ꝓncipaliter: ut tota uita hominis fm rōem disponat: quod est uiuere secūdū vtutem. Cuius⁹libz. n. vtuosi finis in opando: est proprie vtutis bonum sicut vtus vt fortiter agat. Hoc autem desideriuz tunc iplebitur: qr ratio erit in sūmo uigore diuino lumine illustrata: ne a recto deficere possit. Consequūtur autem ciuilē vitā etiā quedam bona q̄ bus hō indiget ad ciuiles operatōnes: sicut honoris sublimitas: quē hoies inordinate appetentes ambitiosi ⁊ superbi fiunt. Ad sūmā autez bonōꝝ altitudinē hoies ꝑ illā dei uisionem ꝓducūtur in quantuz deo quodāmodo uniuntur. Et propter hoc sicut deus rex seculoz dicit: ita ⁊ beati deo ꝑiuncti reges dicūtur Apoca. xxij. Regnabunt cū christo. Et alibi uidelicet beati dicūt. Fecisti nos deo nostro regnū ⁊ sacerdotes. i. reges. Consequūt ciuilem uitam: ⁊ aliud appetibile. s. fame celebritas: ꝑ cuius inordinatū appetitum efficiūt hoies inanisgloríe cupidi. Beati autem in illa uisione celebres redduntur: nō scōm hoīm uiatoz mōm seo brōz. Et ideo frequentissime illa beatitudo i sacra scriptura gloria noiatur sicut in ps. dī. Exl' tabūt sancti in gloria ⁊c. Est ⁊ aliud i ciuili uita appetibile. s. diuitie: per cuius inordinatuz appetitum ⁊ amorē multi efficiunt illiberales ⁊ iusti. In illa autem beatitudine est omniuz bonorū sufficientia in quātuz beati fruūt illo q̄ complhendit oīm bonoz ꝑfectionē: ꝓpter quod dicit Sap̄ vij. Uenerūt mihi omnia bona pariter cum illa Et i ps. Gloria ⁊ diuitie i domo eius. Est aliō hois desiderium: quod est sibi ⁊ alīs aniabus cōe ut. s. delectationibus perfruatur: quod homines maxie consequuntur secunduz uitā uoluptuosaz ⁊ per cui⁹ imoderātiā homines efficiuntur itēpati ⁊ incontinētes. In illa vo fecilitate: delectatio perfectissima tanto erit perfectior ea que est fm sēsuz qua etiam bruta animalia perfruntur: quanto intellectus est altior sensu: tanto etiam illud bonuz in quo delectabimur maius est omni sensibili bono: ⁊ magis intimū ⁊ magis continue delectans: quanto etiam illa delectatio est magis pura ab oi permixtione contristantis: de qua dicit in ps. Inebriabuntur ab ubertate domus tue ⁊c. Est ⁊ naturale desiderium omn bus rebus cōe: per quod conseruationem sui desiderant fm q̄ est possibile per cuius imoderantiam homines reddūt timidi ⁊ nimis sibi a laboribus parcentes. Quod desiderium tunc omnino complebitur: quando beati perfectam sempiternitatem consequentur ab omni nocumento securi scōm illud Isa. xlix. Et Apoca'. xxi. Nō esuriēt amplius neq̄ sitient ⁊c. Et sic patet per diuinam uisionē q̄ consequunt intellectuales substantie ueram felicitatem: in quo oīno desiderium quietat. ⁊ in quo est plena sufficientia omnium bonorū: que secundū Arist. ad felicitatez requiritur. In hac vo vita nil est adeo simile felicitati superne: sicut contemplatio vitatis, put h̄ est impossibile. Hinc ⁊ Augu. in ulti. de ciuita. dī ait. Quanta ibi felicitas: ubi nullū malum aderit nullū bonū latebit: erit deus oia i omnibus. Et i fra. quid est enim q̄ dominus per ꝓphaz ait. Exo illoz deus in perpetuum: nisi ero eis unde sacientur. Ero eis quicqd honeste ab hōinibus desiderari potest. Exo illis salus: ⁊ uita: gloria ⁊ honor: victoria ⁊ copia: pax: ⁊ omne bouū. Et in fine. Uacabimus ⁊ uidebimus: uidebimus ⁊ amabimus: amabimus ⁊ laudabimus. Juxta illud ps. Beati

qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te.

Titulus octauus de fide.
Fides sumitur octo modis. Cap.i.

Cmum de fide agendū ꝺ qua

apostolus ad hebreos.xi. Sine fide impossibile est placere deo. Sed sciendū ꝙ fides sumitur multipliciter Primo quidez pro cōscientia iuxta illud ad Ro. xiiij. Omne qꝺ nō est ex fide peccatū est. Qꝺ vbū tractās Hzan'.xxviij.q.i.omēs.§. Ex his itaqꝫ exponit i.omne quod est contra cōscientiā peccatū est. Et sic etiā sumit in regula iuris: possessor male fidei nullo tempore prescribit de reg.iuꝛ.li.vi Secūdo sumitur fides pro castitate seruāda thori cōiugalis. Unde Aug.xxvij.q.ij.ait Omne bonū nuptiarum fuit in illis parentibus christi.s.,p les:fides:ꝛ sacramentū. Fides q: nullum adultū ꝛc. Tertio sumitur pro pactione seu promissiōe. ſm ꝙ dicit Augu.ꝙ fides quādo hosti promittit seruanda est.xxij.q.i. Noli. Quod est uerū si ,p missio est licita. Nā ut dicit Jsido. In malis promissis resinde fidem:ꝛ i turpi uoto mutra decretū ꝛ iterū. Si is cui facta est promissio:ꝛ ipse seruet fidem promissam. Nā dicit regula iuris. Frustra sibi petit fidem seruari ꝛc. de reg.iuꝛ.li.vi. Quarto sumitur fides ,p fidelitate.i. debita adimpleti one ꝛ diligenti executione super promissione fca tacita uel expressa. Et sic ponitur ab apostolo fides.i.fidelitas inter fructus spūs:ad Hall'.v .scōz unam expositionem.b.Tho. Et reducitur fidelitas ad uirtutem vitatis moralē:ꝛ ab ea denomiatur seruus:uel dispensator fidelis.scōm euangeliū ꝛ apostolū Et ad hanc uirtutem pertinēt secūda ꝛ tertia acceptio. Quinto sumit fides pro equitate i actionib' considerata. Jnsti. de act.§. actionū alie sūt bone fidei:alie stricti iuris:ꝛ scōm hoc dic lex:ꝙ ubi bona fide agitur nō est de apicibus legi disputādū:ꝛ scōm hoc etiā intelligi potest illa rla bona fides nō patitur ut semel exactū iterum exigatur de reg.iuꝛ.li.vi. Sexto sumitur fides ,p vna ex gratijs gratis datis:quas ponit Apls .i.ad Lorin.xij.cōib' bōis ꝛ malis. Ubi dicitur . Alij dat fides in eodem spū. Sumitur enim ibi fides pro quadam eminenti certitudine eorum que sunt fidei. Septimo sumitur fides cōiter pro quodam habitu quo quis firmiter assentit sine formidine de oppositō:his que clare non uidet:quecūqꝫ sit illa:pura cum quis firmiter credit talem esse patrem :uel matrem suam uel uerbis alicuius sapiētis. Et sic Hreg.in.iiij.dialogorū dicit.ꝙ infidelis habet fidem.s.de parentibus suis'ꝛ huiusmōi: sz hoc de se non est meritorium scōm.b:Tho.ꝑma secūde. Octauo sumitur fides pro vtute theologica.de qua dicitur.i.ad Lorin.xiij. Nunc manēt fides:spes:charitas. Sed ſm istam ultimā acceptionem. Fides quandoqꝫ sumitur pro habitu tal' vtutis charitate informata. Et sic sumitur i Hiere..Domine oculi tui respiciunt fidē:ꝛ Osee. De sponsabo te mihi in fide. Aliquando sumitur ,p habitu informi:ut ibi.i.ad Lori.xiij. Si habuēo fidem:ita ut montes trāsferā ꝛc. Et Jacob. Fides sine operibus mortua:est ꝙ utiqꝫ donū dei ē: sed insufficiens ad salutem. aliqñ sumitur fides ,p ipo actu talis uirtutis. Unde August. Quid est fides fides nisi credere quod non uides:ꝛ illud Hrego. Fides non habet meritum:cui humana ratio ꝓbet experimētū. Meritum enizno acquiritur ex habitu:sed ex actu. Fides aliquādo sumitur pro obiecto:seu materia eorum que sunt fidei: ut i simbolo. Athanasij. Hec est fides catholica ut unuz deū in trini.ꝛc. Fides aliquando sumitur improprie pro uisione clara i patria diuinorū. ad Ro. i.ex fide in fidē.i.ex fide presentium in fidem.i.uisionem futurorū. Et hoc dicitur propter certitudinem Aliquādo sumitur pro signo distictiuo fidelium ab alijs.i.baptismo.di.xlv. de iudeis. Uñ cum a baptizando queritur. Quid petat: respondet fidem.i:baptismi sacramētum. Hec ꝯsi omia hñtur in glo:sup ti.i.decretaliū.s.de sūma trini. ꝛ fi.catho:quibusdam tamen additis.

De ipsa autem fide.§.i.

prout est uirtus theologica nunc tractandū. Et primo de eius causa ꝛ effectu:secūdo de eius habitu seu subiecto.tertio de eī' actu: quarto de eī' obiecto. Queritur ergo primo unde causetur fides in homine.respondet.b.Tho.scōa scōe.q. vi. Q: causatur a deo interius mouente mētē per gratiam ꝯtum ad assensuz:qui est principalis actus fidei. Unde apostolus ad Ro.ij. Gratia saluati estis per fidem:ꝛ nō ex uobis ne quis glorietur: donum enim dei est. Secūdario ꝛ istrumētaliter causatur etiā a quibusdam alijs:ut i uisione miraculi:auditione doctrīe: ꝛ huiusmodi. Pro cuius declaratione sciendū:ꝙ cause tres concurrūt ad fidem. Superior.i.credendorū reuelatio. Exterior.s.miraculorum visio uel' rationū circa fidē persuasio. Interior.s.ad ea mentis assēsio. Quantuz igitur ad primuz oportet ꝙ illud sit a deo. Ea.n. que sunt fidei:excedūt rationem humanam:vnō nō cadūt i cōtēplatōe hominis nisi deo reuelante Seo quibusdā reuelantur hec imediate a deo sicut sunt reuelata apl's ꝛ ꝓphis. Quibusdam proponūtur a deo mittēte fidei predicatorem secūdū illud ad ro.x.quomō predicabūt nisi mittantur

Necesse est enim q̄ hōi proponātur credibilia ad hoc ut aliq̄d explicite credat. Et sic patet q̄ ista cā sit a deo. s. reuelāte ⁊ mittēte predicatorē. Quātū ad secūdū sciendū q̄ nec miraculum uisū: nec q̄cū q̄ pluasio de fide est sufficiens cā ad credendum i ductiua. Qō patet ex hoc: q̄ uidentiū vnum et idē miraculū ⁊ audientium vnam ⁊ eādem predicationē: vnus credit: alius nō credit. Sicut p̄z tpe ap̄lorum ⁊ alioꝝ predicātiū ⁊ miracula faciētiuꝫ Qui esset sufficies cā: omnes credidissent q̄ vidissent ⁊ audissent. Sꝫ ⁊ miraculoꝝ opatio p̄ncipaliter a deo ē: ut patet: i. ad Lori. xij. Alij datur per sp̄m operatio vtutis. Quātū ad tertiū q̄ ē mētis assensio ad credenda. Hāc causā ponebāt pelagiani esse liberū arbitriū hois solū. Et p̄pter hoc dicebāt q̄ initiū fidei est ex nobis: in q̄tuꝫ. s. i nobis est q̄ pati sum̄ ad assentiēdū his que sūt fiēi sed confirmatio fidei est a deo: per quē nobis proponūtur que credere debemus. Sed hoc est falsū q̄ cum hō assētiendo his que sunt fidei eleuet supra naturā suā: oꝫ q̄ hoc ifit ei ex sup naturali p̄ncipio interius mouente uolūtatem. Et hoc ē deus. Nec est ꝫ qō Aug. dicit: q̄ fides consistit i credentiū uolūtate: q̄ oportet ad hoc ut uolūtas uelit credere: q̄ p̄petur a deo per gratiā ad h̄ ut eleuetur in ea que sunt supra naturam suā. b. Tho. vbi supra: vnde in Tolletano concilio dicit. Sic homo proprij arbitrij volūtati serpenti obediēs peruit: sic uocāte se gratia dei proprie mētis cōuersiōe sic credendo saluat. di. xiv. De iudeis. Et q̄uis aliquādo uideatur facere deus hōi coactōem aliquā: vt in Sauli cōuersione p̄strato ⁊ cecato: tamē ad extra ē illud ⁊ uolūtas libera remanet: ⁊ volūtate credidit: ⁊ assensit uocanti. Et sic itelligē duꝫ est illud. Aug. xxiij. q. iij. qui potest. Fides etiam informis. i. q̄ est sine charitate. est donū dei: scōz gl. i. ad corī. xiij. ⁊. b. Tho. vbi supra. Nō ex eo q̄ est iformis: hoc est ex defectu hōis: sed ex eo q̄ fides. Nec obstat illud Deutro. xxxij. Dei pfecta sūt opa. Nam fides informis ꝛsī nō sit perfecta simplicit pfectōe vtutis: ē tñ pfecta pfectōe q̄ sufficit ad rationē fidei:

Rationes persuasi. §. II

ue efficaciter inductiue ad credendum q̄ttuor p̄nt assignari: q̄uis nulla earum sit demonstratiua cogens intellectum ad assentiendū his que sunt fiēi Prima est operatio miraculoꝝ: Secūda ē multiplicatio testimonioꝝ: Tertia est toleratio tormentoꝝ. Quarta est propositia materie credēdorum. Quātū ad p̄muꝫ dicit p̄s. xxxij. Omia opa eⁱ .. i. dei in fide opa i fide. Opa dei pmarie dicunt opa miraculosa: q̄ sol⁹ deⁱ ibi opat cū sit supra facultatē nāe. Un̄ christus Joā. xiij. Pat i me manēs ip̄e facit opa. s. miraculosa: q̄ sol⁹ deⁱ ibi opat. q. d. hoc nō est op⁹ mee humanitatis quā videtis sed diuinitatis q̄ est una cum patre. O ia āt ista opa miraculosa sūt facta i fide. i. per fidem ⁊ ad fidē introducēdā vel cōfirmādā. Unō suscitato Lazaro dicit Joā. xi. Q̄ multi ex his qui uidērāt crediderūt i eū. Et Jo. iij. Nisi signa ⁊ p̄digia videritis nō creditis inquit christ⁹: ⁊ facto miraculo in nuptijs aq̄ in vinum cōuersa crediderunt i eū discipuli eⁱ⁹: di Joā. ij. i. p̄firmati sūt magis i fide ei. naꝫ iā crediderāt: ⁊ certe scōz. b. Tho scōa scōe. Lū ea que sunt fidei sint supra rōem nāle: melius ⁊ apti⁹ p̄bari nō possūt q̄ p̄ opationes supnaturales: cuiusmodi sunt opa miraculoꝝ. Si q̄s enim nunc p̄dicaret aliquod futuruꝫ p̄tra cōem cursum naturalē: ⁊ ad p̄bandum vitatem huⁱ⁹: puta retrogratōeꝫ solis die crastina fiēdam: mortuuꝫ vaciter suscitare: nōne miraculū istud sufficienter deberet mouere ad credendū firmiter futurum q̄uis nec oculo nec intellectu cernat uti q̄z. Sunt autē ipsa miracula i christiana religiōe fidē protestantia innumerabilr ⁊ variabilr ⁊ vaciter operata. A p̄ncipio mūdi inchoata sūt miracula. Nā Gen. iij. dicitur scōm illam lām: q̄ i flamauit deⁱ super Abel ⁊ mūera eⁱ⁹: uidelz ignē de celo mittendo ad cōburēdū sacrificium eⁱ⁹ ex fide christi celebratuꝫ. Sub Noe in opere arche multa miracula fuerunt celebrata. Abrahā q̄z q̄ credidit deo p̄mittēti q̄ i semine suo omnes gētes benedicerentur q̄ est christus: miraculis claruit i generatione Isaac Gen. xviij. Et sanatione regis egypti ⁊ gerarīs. Multa ⁊ magna prodigia fecit deus per Moisen in egipto in deserto coram omni populo iudeorum: ut patet in Exodi. ⁊ Nūt. pluribus capitulis. Tempore uero iudicum. Josue: Hedeonis: Sāsonis ⁊ alioꝝ: multa mira facta p̄ fidem refert apostol⁹ ad Hebre. xi. Sub regibus signa plurima facta ostenduntur in libris regum ⁊ paralippo. per Dauid: ⁊ Hezechiam Heliā: ⁊ Heliseum: ⁊ alios. Post transmigratōeꝫ babilonis in cuius captiuitate detentus populus ille hebreorum tunc fidelis nec miraculis caruit: ut patet in li. Dani. de socijs eius in fornaceꝫ missis. Uictorie machabeorum satis miraculose uidentur. Saluatoris autez nostri domini ih̄u christi miracula: ultra ea que narrāt euangeliste sūt pelagus immēsum: vt dicit Cris. Quibus attestat Josephus histo:iograph⁹ iudeus: ⁊ sybilla pagana: hec prenuntians ut refert Lactantius: Postq̄ autem ille populus veram fidem dimisit: nūq̄ penes ip̄m amplius sunt uisa uel audita miracula: Sed trāslata sunt cum fide ad ecclesiam ex gentibus ⁊ iudeis conuersis collectam: ut patet in actibus apostol⁹. de Petro: ad cuius vmbram sanabantur infirmi ⁊ alijs apostolis ⁊ successoꝝ ib⁹ eoꝝ Et Aug. in. xxi. de ciui. dei: de multis narrat ip̄e suo factis. Exinde Grego: in dialogo suo. Uincētius in speculo suo historiali. Facta sunt autez

miracula non solū innumerabiliter ꝫ uariabiliť ꝛ in omni genere rerum. In coꝛporibus celestibꝰ: ut in statione solis i celo sub Josue. Retrogradi tione sub Ezechia. Obscuratione in naturali: i passione christi. In elemētis: igne non cōburente tres pueros i fornace. In aere quo ad pluuias: grandinē: fulgura: coruscationes et hmōi: sub Samuele Moise ꝛ helia. In aqua diuisa maris rubri ꝛ iordanis. In terra que aperta est ꝛ ōglutiuit Dathā ꝛc̄. In brutis. i plantis: in alijs inanimatis. In obsessis a demonio liberatis. In omni genere infirmitatum sanatis. In mortuis suscitatis. Uñ christus Marci ulti. In nomine meo demonia eijcient ꝛc̄ Nō ātficte ꝛ fallaciter uel virtute naturali sūt facta ista miracula fidei: sicut Joānes et Mambres magi Pharaonis conuertentes uirgas eorum i ꝓpentes ꝛ econuerso arte magica: ꝛ uirtute diaboli sicut faciet Antichristus: Unde dic̄ apostolus ꝙ eius aduentus erit in omnibus signis ꝛ ꝓdigijs ꝫ mendacibus: quia non realiter faciet sed tantum apparenter. Quedam ātmiracula in xp̄iana religione fuerūt verissime ꝛ realiter facta: quia uirtute dei: non diaboli. Cui omis creatura subiacet ad nutū. Nam ꝛsi opere demonū possint fieri q̄daz trāsmutatōnes insuete: non illa q̄ sunt supra nāz vt illuminatio ceci. resuscitatio mortui ꝛ huius modi. que oia sancti nostri fecerūt diuersis tpibꝰ mūdi. Si q̄s autē negare velit miracula facta in ecclesia. tūc vt dic. Augu. i li. de. ciui. dei. hoc erit maius omībus miraculis ꝙ pene totus mūdus ꝓuersus sit ad fidē istam. ꝛ ad assentiendū his quibus rō ñ ptingit sine operatione miraculoꝝ. Naz certū est ex hīstoꝛijs varijs. ꝓtes fideliū fuisse infideles ꝛ idolatras romanos ꝛ alios. Nunc autez fideles. Uñ ḡ ista cōuersio? Nunquid ex eo quia Petrus piscatoꝛ indoctus ꝛ pauper potentia armorum coegerit eos: aut thesauris collatis attraxerit. quia aurū et argētū non habuit. Aut i doctus hūane sapientie vbis: q nūq̄. Ciceronē uidit. Non. Sed qꝛ ꝓdigijs miris effulsit: quibꝰ doctrinā confirmauit: ꝓ sanctimonia vite. Uñ Beꝛ. ponit hoc vnū esse ex tribꝰ maxime mirabilibus factis i ōo. s. cōiūctio fidei cū coꝛde humano.

Secūdum ꝙ ostēn. §. III

dit ueritatem fidei est multiplicatio testimoniorum Uñ dicī potest illud p̄s. lxxij. Testimonia tua. i. de mysterijs fidei credibilia facta sūt nimis. Attestatur. n. his que sūt fidei nā ois intellectiua: diuina: āgelica: ꝛ hūana. Nā ut dī. i. Joā. v. Tres sūt q̄ testimoniū dant i celo. s. de factis fidei p̄: vbū: ꝛ spiritus sanctus. Pater testimonium reddidit dicens de christo. Hic est filius meus dilectꝰ. Matth. iij. In baptismo ꝛ iterū i trāsfiguratione Matth. xvij. Filius reddidit testimoniū de patre: dicēs Ego ꝛ pater unū sumus Joā. x. Et itez opa que ego facio testimoniū pibēt de me: opa miraculorū demōstrabāt veritatē dictoꝝ suoꝝ. Cū. n. solꝰ deꝰ opēť supra vtutē nāe. ꝛ deꝰ ñ sit auctoꝛ l' ꝓfir matoꝛ mēdacij: ñ potuisset illa miracula facē: nisi veritatē dixisset deus ipsū hūiliasset se ad nihilū deducēdo nomē eius: sicut accidit Nabuchodonosoꝛ: ꝛ Holoferni: herodi: ꝛ cosdroe sefacientibus deos: Sed christus etsi ad horam ob nāz redemptionē passus est ꝛ multum vilificatus: tamē volūtarie. Et exinde dedit illi nomen quod est super omne nomē: vt in nomine ihu omne genu flectatur. Phil. ij. Et sic pro deo adoꝛatur vt est. Spiritussanctus phibuit testimonium per oꝛa ploꝝ. Uñ dic̄ xp̄s: Joan. xvj. Cū venerit spiritꝰ veritatis: ille testimoniū perhibebit de me: per p̄dicationem. s. vestrā et miraculoꝝ operatōz. Natura angelica testimonium reddidit mysterio trinitatis: dum apparuerunt tres viri idest angeli abrahe. Tres vidit ꝛ vnum adoꝛauit. Gene. xviij. Item Ysaie. vi. Cum vidit Ysaias dominū sedētez super soliū excelsū: ꝛ audiuit seraphin clamantia ter sanctꝰ: sanctꝰ: sanctꝰ: ꝛ p̄ ea dicētia sigulariter: dñs deꝰ sabaoth. Item mysteriū incarnatiōis Gabriel archāgelus maxime nunciauit resurrectionis quoq; mulieribus et ascensionis ꝛ aduentus ad iudicium discipulis angeli nunciauerunt. Mathei. vltim. Et actuū. j. Angeli quoq; mali seu demones testificati sūt ō christo: clamātes cū ejcerētur ab obsessis. Quid nobis ꝛ tibi iesu filij dei. ꝛc̄. Luce. iij. Et alꝫ etiam. Natura hūana reddidit testimonium mysterijs fidei per omne genus hominū: iudeoꝝ: paganoꝝ: ꝛ xp̄ianorum: fideliū: ꝛ infidelium. Ex libris quidē iudeoꝝ. s. veteris testamēti: multum ꝓbabiliť ꝛ efficaciter: ꝛsi non demonstratiue habentur testimonia de trinitate ꝛ icarnatiōe xp̄i. In p̄s: xlij. Unxit te deus deꝰ tuus oleo leticie pre cōsoꝛtibꝰ tuis i. O deus filī: deus tuus. s. p̄: vnxit oleo. i. gīa spiritus sancti: te in quātū hominē. Et i alijs pluribus locis nominā ipse ꝓpone. Pat. s. i p̄s. lxxxviij Ipse inuocabit me pater meus es tu. Filius. p̄s. ij. Dominus dixit ad me filius meus es tu ꝛc̄. Spūs sanctus. p̄s. quinquagesimus. Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. De mysterio incarnatiōis pleni sunt psalmi: permaxime prophīa Danielꝰ ō lxx. ebdomadibus. s. annorum ubi exprimitur tēpus determinate future tunc incarnationis: quia a tempore quo data fuit licentia a Cyro rege redificandi hierusalem: usq; ad passionem christi: fluxerūt. cccc. nonaginta anni qui sūt. lxx. hebdomade annorum. Ibi in ꝓphīa tangitur: de incarnatione: passione: ꝛ destructione hierusalem p romanos. Ut exponunt magistri in hīsto. schol. Et plenius Nico. de lira super Danielꝰ. reprobando falsas expositiones iudeorum quas ibi faciūt. Josephus quoq; hīstoriographus iudeorum q̄ fuit

tempore christi: sed perseuerās i iudaismo tale testimonium de christo prohibet fuit illis temporibus sapiens uir: si tamen eum nominare uirū fas est. Erat enim mirabilium operum effector et doctor eorum qui libenter ea que futura sunt audiunt. Et multos ex gentibus adiunxit sibi christus Hic erat qui ꝛ post crucem his qui eum dilexerāt apparuit iterū ſm q̄ ꝓphete huiusmodi ꝛ alia ꝺ illo predixerāt. Sz usq; in hodiernū diē christiāorum qui ab eodem dicti sunt: ꝛ nomē perseverat ꝛ genus hec ille qui tempore Uespesiani in bello iudaico captus fuit. Item ex doctrinis gentiliū habetur de fide testimonium. Et ut dimittamus illud Uirgilij in bccolicis quod Aug. inducit Hiero. illudit: quia. ſ. ad aliuz scensum dicta sunt. Jā redddit ꝛ v̄go reddeunt ꝛ saturnia regna. Jā noua progenies e celo dimittitur alto. Et illud Uirgilij Eñ. primo. Nate: mee uires: mea magna potentia solus: ꝛ illud talia prestabat mēorans: fixusq; manebat Sybilla Erithea gētilis: mirabile testimonium ꝛ multiplex reddidit de passione christi: ut refert Lactantius i libro institutionū: videlicet. In man' impias infideliū ueniet: dabūt autez deo alapas manibus incestis: ꝛ impurato ore expuent uenenatos sputos: dabunt autem ad uerbera simplr sanctum deorsum. Item colaphos accipiens tacebit: ne quis cognosat qō uerbū uel vnō uenit. Et corona spinea coronabitur. Jteꝫ in esca fel ꝛ in siti acceptum dedere inhumanitatis hanc mensam. Item templi uelum scindetur ꝛ medio die nox erit tenebrosa nimis in tribus horis. Jtē de morte ꝛ resurrectione eius. Morte morietur tribus diebus somno suscepto: ꝛ tunc ab inferis regressus ad lucem ueniet primus. Jtē sybilla de miraculis eius sic ait. O ia v̄bo agens: oēm infirmitatem curans: mortuoꝝ āt resurrectio erit: ꝛ claudoꝝ cursus uelocissimus: ꝛ surdi audient ꝛ ceci uidebūt: loquentur nō loq̄ntes. Item eadē die de quīq; panibus ꝛ piscibus marinis hominum milia in heremo quinq; satiauit. Et que superfuerit frustra tollens. xij. cophinos impleuit. Uentos cōpescet: sternet insanum mare sub pedibus calcatū Item de trinitate Sybilla Oim nutritorem creatoremq; dulcem spiritum omibus apposuit ꝛ p̄n cipem deorum omniū fecit. Et rursus in fine. Alterum dedit deus fidelibus uiris honorare uidelz filium incarnatum. Sybilla etiam Tyburtina c' simulacrum tenebat librum ubi scriptū erat. Nascetur christus in bethleem: ꝛ anunciabitur i nazareth: regente thauro pacifico fundatore. O felix illa mater cuius ubera illum lactabunt. Sybilla Erithea vt refert Aug. xviij. de ci. dei. Judicij signi tellus sudore madescet. E celo rex aduenit p secula futurus. ſ. i carne ueniens ut iudicet orbem Et hoc nota quod ait Aug. oi. xxxvij. Si quid vi Sybilla de deo aut orpheus ceteriq; gentiū vates aut phi predixerunt: ualet quippe ad paganoꝝ vanitatez reuincendam: nō ad illoꝝ auctoritatem complectendā: Ex doctrinis christianoꝝ ex omni genere lingua ꝛ natione ꝛ hebreis grecis ꝛ latinis: fides christi habet testimonia: ex quibus eius ueritas ostenditur probabiliter. Et hoc ex eorum sapientie profunditate uite probitate: ꝛ in numerositate. In multis conclusionibus: i diuersis facultatibus creditur cōiter ab omnibus: quia sic dictum est a sapientibus Doctores aūt fidei ecclesie fuerūt sapientiores homines mundi i omni facultate: qui omnes errores confutauerunt et a nullo ipsi conuicti sunt. Quis altior Dionysio azіopagita. Quis in sermonibus Leone papa rutilantior: Aut Hieronymo eloquentior i suis epistolis doctus in lingua ebraica ꝛ latina doctior: et vitatis iterpretator. Quis Augustio aphrichano fundatior ꝛ accutior uel Cypriano elegātior: aut Hilario gallico profundior. Ambrosio italico ꝺs peregrinior in dictis. Quis suauior ꝛ mōalior magno Gregorio romano. Et adiuncto nazanzeno. Omittendo ex breuitate alios grecos. Ut athanasium: alexandrinuz: basilium capadocensem e m Chrisostomū constantinopolitanuz. Cirillum dimum: eusebium cesariensez. Origenem etsi i aliquibus errauit. Damascenū q̄ quis i materia ꝓcessionis spiritussancti cum grecis senserit: ante tam determinationem ecclesie circa hoc. Unō sōte potuit excusari: Nec ignari fuerunt Jsidorus Hyspalensis. Et anglicus uenerabilis Beda: cum Anselmo eximio in similitudinibus. Deuotus Bernardus burgūdus. Prosper equitanicus. Orosi': Lasiodorus: remigius. Lactantium lacteo stilo scribē tem dimitto: quia male sentit cum milianistis de fine seculi: ut patet in ulti. li. insti. Ueniam ad modernos quorum stilus ita breuis cū grata facūdia celsa clara ꝛ firma sententia. Ut. b. Tho. regnicoli. Scoti. Uenerantur oēs phi Albertum magnū theutonicū in scientijs secularibus. Tacco ꝺ alijs ut Bonauētura Ricardo Joāni scoto Nicolao ꝺ lira hebreo. Alexander de ales minoribus: Petro de tharantasia: ꝛ illo de palude: herueo: Hugone cardinali. Ruberto ordis predicatorum. Egidio Augustino de anchona ꝛ alijs: quoꝝ noia scripta sunt in libro uite: opera eorū attestantur scie tie eorum. Ex hebreis doctor ille mirabilis ꝛ ascēsor celi. Paulus uas electionis. Petrus. Andreas Joānes. Etsi ante penthecostes piscator indoctus postmodū illa uox fuit eius. In principio erat verbuz ꝛc. quod doctus Plato nesciuit. Demostenes eloquens ignorauit: nisi q̄ deus reuelauit ill' p spiritum suum. O q̄ fatuum est non credere que tales et tanti crediderunt: immo que deus illis māifestauit gustando que dixerunt. Sicut enim fatus essz puer: qui in carcere obscurissio natus ꝛ nutritus: matre sibi referente de sole luna ꝛ stellis et

luce eorum: que sunt ⁊ apparent extra carcerem tã ab ea uisis nollet credere: ex eo ꝙ ipse nil uidit nisi tenebras: ita ut dicit Greg. in. iiij. dialogorum: sunt homines fatui: qui non credũt sapiẽtibus diuina ꝓdicantibus que ipsi uiderunt credẽda ⁊ gustarunt. Probitas uite cũ fama efficax reddit testimonium: ut experientia docet: quis narrare sufficeret sanctitatem doctorum ⁊ fidẽ predicãt ium: ueritatẽ: modestiã: iusticiã: ⁊ charitatem. creditur parentibus uel uicinis dicẽtibus: talem esse filiũ talis: ubi nulla est certitudo. Et plerunq; tales testificantes sunt male uite ⁊ mendaces: ⁊ tamen rationabiliter hoc creditur alias sequeretur magna confusio: ⁊ nõ creditur tot innumeris ꝓsonis sanctissimis ab omi mendatõ liberis testificãtibus fidẽ christianã. Creditur ifallãter litter| mercatorũ: qz in ipis nõ solẽt mẽtiri: etsi alꝫ frequẽter ⁊ nõ erit credẽdũ dictis doctorum: qui semper se cauẽt a mẽdatis. Nũerositas testiũ inumerabilis ad hoc multũ facit. Secte diuersaq; ꝓfidiarum fuerunt i quidusdã partibus tm̃ ⁊ parũ duraue rũt iter se etiam diuersa sentiẽtes: sed fides christiana: per totũ orbem diuulgata est: qz i oẽm terrã exiuit sonus eorũ ⁊c. Petrus enim prius i iudea ⁊ anthiochia: demum i italia ꝓdicauit. Andreas in achaia. Jacobus maior in hyspania. Joannes i grecia. Thomas indiã ad fidẽ attraxit. Jacobus minor hierosolymis primitiuã ecclĩã rexit. Matth. ethiopiã conuertit. Philippus sithiam. Bartholomeus supiorz indiã. Simon egyptus. Thadeus in ponto: ⁊ postea simul in persia ꝓdicauerũt Mathias per iudeã. Paulus a irlm usq; illiricum euangelio repleuit. Dionysius franciaz. March' alexãdriã. Aug. cũ Greg. agliã. Et Gallia ⁊ britania aphrica ⁊ persia. Oriens etiã ut india: unum christum adorãt: unã seruãt regulã ueritatis. Et perseuerãt a principio mũdi usq; ad finem implicite uel explicite apud uiros fideles eadẽ. Nec doctores i his q̃ sũt fidei discordãt uel ꝛriãt. Etsi in aliquibus alꝫ q̃ ad fidẽ nõ ptinẽt diuersa ⁊ ꝛria aliq̃n opinẽt: sicut i alꝫ sciẽtꝫ.

Tertium per qd̃. §. IIII.

efficaciter probatur ueritas fidei christiane: ẽ toleratio tormẽtorũ ꝑ confessione ⁊ ꝓfirmatione ipi' Apli ad heb. xi. inquit de sanctis: lapidati sũt: secti sunt in occisione gladij mortui sũt. Circuierũt i melotis ⁊ pellibus caprinis: egentes: angustiati: afflicti: q̃bus dignus ñ erat mũdus. Et hi oẽs testimõio fidei ꝓbati iuẽti sũt. Istud ẽ efficacissimũ testimõium expõere uitã suã ad cõfirmatõez deorum suoz. Nã ut dr Job. i. pellem ꝑ pelle ⁊ cuncta q̃ habet hõ dabit pro aia sua. i. uita conseruãda. Et hãc ipam dederũt pro fidei attestatiõe. Unde Martyr interpretatur testis. Circa qd̃ etiam sũt tria cõsiderãda. s. Multitudo ⁊ uarietas passiõuz Leta sufferentia eorũ ⁊ diutina perpessio aduersoz. Tot sũt martyres effecti pro fide christi: ut dicit Hiero. in quadã epla: ꝙ nõ est dies per totũ annũ: exceptis cal'. ianuarij i quo ñ possz nũerus ascribi quinq; miliũ martyrũ. Cũ tamẽ Hieronym' fuerit circa ãnos domini. cccc. Et nũc sumus i Milesimoq̃drigẽtesimoquinquagesimoq̃nto. Nullum ãt genus tormẽtorũ ut arbitror: remãsit itactum. Petr' deorsũ crucifixus. Andreas i cruce erectus. Bartho. excoriat'. Jacobus mior precipitatus ⁊ fulõis ptica excerebrat'. Joãnes i doliũ olei feruentis imissus. Stephanus lapidat' Clemens i mari submersus. Laurẽt' exust'. Blasius pectinibus cardatus ferreis. Sebastianus sagittis cõfossus. Ignatius a leõe prefocatus. Paulus cũ pluribus decapitatus. Petrus martyr gladio per latus trãsfixus. Felicitatis filꝫ similes machabeis septem passi sũt mẽbris icisis i sartagiem missis. Et plures martyria ipa uicerũt supernaturaliter vt eis nõ nocerẽt. Quis nõ obstupescat ad leram cõstãtiã martyrum. Agatha uirgo gloriãt ibat ad carcerem: quasi ad epulas iuitata: ⁊ in penis aiebat. Ego ita delector i his: sicut qui audit bonũ nũtium: uel uidet amicum diu desideratuz Exclamabat Tiburtius super prunas nudis plãtis icedens. Uidetur mihi super roseos flores ambulare i nomine domini nostri ihu christi. Quis nõ admittetur Uincẽtium i tormentis tyranno i sultantem Datiano qui rogum quasi tribunal vltro conscendit ⁊ laniatus uisceribus patefactis dicebat. Infelix has epulas semper optaui ⁊ uotis omnibus exquisiui ⁊c. Eufemia virgo contra iudicem cõquerebatur tanquã iuriam passa: ꝙ ipsa nobilissima i calcedõia ciuitate postponeretur in tormentis: uel sibi parceretur plus alꝫ. In passione Mauritij ⁊ sociorum eius: pia legitur ꝓtentio fuisse inter eos affectans quilibet ad mortem: alios querebat antecedere. Tenerrime ⁊ pulcherrime uirgines que quodcunq; asperum solẽt horrere: imperterrite steterunt ante reges ⁊ presides eos confũdentes ⁊ respondẽtes tormẽta plurima sufferẽtes. Unde tãta letitia in corde: tanta audatia i ore ⁊ uoce: tanta fortitudo i opere: nisi quia clare uidebant reuelante deo immẽsa glorie premia eis parata que fides fatetur. Non una uice tãtum: die: mẽse: uꝫ ãno talia sufferebãt: sed toto tempore uite sue ad ea parati erãt. Nõne diutinum martyrium est semper cum carne pugnare: ⁊ de carne semper per uirginitatem triumphare: eius desideria compẽmẽdo: que multi fecerũt ⁊ faciũt ad dei honorem fiõliter. Jeiunare: orare sensus cohercere: persecutiões pati: paupertatem ifirmitatem. ignominiam: exilium: depredationẽ ⁊ i nullo deficere: nec odio uinci: sed pro malo bonum reddere; magna uirtus ⁊ martyrium est: qõ

boni chr̃istiāi faciunt: quod totum est ad cōfirmationem fidei. Doctrina christiana hoc docet: mōtificare sensus: cohercere irascibilem: domare cōcupiscibilem: regulare voluntatem: captiuare intelligentiam: paratum quottidie esse ad mortē pro christo. Et intra huiusmodi aspera quanto maior fiebat psecutio fidei: tanto magis creuit numerus christiāor. Si Machometus sarracenos ⁊ alios multos populos ad sui perfidiam et legez attraxit: Non mirum: vt dicit. b. Tho. ꝓpter gentiles: quia lex illa tota carnalis ⁊ secundum sensualitatem est: quam sunt populi proclines sequi. Sed lex christi: et doctrina fidei tota spiritualis et difficilis seruari et tamen magis diuulgata et sparsa est q̄ perfidia sarracenorum.

Quartūz q̄ pro ¶.§.V.

bat veritatem fidei christiane est materia que ꝓponitur credendorum: fatetur enim de deo et dignioza et probabilioza et altioza: q̄ quecunque secte vel perfidie. Unde Amb. Etsi alīs apostolis imparatur vt laxent retia sua: soli tamen Petro dicitur. Luce. v. Duc in altum. i. profundum disputationū. Quid enim tam altū. q̄ altitudinē diuinarū veri dei filium scire: et promissionem diuine generationis assumere: quam licet mens ne queat humana plene rationis inuestigatione cōprehendere: fidei tam plenitudo complectitur. xxiij. q. i. Nō turbatur. Alie namq; secte de deo male sentiunt: vel de dei potentia: dum non credunt ipsum suscitare posse mortua corpora nostra: vel suscipere carnez seu naturam nostram vt pagani. Nos autem dicimus: quia non erit impossibile apud deū omne verbum Luce. i. Uel male sentiunt de dei sapientia et prouidentia. Dum n̄ credunt curam habere precipue de humanis vt epicuri. Nos vero credimus quoniam ipsi est cura de omnibus. Et permaxime ut dicitur prima petri Quinta. Ipsi est cura de nobis. Uel male sentiunt quidam de bonitate dei: dum non credunt parcere reuersis ad penitentiam vel punire peccatores. Nos autem firmiter tenemus: quia q̄cūq; hora peccator conuersus fuerit et ingemuerit: omnium iniquitatum eius non recordabor dicit dominus. Ezechi. xviij. Et ite: dicet maledicti in ignem eternum. ⁊c̄. Mathe. xxv. Sentit scōo fides nostra probabilioza ⁊ que magis doceant creaturam rationalem. Nam fatetur hominem ad dei imaginem factum. Gen̄. i. Et ad similitudinem dei monet viuere secundum conditionem nostram. dicēs ad. Ephe. v. Estote imitatores dei. Et ad gloriam similem ꝓmittit peruenire bene viuentem. i. Joan. iij. Scimus cum apparuerit similes ei erimus. Sens iudeorum et machometi sentiunt de deo et non probabilia. Nam gēs iudeorum sperat solum affluentiam temporalium. Sens machometi solas delitias corporales ex ꝓmissione legis: ⁊ multa continet que sūt contra omem rationem ⁊ phīam moralē. Nil in doctrina fidei est contra phīam moralē: sed nec cōtra naturalē: sed supernaturalē. Fides etiam christiana ad maiorem perfectionē adducit quantum ad deum ⁊ q̄tum ad proximū: q; predicat ea que incutiunt timorē: ut penas inferni: excitat ad amorem ut per premia imensa beneficia redemptionis ⁊ alia. Quantum ad proximuz quia precipit sibi in necessitatibus subuenire. Omnes diligere etiā inimicos: superioribus obedire: nullum ledere ⁊ huiusmodi. Fatetur etiam fides nostra altioza de deo ⁊ nobilioza: Unde nobiles philosophi ut Aristoteles ⁊ Plato in his que de deo noscibilia sunt: fidei nostre testimonium peribent ut circa h̄ q̄ vna sit causa prima: q̄ eterna: q̄ sūme potētie: sapientie: ⁊ bonitatis. Unde quantū ad ista fides nostra ex intimis phie sūpta est disciplinis secūdū Boetiū. Fidei etiā nostre attestat uniuersitas creaturaz̄. Unus enim mundus ostendit unū deum. Magnitudo potentiā: pulchritudo sapientiam: bonitas ⁊ utilitas bonitatem. Primum attribuit patri: secūdū filio: tertium spūisancto. Perpetuitas creaturaz̄ attestatur dei eternitati. Ois enim cā potior est suo effectu. Nulla enim secta seu perfidia habuit uezos ꝓphetas in omni genere rez̄ puisiones sensibiles uel imaginarias: uel intelligibles: nisi fides christiana. Habuerūt aliquando ifideles phitonissas ⁊ diuinos: sed certe diabolica arte illa erant. ⁊ que frequenter in mendatio iuēi bantur: sed fides christiana habuit semper ueros prophetas. Et in ueteri testamēto apud iudeos: i quibus erat uera fides de christo predicētes oia christi mysteria que postea impleta sunt: ut patet in p̄s. Isa. Hiere. Ezechiele. Daniele ⁊ alioz̄: sed i nouo testamento diuersis temporibus fuerant ꝓphe: nunq̄ autem in populo iudeorum amplius post perfidiam suam. Et sibi dici potest illud p̄s. lxx. Mirabilia testionia tua: iō ⁊ multis alīs ⁊c̄.

De effectibūs fi ¶.§.VI.

dei seu utilitate que est multiplex ut merito possz illud dici. Fides tua te saluum fecit Math. ix. Et Lu. xviij. Et in alīs locis. Saluat enim removendo mala: adducendo bona: producendo ad p̄mia. Primo enim de mūdo triūphat. Secūdo in diaboli tēptatione superat. Tertio detrimēta euitat Quarto purificationem aduocat. Quinto timorositatem causat. Sexto conditionem dignificat Septimo exaudiri facit orationes. Octauo ꝓcurari facit miraculoz̄ actiones: Nono conducē ad supernas retributiones Quantum ad primuz dicitur. j. Joan. v. hec est uictoria q̄ uincit mūduz

volēdū vel faciendū bonū aliter idiget homo gīa in statu nāe corrupte. Aliter indiguit in statu nature integre. Nam in statu nature integre indiget hō vtute gratuita supaddita virtuti nāe i q̄tū ad vnū. s. ad opandū ⁊ volēdū bonū supnāle. Sz in statu nāe corrupte q̄ntū ad duo. s. vt sanetur: ⁊ ulterius ut bonum virtutis operetur meritorium. In vtroqz autem statu indiget homo auxilio dīno: ut a deo moueatur ad volendum ⁊ agendum sicut a primo mouente. Et sicut utroqz modo potest intelligi illud Ro. ix. Non est uolentis: neque currentis: sed dei miserentis. Uelle enim ⁊ operari meritorie est a deo: mediante gratia sua gratum faciente. Uelle autem ⁊ operari ea q̄ sūt nature vel artis: vt edificare: plantare: intelligē ⁊ huiusmōi: ēt i pcōribus ē a deo ut ꝑmo motoꝝ omnium ad agendum.

De affectu gratie operantis que est iustificatō impiū. Capitulum sextum.

Justificatio ipii

que est effectus gratie operantis dī a iusticia. Justicia autem dicitur triplicit fm Tho. i. secūde. q. cxiij. ar. i. Uno modo ꝓout iportat rectitudinem ordinantē actū hois in comparatiōe ad alium singularez hominem. Et sic est iusticia pticularis ⁊ uirtus cardinalis. Secundo modo ꝑ ut ordinat fm rectitudinem actum hominis i cōparatōe ad bonuz cōe multitudis: que dī iusticia legalis. Tertio modo dī iusticia fm q̄ iportat rectitudinem q̄ndā hōis in dispōe interioris hōis: ꝑ ut. s. supremū hois subdit̄ deo: ⁊ inferiores vires aie subdunt supreme. i. rōi. Et hanc iusticiam phs. v. ethicorum appellat methaphoricam. Ab hac igit̄ iusticia tertio mō sūpta: sumitur iustificatio passiue accepta. s. ꝑ fieri iustū: non pro facere iustum. Et hoc etiam nō per modū simplicis gnātionis: q̄ sic ēt posset competere ei qui non esset i peccato: dum iusticiam acciperet a deo: sicut adā in principio accepit iusticiam originalis: peccati cum adhuc non haberet pcēm: sed potuit peccare Huiusmodi iustificatio i hōie includit roēz motꝰ de contrario in ꝫriū. Et sic iustificatio iportat q̄ndam transmutationē de iusticie statu: ad statum iusticie predicte. Et de ista iustificatione h agitur de qua ad ro. iiij. Ei aūt q̄ nō operat credenti aūt in deū q̄ iustificat impiū. Et ad ro. viij. Quos uocauit: hos ⁊ iustificauit. In hac enī iustificatōe ipi ꝓcurrūt quattuoꝝ p ordinē: simul q̄dē tpe: ⁊ si nāliter se ordine nāe vnū precedat aliud: vz gīe infusio: motus liberi arbitrij per fidē formatā in deū. Tertium ē motus liberi arbitrij in pcī detestatione. Quartū ē remissio culpe: que fm pe. de tarataſia in quarto notantur in. v. illoꝝ si non dicto ordie.

Cōmouisti terrā tuam. ſ. tu dñe: terram. i. pccōrē debitū terrenis. Et hoc mouēdo libez arbitriuz ſuum totū i te: ut. ſ. i te credat z te ſup oia amet: ideo cōmouisti dñe. i. totum mouisti. Et ſi omnis motus eſt a primo mouente deo: modo ſpeciali ē hic motus ab eo: ad ſe eum conuertēdo q̄ prius erat auersus. vñ Aug. ait. Qui fecit te ſine te: non iuſtificabit te ſiñ te: te. ſ. dirigēte ad dñm. Scdo dic Cōturbasti eā. ſ. per motum ſui arbitrij i deteſtationē pcci: de qua cōturbatōe i alio ps. vi. dicit penitens ipſe. Anima mea turbata ē valde. Cōturbasti ait. i. totam ſimul turbasti dolorē cōpunctōnis. Oportet. n. penitentē ait. b. Aug. de pe. di. vi. de oi pcco dolēr ſimul: alſ nō eſſet penitens: ſi uoluntarie permanēt in aliquo nō iuſtificaret. Tertium eſt pcci remiſſio qō ibi notat. Sana ptritiones eius. Anima enī eſt cōtrita in malaz partē. i. quaſi tota deſtructa: fracta minutati in diuerſas affectiones per peccatū. Cū quis hz magnam febrem vel aliam infirmitatē: totum corpus videt tritum z fractum. Et ſic p peccatū anima grauit infirmata mirabiliter debilitata ē: z quaſi fracta inepta ad qdcūq; bonū. Sed cum peccatū remittitur: ſanatur. ps. Qui ſanat omnes infirmitates tuas: z moduz premittit. Qui ppiciat omnibus iniq̄tatibus tuis. Quartū eſt gratie infuſio vnde iſta oia pcedunt: qō notat cum dicit. Quia commota eſt. ſ. a te p illuminationē gratie. Vñ i figuram cum intrauit ieſus hierozolymam: cōmota eſt vniuerſa ciuitas dicens. Quis eſt hic Math. xxi. Intrat dñs ieſus in ciuitatē anime p gratiam z omnes ſenſus z affectōes tunc mouentur p admirationē. Rationē aūt quare iſta quatuor ponūt in iuſtificatione impij aſſignat. b. Tho. ꝑma ſcōe q. cxiij. arti. vi. dicens. Juſtificatio eſt quidaz motus quo anima mouetur a deo: a ſtatu culpe i ſtatum iuſticie. In quolibet aūt motu quo aliquid ab altero mouetur tria requiruntur. Primuz eſt motus ipſius mouētis. Secūdo motus mobilis. Tertio conſumatio motus ſiue peruentio ad finem. Ex parte igitur motōis diuine accipitur gīe infuſio. Ex parte liberi arbitrij moti accipiuntur duo: motus ipſius ſm receſſū a termino a q̄: z accceſſus ad terminū ad quē. Conſumatio aūt ſiue peruentio ad terminū huius motus: importat i remiſſione culpe. In hoc enī iuſtificatio conſumatur: ſm illud Iſa. xxvij.. Hic eſt omnis fructus ut auferatur peccatum.

Qz reqratur primū §. I.

ad iuſtificationē impij ptz p id qō ſcribit ad Ro. iij. Juſtificaci gratis per gratiam ipſius. Hoc aūt ſic declarat. b. Tho. ꝑma fe. q. cxiij. homo peccādo deum offendit. Offenſa aūt nō remittit alicui niſi ꝓpter hoc q̄ animus offenſi pacatur offēdenti. Et ideo ſm hoc peccatum remitti dr: q̄ deus nobis pacatur. Que quidem pax conſiſtit i dilectione: qua deus nos diligit. Dilectio aūt dei q̄tū ex parte actus diuini: eſt eterna z imutabilis: ſed quātū ad effectū quem in nobis iprimit. qñq; interrumpitur: put. ſ. ab ipſo qñq; deficimus. z qñq; iterū recuperamus. Effectus aūt diuine dilectionis in nobis qui per peccatuz tollit: eſt gratia qua hō fit dignus vita eterna: a qua peccatū mortale excludit. Et ideo nō pōt intelligi remiſſio culpe niſi adeſſet gīe infuſio. Et q̄uis cōtingat aliq̄n apud hoies: q̄ vnus homo aliquez nec diligit nec odit: tamē ſi eum offēdat: q̄ ei dimittat offenſā: hoc ñ pōt contigere niſi ex ſpeciali beniuolentia. Beniuolētia aūt dei ad hoiem reparati dr per donuz gratie. Et ideo licet anteq̄ homo peccet: poſſit eē ſine culpa z ſine gīa: ut i ſtatu innocentie: ñ poſt peccatuz nō pōt eſſe ſine culpa: niſi per gratiā habeat. Jtē q̄ deus non imputet alicui peccatū ſm illud. Beatus vir cui non imputauit dñs pcēm: importat quēdam gratie effectum in ipſo cui peccatū non iputatur. Qz. n. alicui non imputet peccatum: a deo ex ſua dilectione ꝓcedit.

Qō reqratur ad §. II.

iuſtificationē impij motus liberi arbitrij in deū: qui eſt per fidem formatam: ptz per illud qō dicit chriſtus Joannis ſexto. Omnis qui audit a patre z didicit: venit ad me. Sed addiſcere nō eſt ſine motu liberi arbitrij. Nam diſcens conſentit docēti. Et q̄ ille ſit motus fidei: oſtendit apls ad Ro. v. dicens. Juſtificati ex fide pacem habeamus ad deum. Primum ſic declarat. b. Tho. vbi ſupra arti. ij. Juſtificatio impij fit deo mouente hoiez ad iuſticiam. Deus autem mouet omnia: ſm modum ſuum. i. vnuſcuiuſq; rei. Sicut videm⁹ i nālibus: q̄ aliter mouent ab eo leuia: aliter grauia: ꝓpter diuerſam nām vtriuſq;. Unde z homines mouet ad iuſticiam ſm conditionez humane nāe Homo aūt hz ſm ꝓpriā nāz: q̄ ſit liberi arbitrij. Et ideo in eo qui hz vſum liberi arbitrij: non fit motio a deo ad iuſticiam abſq; motu liberi arbitrij. Sed ita infundit donum gīe iuſtificantis: q̄ ēt ſimul cum hoc mouet libez arbitriū ad donū gīe acceptandum in his qui ſunt motionis hui⁹ capaces. Unde q̄ pueri in baptiſmo iuſtificentur ſine motu liberi arbitrij: hoc eſt qz nondum ſunt capaces huius motus. Et ideo mouentur a deo ad iuſticiam per ſolam informationem aīe ipoz: qō non fit abſq; ſacramēto baptiſmi. Et apte: ut ſicut peccatū originale a quo iuſtificantur: nō ꝓpria volūtate ad eos peruenit ad carnalem origine: ita etiam per ſpiritualem regenerationem a chriſto in eos gratia deriuatur. Et q̄ Salomon dormiendo. vnde z ſine motu liberi arbitrij: conſequutus ſit donum ſapie: vt ptz. iij. Rz. iij. dicēdū. q̄ non metuit nec accepit tunc ſapientiam: ſed in

somno declaratum est ei q̄ ꝓpter precedens desi derium daretur sibi sapientia. Est autem iste motus liberi arbitrij in deum qui reperitur in iu stificatione motus per fidem. Et ratio est secūdū beatum Tho. ubi supra arti. iiij. quia deus mo uet animam hominis in iustificatione: conuer ten do eam ad se ipsum. Unde dicitur in p̄s. lxxxiij. Secūdū aliā differentiā. Deꝰ tu ꝓuersus uiuifica bis nos. Sed prima conuersio mentis in deuz fit per fidem secundum illud ad hebre. xi. Accedētē ad deuz oportet credere quia est. Et ideo motus fidei requiritur ad iustificationē. Requiritur au tem actus fidei in iustificatione quantum ad hoc q̄ homo credat deum esse iustificatorez hominū per mysteriū Christi: secundum illud ad Ro. iiij. Credenti ei qui iustificat impium: imputabitur ei ad iusticiam. Et quia motus fidei non est perfe ctus nisi sit charitate informatus: ideo in iustifica tione impij cum motu fidei: est etiam motus cha ritatis. Mouetur autem liberum arbitriuz i deū ad hoc: q̄ se ei subijciat. Unde etiam concurrit si mul z actus timoris fil. alis: z actus humilitatis. Contingit enim vnum z eundem actum liberi ar bitrij: diuersarum virtutum esse: secunduz q̄ vna impat z alia imperatur: prout actus est ordinabi lis ad diuersos fines.

Requritur z tertiū: §. III.

in iustificatione. s. motus liberi arbitrij in pecca tum detestanduz: iuxta illud p̄s. Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meaz domino: z tu remi fisti impietatem peccati mei. Unde etiam. b. Au gusti. Nemo postq̄ fuerit sue voluntatis arbiter constitutus: potest nouam inchoare uitaz: nisi eū peniteat veteris vite: de pe. di. j. tres sunt. z hoc sic declarat beatus Tho. ubi supra arti. v. Justifica tio impij est quidaz motus: quo mouetur huma na mens a deo a statu peccati in statum iusticie. Sicut autem se habet corpus aliquod motum lo caliter ab aliquo mouente ad duos termios scz a quo z ad quem: ita se debet habere anima in mo tu iustificationis per liberum arbitrium. Sed in motu locali corporum manifestum est: q̄ ita se hz corpus motum quod recedit a termino a quo z accedit ad terminum ad quem: ita z mens huma na cum iustificatur: oportet q̄ per motum liberi arbitrij recedat a peccato: z accedat ad iusticiam Recessus autem in motu liberi arbitrij intelligit per detestationem sicut accessus intelligitur per cō siderium. Sic ergo oportet in iustificatione impij q̄ sit duplex liberi arbitrij motus. Unus quo ten dat in dei iusticiam quasi terminum ad quem. Alius quo tendat in detestationem peccati: ut ter minum a quo recedit. Et si arguatur in cōtra rium sic: si in iustificatione requiritur motꝰ liberi arbitrij ad detestationē peccati: cum oporteat sin gula detestari: tunc requiretur magnum tempus ad recogitandum singula: cum tamen iustificatio fiat in instanti vt dicetur. Respondit beatꝰ Tho. q̄ in tempore precedente iustificationem: oportet q̄ homo singula peccata que cōmisit detestetur quoz memoriam habet. Et ex tali cōsideratiōe precedenti sequūtur in anima quidam motus de testātes. Uniuersaliter omnia peccata commissa: inter que etiam includuntur obliuioni tradita. Et qz ut dicit de pe. di. vij. Apud deum nullas pa titur moras venie conuersio: cum subito quis cō teritur z iustificatur. Debet tamen superueniens singula peccata recogitare z detestari: fm pe.

Ex predictis tri §. IIII.

bus sequitur quartum. s. peccatorum remissio: q̄ utiq̄z in instanti fit sicut infusio gratie. Unde g̃. super illud actuum. ij. Factus est repente de celo sonus tanq̄ aduenientis spiritus vehementis: dic glo. Nescit tarda molimina spiritus sancti gratia Hoc autem sic declarat. b. Tho. ubi supra arti. vij. Tota iustificatio impij originaliter ꝓsistit i in fusione gratie. Per eam enim liberum arbitrium mouetur: z culpa remittitur. Gratie autem infu sio fit in instanti absq̄z successione. Cuius ratio ē quia q̄ aliqua forma subito non imprimatur sub iecto: contingit ex hoc q̄ subiectum non est dispo situm: z ag̃s indiget tempore ad hoc q̄ subiectuz disponat. Unde videmus q̄ quia diaphonuz est subito dispositum ad recipienduz lumen: subito illuminatur a corpore lucido in actu. Dictum est autem supra: q̄ deus ad hoc q̄ gratiam infundat anime: non requirit aliquam dispositōnem nisi quā facit. Facit aūt huiusmōi dispōnē gratie: quā doq̄z quidē paulatim z successiue vt dictū ē supra Qz enī agens naturale non possit subito disponē materiā: cōtingit ex hoc q̄ aliqua indispositio eꝰ quod resistit in materia cuius disponit. Cum igit̄ vtus diuina sit infinita: potest quantūcunq̄z ma teriā creatā ad formam disponere: multo magis liberum arbitrium hois cuius motus potest cē in stantaneus fm naturam. Sic igitur iustificatio i pij fit a deo instanti. Motus igitur liberi arbitrij in iustificatione concurrens est consensus ad de testandum peccatum z accedendum ad deum: q̄ quidem consensus subito fit. Contingit autem q̄ precedit aliqua deliberatio: que non est de substā tia iustificationis: sed via in iustificationem: sicut motus localis est via ad illuminationem z altera tio ad generationem. Liberum etiam arbitrium in iustificatione simul detestatur peccatum: z con uertit se ad deum: ideo enim detestatur peccatuz: quia est contra deuz sicut corpus quod mouetur simul recedit a termino a quo: z accedit ad ter mi num ad quem. Notandum, etiam q̄ q̄uis

ſta quattuor ſint ſimul tempore quoniam fiunt in inſtanti ordine tamen nature: gratie infuſio que eſt cā oīm alioꝝ triū: eſt prior ſicut cā ē prior effectu: ⁊ hoc ex parte dei iuſtificantis. Sed ex parte hominis iuſtificati uidet prior remiſſio culpe: q̄ infuſio gratie ordine nature. Datur exēplū in ſole. Nam ſol per ſuam lucem operatur ad remouendum tenebras. Et ex parte quidem ſolis pus eſt illuminare: q̄ remouere tenebras. Ex parte autem aeris illuminādi prius ē purgare tenebras q̄ conſequi lumen ordine nature: quanuis ſimul ſint tempore. Et ſecundum hoc intelligitur illud.b. Ambro. xxxij. q.i. Cum renūciatur ip:obitati: ſtatim aſſiſtitur virtus. Egreſſus enim malitie: vtutis operatur ingreſſum. Eodemq̄ ſtudio quo vitiuꝫ excluditur: innocentia copulatur.

Notādum autem .§.V

q̄ iuſtificatio impij ē maximū opus dei: ꝑz magnitudinem eiuſ quod fit: ⁊ eſt aliquo modo miraculoſum. Quātū ad primū aliqō op⁹ dicit magnuꝫ ex parte modi agendi: ⁊ ſic opus creationis ē maximum: in quo ex nihilo fit aliquid. Secūdo mō dicit opus magnū ꝓpter magnitudinem eius qō fit. Et ſecundum hoc maius eſt opus iuſtificationis impij: que terminat ad bonū eternū diuine participationis: q̄ creatio celi ⁊ terre que terminatur ad bonum nature mutabilis. Et ideo cum Aug. dixiſſet: q̄ magis ex impio fiat iuſtus: q̄ creare celum ⁊ terrā: q̄ rationē aſſignās ſubdit. Celuꝫ eni ⁊ terra tranſibit. Predeſtinatorū autē ſalus iuſtificatio permanebit. Sciendum etiā q̄ magnū qō fit: dicit aliquid duplr. Uno mō abſolute. Et hoc modo donū glorie ē maius dono gratie iuſtificātis impium. Et ſic etiam ſanctorum glorificatio: eſt maius q̄ iuſtificatio impij. Alio mō dicit aliquid magnuꝫ quātitate ꝓportionis: ſicut dicit mons puus ⁊ miliū magnū. Et hoc mō donū gratie iuſtificātis impiū: ē maius q̄ donuꝫ beatificantis iuſtū: q⁹ plus excedit dignitatē impij donum gratie: qui impius erat dign⁹ pena: q̄ donuꝫ glorie dignitatē iuſti: qui ex hoc ipſo q̄ eſt iuſtificat⁹ ē dignus gloria. vñ beatus Aug⁹. ibidē dicit. Judicat q̄ ꝑt Utrū maius ſit angelos iuſtos creare: q̄ impios iuſtificare. Certe ſi equalis eſt vtrūq̄ potētie: hoc tamē eſt maioris miſericordie: vnde ⁊ .ꝑs. cxliij. Miſerationes eius ſup oia opa eius. Et in collecta Deus q̄ oīpotētiā tuā maxime pcendo ⁊ miſerando manifeſtas ⁊c. Et bonū gratie vniuſ: ē maius q̄ bonū nature vniuerſi. Quō autē ſit iuſtificatō miraculoſa: ſic ꝺclarat.b. Tho. vbi ſupra ar. x. In operib⁹ miraculoſis tria poſſūt inueniri: quorum vnum ē ex pte potentie agētis: quia. ſ. ſola diuina vtute fieri poſſunt. Et hoc modo tā iuſtificatio impij q̄ creatio mūdi: ⁊ ōne opus qō a ſolo deo fieri pōt: pōt dici miraculoſū. Secūdo in q̄buſdā opibus miraculoſis inuenit q̄ forma inducta ē ſupra naturalē potentiā talis materie. Sicut ſuſcitatio mortui ē ſupra naturalem potentiā talis corpis. Et quātū ad hoc iuſtificatio impij: nō ē miraculoſa: q⁹ naturaliter aīa eſt gīe capax: eo eni q̄ facta eſt ad imaginē dei: ē capax gratie. Tertio modo i operibus miraculoſis inuenit aliquid ꝑter ſolitū ⁊ cōſuetū ordinē cauſādi effectū: ſicut cū aliquis infirmus aſſequitur ſubito ſanitatē perfectā: ꝑter ſolitum curſuꝫ ſanationis que fit a natura vel arte. Et quātū ad hoc iuſtificatio impij qñq̄ eſt miraculoſa qñq̄ non. Eſt enim iſte comuis ⁊ ꝓſuet⁹ curſus iuſtificatiōis: vt deo mouēte interius aīam homo ꝓuertat ad deū. Primo quidē cōuerſione imꝑfecta: ⁊ poſtea ꝺcueniat ad ꝑfectū: vnde dicit de peni. di. q. Nemo repēte fit ſūmus: ſed a minimis quiſq̄ inchoat vt ad maiora pueniat. Qñq̄ uero tā vehemēter deus aīaꝫ mouet: vt ſtati quā dā iuſtitie ꝑfectionē aſſequat: ſicut fuit in cōuerſione ſancti Pauli: adhibita etiā exteri⁹ miraculoſa ꝓſtratione. Et ideo cōuerſio Pauli tanq̄ miraculoſa i eccleſia cōmemorat celebriter.

De merito q̄ ē effect⁹ gīe cooperantis: La. VII.

Eritum hominis

apud deū ee nō pōt: niſi ſcōz ꝓſuppoſitionē diuīe ordiatiōis: vt. ſ. id hō cōſeq̄t a deo ꝑ ſuā opationē q̄ſi mercedē: ad qō ei deus vtutē operādi deputauit: mouens ſeipſum ad agendum per libez arbitriū. Pro cuius ꝺclaratione dicit.b. Tho. ꝑma ſcōe. q. cxiij. ar. ti. j. q̄ meritū ⁊ merces ad idē referūt. Id eni merces dicitur qō alicui recōpenſatur ꝑ precio operis ſui uel laboris: quaſi quoddā preciū ipſius. Unde ſic reddere iuſtū preciū ꝑ re accepta ab aliquo ē act⁹ iuſticie: ita recōpenſare etiā mercedem laboris vel operis alicui⁹: eſt actus iuſticie. Juſticia aūt ē q̄dā equalitas. Et ideo iuſticia ſimplex eſt inter eos: inter quos eſt eq̄litas ſimplr. Sz iter eos iter q̄s nō eſt ſimplr equalitas: nō ē etiā ſimplr iuſticia: ſz ꝑz quid. i. quidā modus iuſticie pōt ee. Sicut int patrē ⁊ filiū: vl inter dñm ⁊ ſeruū nō ē iuſtuꝫ ſimplr ſed quidā modus iuſticie ꝓpter inequalē diſtātiā eoꝝ. In his ergo in quibus eſt ſimpliciter ratō iuſti: ē ⁊ ſimplr ꝓ mercedis ⁊ meriti. Sz in his in q̄bus nō ē ſimplr rō iuſti ſz ſm quid: ut cōtingit inequale multū vt iter ꝑem ⁊ filiū: ibi nō ē ſimplr rō meriti ⁊ mercedis: ſz ſm aliquē modū i quātū ſ. ibi ſeruat rō iuſticie aliq̄ mō etſi nō pfecte. Et ſic aliq̄d dī mereri filius a ꝑe: ⁊ ſuus a dño. Manifeſtū ē aūt q̄ inter deū ⁊ hoiez ē maxia ineq̄litas q⁹ in infinitū diſtant: ⁊ totū quod ē hois bonū: ē a deo. Unde nō pōt ee iuſticia hois ad deū ex ſuis operibus ſm abſolutā equalitatē: ſz ſm ꝓportionē quādā: in quātū. ſ. quilibz operat ſm modum ſuū. Modus aūt ⁊ mēſura vtutis hūane ē a deo in

hoīe. Et vt dictū ē meritū hois apud deū esse nō pōt: nisi secūdū ps̄uppōnē diuine ordiationis. Et ex hoc sequit: q̄ deus ex operibus nostris non efficit simpliciter debitor nobis: seq̄ sibi ipsi in q̄tū debitum est vt sua ordinatio impleat. Ordinauit enim q̄ homo faciendo bona opera per liberum arbitrium: motū tamē per gratiā suā: consequat vitam eternā. Cum eni coronat merita nostra: remunerat munera, sua: quia scilicet ipse dedit virtutem operandi gratis.

De merito igitur .§.I

hūano sciēō p̄mo: q̄ sine gratia mereri nullo mō hō pōt vitā eternā i inocētia p̄stitutus. Rō ē ꝫ. b. Tho. p̄ma ꝑe. p. cxiiij. arti. ij. quia ex institutione diuie ꝓuidētie ē: vt nihil agat ultra uirtutē suam Sz uita eterna ē quoddā bonū excedēs ꝓportionē nature create: z excedit cognitionē z desideriū eius: ſm illud. i. Cor. ij. Oculus non uidit: nec auris audiuit: nec i cor hois ascendit: q̄ p̄parauit deus diligētibus se. Et inde est q̄ nulla natura creata ē sufficiens p̄ncipiū actus meritorij vite eterne nisi addatur aliq̄d diuinū supnaturale q̄ gīa dr. Sed si in hoīe addat peccatū: ut cōtingit in omnib⁹ natura viciata in adā saltē p̄ originale: ñ pōt q̄s mereri seu actū meritoriū agē: nisi p̄ius excludat peccatū q̄ fit p gīaz. Ad hoc pōt facē q̄ ait Greg. di. xl. Quelibet occulta loca aiam sine gīa saluare nō possūt. Nā z Loth in ciuitate iter pessimos sodomitas iustus fuit: i mōte peccauit. s. cū filiab⁹. Sz q̄d ista dicimus cū maiora nouerim⁹. Quid iucūdius celo: q̄d securius paradiso z tam Adā pecc̄ādo de paradiso expulsus est. Angelus de celo eiectus: hec ille. quū fuit i gīa nō fuit eiect⁹ Sz postea eū p peccatū amisit. In gīa ār p̄stitutus: mereť p opa sua bona vitā eternā ex cōdigno ex pte gīe. Ex cōgruo: ex pte liberi arbitrij. Pro cuius declaratiōe dicit. b. Tho. p̄ma secunde vbi supra arti. iij.. Opus meritoriū pōt dupliciter cōsiderari. Uno mō ſm q̄ ꝓcedit ex libero arbitrio Allo mō ſm q̄ ꝓcedit ex gīa ſpūs ſācti. Si g̃ cōsideret ſm substātiā opis: vt ſm q̄ ꝓcedit ex libero arbitrio: sic nō pōt ibi esse condignitas ꝓp̄ maximā iequalitatem. Et ſm hoc dicebat aplus. Ro. viij. Nō sūt cōdigne passiōes h⁹ tp̄is ad futuram gloriā. s. q̄tū ad substātiā operis. Sz est ibi ꝯgruitas ꝓp quādā equalitatē ꝓportiōis. Cōgruū eniz vī vt opāti ſm suā vtutē: de⁹ ſm excellētiā sue virtutis recōpenset. Si autē loquamur de operatorio: ſm q̄ō ꝓcedit ex gīa ſpūs ſancti: sic ē meritoriū ex cōdigno. Sic eni valor meriti attēdit ſm vtutē ſpūs ſancti mouētis nos i uitā eternā: ſm illud Jo. iiij. Fiet i eo fōs aq̄ salientis i vitā eternā. Attēdit etiā p̄ciū opis ſm dignitatem gīe: p quā hō ꝓfors factus diuīe nature adoptat in filiū dei. Cui debeť hēditas ex ipso iure adoptiōis: ſm illud ad Ro. viij. Si filij z heredes. Unde gīa ſpūs ſancti si nō sit filijs gīe in actu: est tñ filijs in vtute: sicut z semē arboris i quo ē vtus ad totā arborē. Notandū ēt ſm. b. Tho: ubi supra arti. v. q̄ nemo pōt sibi mereri p̄mā gīam: tū q̄ ōne meritū repugnat gīe. j. q. j. ait Leo papa. Gratia si non gratis dat gratia nō ē: tū q̄ ut dictū ē: excedit ꝓportionē nature: tū ēt q̄ ante gratiā in statu peccati hō hz ipe dimētū, p̄merēdi gīaz. s. ipz peccatū. Retractauit aūt ante q̄ō aliq̄n dixerat. s. fidem esse ex nobis a deo: z sic cōsequit p̄mā gratiā. Unde nō pōt esse meritoriūs p̄me gratie. Cū igit dr: q̄ p fidē iustificat hō: nō sic ē intelligēdū q̄ fides mereat iustificationē. s. credendo. Sz dū iustificat hō credit: eo q̄ motus fidei requirit ad iustificationē ut dictū est. Et q̄ dr deus dare gīam nō nisi dignis: nō ita itelligēdū ē q̄ p̄ ipi fuerit digni: sz de⁹ fecē eos dignos.

Sciendū etiam secū. §.II

dum. b. Tho. ubi supra ar. vi. q̄ nullus pōt alteri mereri p̄mā gratiā ex ꝓdigno nisi Christ⁹. Rō est: q̄ vnusq̄sq̄ nostrū mouet a deo p donum gīe: ut ipse ad vitā eternā ꝓueniat. Et iō meritū cōdigni: ultra istā motionē nō se extēdit. Sed aia Christi mota est a deo p gīam: nō solū ut ipe ꝓueniret ad vitā eternā: sz etiā ad alios iduceret i gloriā: i quā tū est caput z auctor salutis: ſm illud Hebr. Qui multos filios i gloria adduxerat ꝛc. Sz merito cōgrue pōt q̄s mereri alteri p̄mā gratiā: Quia eniz hō i gīa cōstitutus adipiet uolūtatē dei: cōgruum ē ſm amicitie ꝓportionē: ut de⁹ impleat volūtatē eius i saluatiōe alterius: Licet possit hīe q̄ñq̄z ipe dimētū ex pte illius cui⁹ purificationē desiderat. Et sic intelligit illa auctoritas Hiere. xvi. Si steterit Moises z Samuel coram me: ñ ē aia mea ad populum istum. Erat enim impedimentum ex p̄te illorum de populo.

Gratia ē p̄ncipiū. §.III

meriti p̄ncipali⁹ p charitatē q̄ p alias vtutes. Unū Christus dixit. Jo. xiiij. Si q̄s diligit me diliget a patre meo: z ego diligā eū z manifestabo ei me ipsum: q̄ō ptinet ad vitā eternā. s. manifestatio dei. Pro cui⁹ declaratione dicit. b. Tho. ubi supra: art. iij. Quilibet actus hz rōnē merēdi ex duob⁹ ut dictū ē. Prio z p̄ncipaliter ex diuina ordiatiōe: ſm q̄ actus dr meritorij eē illius boni: ad q̄ō hō diuinitus ordinat. Scdo vo ex pte liberi arbitrij i quātum hō hz p̄ ceteris creaturis: ut p se agat voluntarie agēs: Et q̄tū ad vtrūq̄z p̄ncipalitas meriti penes charitatē cōsistit. Primo enim cōsiderādū ē q̄ vita eterna i dei fruitione cōsistit. Motus autē hūane mētis ad fruitionē diuini boni ē ꝓprius actus charitatis p quē oēs actus aliarū vtutū ordinant i hūc finē: secūdū q̄ alie vtutes impant a charitate z ideo meritum uite eterne primo ptinet ad

charitatē ad alias aūt vtutes secūdario fm eoz actus iperātur a charitate. Silr manifestū ē: q id q ex amoze facimus: maxime volūtarie facimus Unde etiā fm q ad rationez meriti requirit q sit volūtariū: pncipalr meritū charitati attribuitur

Sciēdū etiā q nullus pōt sibi mereri repatio nē post lapsū: nec merito cōdigni: nec merito co n grui. Merito quidē ꝑdigni hoc nō pōt sibi mere ri: qz rō h' meriti pendet ex motione diuine gīe: q maxie iterrūpit p sequēs peccatū. Meritū ēt con grui q̄ quis mereť alteri penitētiā ipedit ne cōsequt effectū i eo cui ḋs mereť. Multo g̃ magis ipeditur talis meriti efficatia: pp ipedimētū q ē etiā i eo ḋ mereť: 7 in eo cui mereť. Utrūq; enī hoc i vnā per sonā cōcurrit. Uñ simplr hō post lapsū pōt sibi mereri repationē. Unde Ezech. xviij. dr. Si auer terit se iust' a iusticia sua 7 fecerit iniquitatē: oēs iusticie eius nō recordabūt. Ubi. b. Greg. Cōsideradū nobis ē qz i ꝑpetratiōe maloz: nulla dēt eē iducia bonoz ꝑteritoz: de pe. di. iiij. Notandū ēt q hō pōt mereri augmētū gīe 7 charitatis i merito ꝑdigni: fm. b. Tho. di. vbi supra: arti. viij huius rō ē: qz ut dictū ē. Illō cadit sub merito cōdigni: ad quod motio diuine gīe se extendit. Motio aūt alic' mouētis: nō solū se extēdit ad vltimū terminū motus: sed etiā ad totū ꝓgressū i motu. Termius aūt mot' gīe ē vita eterna. Progressus aūt in hoc motu ē secūdū augmētū charitatis ul' gīe: fm illud ꝓuer. iiij. Justoz semita q̄ lux splendens ꝓcedit: 7 crescit usq; ad pfectuz diē ḋ ē glorie In quo vbo. b. Gre. sup Ezech. In iustoz aio bonū desiderū atq; intellectus lucis itime: iā ps diei ē. Sz qz usq; i finē uite i vtute ꝓficiūt ad pfectuz diē: tūc veniūt qñ ad regna celestia ꝓducti: in ea luce quā desiderāt iā min' aliq̄d nō habebunt: de pe. di. ij. nō reuertebāt. Et sciendū: q quolibet ac tu meritorio mereť hō augmētū gīe: sicut 7 gratie cōsumationē: que ē vita eterna. Sed sicut vita eterna nō statī reddit: sz suo tpe: ita 7 gīa non statī auget p qlibet opus meritoriū: sz suo tpe: cū. s. aliq̄s sufficiēter dispositꝰ ē ad augmētū gīe. Itē nota q ꝑseuerātia i bono vsq; i finē nullus pōt mereri Rō ē fm. b. Tho. vbi supra arti. ix. qz ista dependet solū ex diuina motione q̄ ē pncipiū oīs meriti Sz deus gratis donū ꝑseuerātie largit ḋbuscūq; largit. Nec obstat: qz pro ea hñda oramus q̄ possumus eā mereri: qz etiā que nō meremur orādo i petramus. Nā et peccatores deus exaudit: veniaz nō merētes quā petūt 7 accipiūt. Alioqui frustra dixisset publicanus. Deꝰ ꝓpitius esto mihi peccatori. Silr 7 ꝑseuerātie donū aliq̄s petēdo a deo i petrat sibi vel alī: q̄uis nō cadat sub merito.

De bonis tēpora. §. IIII

libus quō cadāt sub merito sic declarat. b. Tho. ꝑma secūde. q. uli. arti. vlt. Jd qō cadit sub meri to: ē ꝑmiū l' merces qō hz rōnē alic' bōi. Bonū āt hois ē duplex. Unū simplr: aliud secūdū q̄d. Si plicit q̄dē bonū hois ē vltim' finis: fz illō ps. lxxij Mihi adherē deo bonū ē. Et ꝓ ꝑñs oia illa q oz dināt vt ducētia ad hūc finē: 7 talia simplr cadūt sub merito. Bonū aūt hois nō simplr: sz secūduz quid: ē illō qō ē ei bonū vt nūc. Uel qō ē ei fz ali quid ē bonū. Et h'. nō cadūt sub merito simplr: sz fm q̄d. Sc̄om g̃ hoc dicēdū: q tpalia bona ꝑtinent vtilia ad opa vtutū quibus ꝓducimur ad vitā eternā: sz hoc directe cadunt 7 simplr sub merito: sicut 7 augmentū gīe: 7 oia illa ḋbus hō iuuat ad beatitudinē post primā gīam. Tātū enī dat deus iustis de bonis tpalib': 7 etiā de malis: quātuz eis expedit ad pueniendū ad vitā eternā: 7 in tm sūt simplr bona h' tpalia. Uñ dr in ps. xxxvi. De timētibus deum. Nō deficiēt oi bono. Et alibi. Nō vidi iustū derelictū. Si āt ꝑsiderentur tpalia bona fm se: sic nō simplr bona hois: sz fm q̄d. Et ita nō simplr cadūt sub merito: sz fm q̄d. s. in q̄n tū hoies mouētur a deo ad aliq̄ tpalit agēda: i ḋ bus suū ꝓpositū cōsequūt deo fauēte: vt sicut vita eterna ē simplr ꝑmiū opuz iusticie p relationē ad motionē diuinā vt dictū ē supra: ita tpalia bona in se cōsiderata habēt rationē mercedis: habito respectu ad motionem diuinā: q̄ volūtates hominū mouēt ad hec ꝓsequēda. Licet intr: dū i his hoies ñ habeāt rectā intētionē. Cū āt dr Eccs. ix Uniuersa eque cūctis eueniūt iusto 7 impio: bono 7 malo 7c. Hoc uerū ē quātū ad substātiā bonoz 7 maloz tpaliū: sed nō quātū ad finē. Nam p huius boni manuducūt i beatitudinē: non aūt mali. Itē q tpalia bona fuerit ꝑmissa i veteri lege ut merces iusticie: ut pz Deut. xviij. Dicit. b. Au. q in illis fuerunt figure futuroz. s. spiritualiū bonozum que implentur in nobis.

Titulus decimus de donis spīritussancti.

De septē donis spīritussancti i cōi. La. I.

Scendisti in altū

Lepisti captiuitatē. Dedisti dona hominib': ps. Nostra tamē translatio hz Accepisti i dona hoibus. Qō pōt exponi dupl'r. Accepisti tu Christe de quo ꝑpe loquit in hoib'. .i. inter homines ꝓstitutus accepisti. s. a deo dona spīritussancti. Uel dona que a te ifusa in apostolis intensoz desideriozuz accepisti: accepisti. ex quibus misisti dona spīritussancti copiosissime. Sed sequendo primam lrām quam inducit apl' ad Eph. Ascendit xps in altum absolute: qz in supremum locum celi empirei: quo nil altius. Uel in altum crucis: cepit captiuitatem id est multitudinem sanctoz: quaz diabolus tenebat in limbo carceris obscuri captiuam: propter debitum originalis nondum solutum. Et per crucem quidem de manibus eius liberando. In ascensione

autem cepit scilicz cecum ducendo in celum: et in possessionem celi mittendo seu ponendo. Post quod dedit dona hominibus. i. apostolis dona spiritus sancti. Unde. b. Aug⁹. dicit. Que dona: vtiqz spiritū sanctū: qui tale donū est: qualis ē ipe Uere magnus domin⁹ 7 magna misericordia ei⁹ qui donum dat equale sibi. Donum eniz eius spiritussanctus ē a quo dono increato procedunt in plurali septem dona data hominibus. De quib⁹ Isa. xi. Requiescet super eum. s. Christum hominem: 7 etiam super quodlibet membrum Christi mistici: spiritus domini. s. gratia spiritussancti: a qua fluunt dona siue virtutes infuse. Spiritus sapientie 7 intellectus: spiritus consilij 7 fortitudis: spiritus scientie 7 pietatis. Et replebit eum spiritus timoris domini. Quanuis autem ista dona spiritussancti fuerint in omnibus electis dei: qui fuerunt in veteri testamento: tamen copiosius 7 vniuersalius fuerunt data in nouo post Christi ascentionem aplis: 7 ipsis predicantibus per orbē alīs innumeris. Ubi etiam notandum q̄ gratia ista septiformis. i. septē donorū: amittit p qlibet mortale peccatū. Et iō statutū fuit antiquitus: ut pro quolibet mortali imponet penia septēnis: vt p3. xxij. q. i. Predicanduz: vt. s. sic̄ per peccatū abiecit a se septiformē gratiam spiritussancti: ita per septēnem penitētiam satisfaciat 7 recuperet eam. In cuius figuram habet: q̄ Maria superbiens 7 murmurans ꝯ Moisen: infecta lepra stetit septē diebus extra castra: 7 postea sanata. Numeri. xij Et hic ponitur. xxxij. q. xi. hoc ipsum. §. sequēti in glosa.

Fuerunt autez et .§.I.

sunt figurata ista septez dona multiplr i veteri 7 nouo testō. Dona eni ipsa ꝓut letificāt ciuitatem ecclesie militātis: vel aiam rationalē: adaptantur septē septēnarijs. Primo quidē i septē diebus q̄ bus formatus ē mundus. Sic mūdus minor formatur vt sit pfectus p istū septēnariū. Prima. n. die facta est lux: signās donū timoris: p quē incipit deū efficaciter cognoscere: q: initiū sapietior domini. Secūda die fit firmamētū distinguēs aq̄s ab aquis. i. firmitas sancte cōuersionis: p donum scie discernēs falsas doctrinas 7 suasiones 7 exēpla ad malū: ut iferiores ab aq̄s superioribus vere doctrine suasionis 7 exemplor. Tertia die i arrida segregata ab aq̄s: germinat virentē herbā flores 7 fructus: q: segregatus hō ab aq̄s falsarū opinionū de idolis 7 supstitionib⁹: p pietatē colit vez deū: ꝓducēs flores scior desiderior: herbas salutarium verbor: 7 fructus operū misericordie 7 pietatis in ꝓximos subueniendo eis. Quarta die fiunt luminaria magna: sol: 7 luna: 7 stelle: p donū videlicet consilij: quo illuminat ratio superior circa diuina ut sol. Ratio inferior vt luna circa tpalia 7 omnes sensus 7 motus passionū vt stelle. Quinta formātur pisces in aquis: 7 aues q̄ sustētant in aere: per donū fortitudis in aquis tribulationum viuūt boni affectus: 7 in tēptationib⁹ demonū in aere volitāt cogitat⁹ ad deū resistēdo. Sexta die formant bestie cū hoie cū dñetur eis. Et p donuz intellectus: hō q̄ est intellectiuū aial: hns sensitiuā bestialē dñatur passionibus: intelligens conditionem suā: 7 scripturas hoc docētes. Demuz septio die requieuit deus 7 benedixit diei illi. Per spiritū eni sapie requiescit mens in deo: gustās diuinā suauitatē 7 bñdictionē eternā. Sicqz cōpleuit deus die septio septiformi. s. gratia 7 dono spiritus sancti opus suū quod patrarat. Heñ. j. hominem pfectione vltima.

Significātur et ipa. §.II.

dona p septē lucernas que i tēplo dñi ardebant. Ipsa illuminat mentē ad oia: precipue ad petitiones formādas in templo ubi fiunt orōnes. Unde dicit aplus ad Ro. viij. Ipse spūs postulat ꝓ nobis. i. postulare nos facit. Nam per donū sapie q̄ gustat diuina bonitas: facit nos petere vt sanctificetur nomē eius. i. ut ab oibus habeat sanctū: et cognoscat tanta bonitas diuina. Donū intellect⁹ quo intelligūtur angelici spiritⁿ 7 bona superni regis: facit nos postulare ut adueniat regnū illud in nobis. i. nos eamus ad illud. Donū cōsilij inducit nos ad flagitādū: ut fiat volūtas dei: nō solū i mādatis eius adipleat: sz etiā in cōsilijs. Donū pietatis urget ad rogādū ꝓ pane gratie 7 substātie tpalis necessarie: dicēs. Panē nostrū quottidianum. Donū scie q̄ facit cognoscere pcia ꝓpa 7 defectⁿ alior: supplicat pro remissione eor: inquiēs. Dimitte nobis debita nostra 7c. Sz donū fortitudis q: intelligit sine dei adiutorio ñ posse resisti tēptationib⁹: dicit. Et ne nos inducas. Nō petit ut non tēptetur: sed ne vincat sed fortiter resistat. Demū quia per timorē dñi ois declinat a malo: vt dicit Eccī. j iō timor dñi scis cōcludit. Sed libera nos a malo: mediante sancto timore.

Designātur 7 ista. §.III.

septē dona per septē filios Job: fm Gre. in. j. 7. ij. moral: qui faciebāt cōuiuia singuli p singulos dies ebdomade: qlibet in die sua cuz sororibus eor: tribus: 7 in domo quadrāguli. Pascūt eni mentē quā inhabitāt spirituali refectione. Et hoc simul cū tribus sororibus. i. trib⁹ vtutibus theologicis: fide: spe: 7 charitate. Et edifitio spūali q̄drangulari formato i q̄ttuor vtutibus cardialibus. Prudentia: iusticia: fortitudie: 7 tpantia. Unusq̄sqz facit ꝓuiuiū suū: quia vnūqq̄z donū ex suo effectu reficit mō spāli mentē vbi est. Et dicit sic. Sapia mentē de eternor spe 7 certitudie reficit. Intellectus i eo q̄ audita penetrat: reficiēdo eor tenebras

et illustrat. Cōciliū ꝓcipitē eē ꝓhibet: et rōne aīm replet. Fortitudo aduersa nō metuit et cōfidentie cibos apponit. Scia in eo q ignorātie nebulas superat: cibos in ventre mentis reponit. Pietas cordis misericordie vlcera opib⁹ replet. Timor ꝺoi eo q ꝑmittit mētem ne de ꝓsentibus superbiat per cibos spei mentē ꝓfortat hec. b. Hze. in. j. moral. Et subdit ostēdens quō vnū iuuat ꝑ aliud et sic se iuicē reficiūt. Quō etiā faciūt hominē bene dispositū cōtra cōtraria vitia: vt sapia destruat stulticiā: intellectus ebetudinē. Scia ignoratiā. Pietas duritiā. Cōciliū ꝓcipitationē: fortitudo malū timorē et timor ꝓsumptionē.

Hec dona sunt . §. IIII

septē spūs missi in omnē terrā cōtra septem spūs neq: De q̄bus dr Mat. xij. Uadit. s. spūs imūdus et assūit septē spūs neq̄ores se: et ingressi habitabāt ibi. Donū enī timoris expellit superbiā: qz timor facit hominē humiliari ei quē timet. Donū pietatis expellit sp̄m inuidie: que crudelis est: et nō pōt pati alios bona hre: sz potius appetit sui malū cū prioꝛi malo ꝓximi. Spūs scie repellit sp̄m ire: q̄ impedit animū ne possit cernē veruz: ad qō scia attēdit. Spūs ꝓsilij fugat sp̄m auaritie: q̄ nec concilia nec madata dei sinit iplere: q̄ iubet uel ꝓsulit pauperibus indigentibus subuenīri: sed sibi ipsi congregat totū. Spiritus fortitudinis illuminat spiritū tristē accidie: q̄ ꝓpter tedīū laboris subterfugit viriliter bona opari: ifirmitate victus sensualitatis. Spūs intellectus remouet ip̄m gule: q̄ mentez obfuscat vt nil spirituale ualeat itelligē: fumositatib⁹ repleto cerebro. Tandē spūs sapie obꝛuit spiritū luxurie: q̄ figēs se i cadaueribus fetidis vt ibi pascat: ad archā. ecclie nescit reuerti vt columba: vbi sūt cibaria optima et suauissima. Et gustata suauitate spiritus quod fit ꝑ sapiam: desipit ois caro: ait Bernar. ꝓmo ois delectatio carnalis.

Hec septem dona §. V

sunt septem colūne. De q̄bus dr puer. ix. Sapia edificauit sibi domū. Scidit colūnas septē. i. septē dona spiritussancti: q̄ ab ipso procedūt ad firmā dā domū cōscie quā edificauit diuia sapia ad habitādū ibi. Et correspōdent septē verbis: q̄ ipa sapiētia icarnata dixit in cruce: docēs hominem ad bene viuēdū. Nā verbū primū. s. pr̄ dimitte illis: correspōdet dono cōsilij: q̄ suggerit hoi nō solū ñ facere vindictā de inimicis: sz benefacere et orare ꝓ eis. Secūdū verbū. s. hodie mecū eris in paradiso. Luc. xxiij. correspōdet dono sapie: quo gustātur bona paradisi. Tertiū verbū. s. mulier ecce filꝰ tuus Jo. xix. ad pietatē ptinet: q̄ pcipue pntibus puidet. Quartū verbū. s. deus deus meus: ut q̄d derel. quisti me? Math. xxvij. ad donū fortitudis respicit: quo et si multū q̄s affligit: nō tamē descendit de cruce afflictiōis: sed ad deū recurrit petens ne derelinquat. Quintū ꝟbum. Sitio Jo. xix. cor respōdet dono scie: quo quis sitit scire q̄ sue expediūt saluti. Sextū cōsumatū ē Jo. xix. donū itellectus iuocat: q̄ itelligunt q̄ in scripturis figurata erāt de filio hois eē cōsumata. i. impleta. Ultimū aūt verbū. Pr̄ in manus tuas cōmēdo sp̄m meuz Luc. xxiij. dono cōgruit timoris: q̄ ut bonus filius totū se subiecit et cōmittit deo. His verbis et donis quasi septē colūnis sustentat aīa ne corruat.

Hec dona sūt sep. §. VI

tē mulieres i figurā de q̄bus dicit Isa. iij. c. Appēdēt septē mulieres virū vnū: dicētes: panē nr̄m ꝓmedemus. Uestimētis nostris opiemur: tm̄ inuo cet nomē tuū sup nos. Mulieres dicūt dona non pp sexū: sed pp fecūditatē bonoꝝ opm q̄ producūt Iste apprehēdēt virū vnū. i. Christū fm. b. Hier. pfectū in oi sāctitate in quo plenissime q̄euerunt. Jsta dona cū sint hitus quidā: cooperiūt et ornāt aīam: ac etiā hñt secū panē refectionis. Unde et ip̄a dona figurāt etiā per septē panes q̄bus Christꝰ pauit turbas Mat. xv. Qui sūt septē beatitudies ꝓtinētes ad doctrīn anoui testi: q̄s Christꝰ docuit discipulos i mōte: sicut quicq̄ panes ordeacei q̄bꝰ altera uice pauit Christus quicq̄ milia hominum i mōte Jo. vi. ꝓnificat doctrinā veteris testi: q̄nq̄ s. librorū Moisi: quā Christus frangēs et spūaliē exponēs fideles pascit. Per donū enī timoris habeē ꝓmus panis. s. pauptas spūs: qz p timorē hūiliat q̄s: et subiecit se deo timēdo iudicia eius. Per pietatem habetur secundus panis. s. mititatis. id est mansuetudinis: quia per pietatem quam dicit Job esse cultum dei: homo mitescit et fit mansuetus ad audiendum verbum dei: acquiescens scripturis in his que sunt supra rationez. Per scientiā habetur tertius panis. s. beatitudo luctus. Qui enim addit scientiam addit et dolorem Eccs. i. qz sciens peccata sua et pericula mūdi: et miserias hominum: non potest non lugere. Per donū fortitudinis habeē quartꝰ panis. s. esuries et sitis iusticie. i. bonoꝝ operū. Naz fortis ꝓpter desiderium q̄ habz ad ꝟtuosa opera: et hic est esuries et sitis: maiora. s. et minora opera ardua: expōit se ad omnē laborē et viriliter sustinet. Per donū cōcilij habeē quintus panis. s. misericordie: hoc enim consulit intus spiritussanctus: ut misericordiam exhibeat ꝓximo spiritualem et corporalez: etiā vbi ex p̄cepto non teneretur: vt misericordiam ipse exinde consequatur. Per donum intellectus habetur sextus panis scilicet mūdicie cordis. Nam: ut ait saluator: vos mundi estis ꝓpter sermonē quez locutus sum vobis Jo. xiij. Scriptura enim sacra lecta et intellecta mundificat cor. Per donum sapiecntie habetur septimus panis scilicet pacis. Beati pacifici quoniam filij dei vocabuntur. Nē

per sapientiam gustatur ipse Christus qui est pax nostra: ⁊ inde cum omnibus querit pacem ⁊ in oi bus requiem inuenit.

Hec sunt septem. §. VII.

oculi super lapidem vnū. i. Christū ⁊ quelibet vi rū cōstātē q̄ hñt nos illuminare ⁊ dirigē in sacīs ⁊ per sacīa septem eccle. Quāuis enī gīa septifor mis recipiat p qlibet sacm vel augeat: tamē qlibet donū pōt adaptari vni sacō. Per baptismū enī homo credēdo incipit timere deū: offendē:: ⁊ eum reuereri. Per cōfirmationē roborat i dono fortitudis ad cōfitēdū publice sine erubescentia fi dē xpi cū expedit. Per eucharistiā que dī sacm pietatis: donū pietatis exercet: pie credēdo ⁊ colē do deum suum in ea. Ad vere penitēdū exigit do nū scie: vt sciat ꝓgnoscere: ⁊ discernē: pcca sua cōfi teri: ⁊ a quib⁹ oporteat cauē. In ordine sacō exer cet donū cōsilij: dū ipm hñtes seruāt cōsiliū casti tatis: ⁊ alijs. s. pplo habēt cōsulere de his q̄ expe dūt saluti aiarū suarū: donū itellect⁹ docet q̄ vti tur scīo mūmonij: quātā rez spūalē significet: vt ñ vtāt eo sic equus ⁊ mul⁹ qb⁹ nō ē intellectus: sz ad prolē suscipiēdā. vel fornicatōez vitādam in se vl cōsorte. Per sacrāmtū extreme vnctiōis: ꝓparat aia magis ad fontē sapie: vt illicto affectu pritus vi te: quēadmodū cer⁹ delidēat ad fōtes aq̄rū eme sapic. De distictiōib⁹ donoz spūssācti: a vtuti bus ifusis ⁊ de nccitate eoz ⁊ ꝓnexiōe. Caplm. ij.

Ona spiritussācti

sūt distincta realit a virtutib⁹ ifusis: et necessaria sūt oia ad salutē: ⁊ sūt quidā hītus aīme. Cōnexa sunt adi uicē: ita q̄ vnū nō pōt haberi sine alio. Septē sūt ⁊ nō plura nec pauciora. Dignitas eoz attēditur fm enumerationē: icipiēdo tñ a supioribus. s. a sa pia. In ꝑma remanēt i bris. Et ꝓparādo ea vtuti bus: nobiliora ⁊ pfectiora sūt cardialib⁹. Sz iferi ora theologicis vtutib⁹. Dec oia fz. b. Tho. ꝑma secunde. q. lxviij.

Quātū ad primū §. I.

ponit. b. Tho. vbi supra varias sup hoc opiniões Alliq̄. n. dixerūt q̄ dona nō distigūt a vtutib⁹: sed vtutes dicūt i q̄tū pficiūt hoiem ad bñ operandu. Dona aūt i q̄tū a deo causant tales hit⁹. Alij vo dixerūt i hoc differre vtutes a donis: q̄ dona pfi ciūt libesū arbitriū fm q̄ facultas rōis: sz vtutes pficiūt liberū arbitriū scom qd ē facultas volun taris. Tertij dixerūt q̄ dona differūt i hoc a vtuti bus: q̄ vtutes pficiūt hoiem ad bñ operādū: sed dona ad resistedū tēptatiōib⁹. Quarti posuerūt i hoc ee ꝺam iter ea: q̄ vtutes pfitiūt hoiem ad bñ operādū simplr: sz dona ad hoc ordināt ut p ea cōformemur Christo: ꝑcipue q̄tuz ad ea q̄ pas sus ē. Sz oēs istas opiões reprobat. b. Tho. ꝑma scōe. q. lxviij. arti. i. rōnē assignans reprobatiōis: ibi potes videre. Et ponit ipe quītū modū dicēdi quō differāt. Dicit enī q̄ ad distiguēdū dona a vi tutib⁹ debem⁹ seq̄ modū loquēdi sacre scripture: i q̄ tradūt nobis nō sub noīe donoz: sz sub noīe spirituū. Dī. n. Isa. xi. Requiescet sup eū spūs dñi. spūs sapie ⁊c. Exq̄bus nobis manifeste dat intelli gi: q̄ ista dona septē enumerāt ibi: fm q̄ sunt i no bis ab inipiratiōe diuina. Inspiratio aūt signifi cat q̄ndā motionē ab exteriori. Est enī ꝓsiderādū q̄ i hoie ē duplex ꝓncipiū motuū. Unū iter⁹ qō ē rō. Aliud exter⁹ qō ē de⁹ vt dictū ē. Et etiā ꝑhs hoc dicit i. c. de bona fortuna. Manifestū ē aūt q̄ oē qō mouet oz ee ꝓportionatū motori: ⁊ hec ē p fectio mobilis i q̄tū mobilis dispositio q̄ disponit ad hoc q̄ bñ moueat a suo motore. Quanto enī motor ē altior: tāto necesse ē q̄ mobile ei ꝓportio net pfectiori dispōne. Sic̄ videm⁹ q̄ pfectius oz di scipulū esse dispositū ad capiēdū altiorē doctrinā a mgīo. Manifestū ē aūt q̄ vtutes hūane pficiūt hoiem: fm q̄ ē natus moueri p rōnē: i his q̄ iter⁹ vel exter⁹ agit. Oportet g̃ ieſſe hoi altiores vtutes fm q̄s sit dispos⁹ ad hoc q̄ diuinit⁹ moueat. Et iste pfectiōes vocāt dona: nō solū q̄ ifūdūt a deo: sz q̄ fm ea hō disponit vt efficiat ꝓmpte mobilis ab ispiratiōe diuia sic̄ dī Isa. l. Dñs appuit mihi aurē ego āt ñ ꝓdico. Et ꝑhs dicit in. c. de bona for tuna: q̄ his q̄ mouēt p instictū diuinū: ñ expedit ꝓsiliari fm rōnē hūanā: sz q̄ sequāt interiorē istin ctū: q̄ mouent a meliori ꝓncipio q̄ sit rō hūana. Et hoc ē q̄ dā dicūt: q̄ dona pficiūt hoiez ad al tiores actus: q̄ sunt actus vtutū. Q̄ aūt dona no minēt a Bze. i. i. moral. l. ab alijs aliq̄n vtutes: hoc ideo ē q̄ hñt i se cōem rōnē vtutis: sz vltra hoc ē in eis aliq̄d supueniēs cōi rōni vtutis: i q̄tū. s. sūt q̄dā vtutes duie pficientes hoiem i q̄tū ē a deo motus Unī ⁊ ꝑhs. vij. ethi. pōit vltra cōes aliā q̄ndā vir tutē diuinā seu heroicā: fm quā aliq̄ viri mouēt. Unī ⁊ ipe. b. Greg. i. i. moral. distignit dona a vtu tibus Q̄ āt sapia ⁊ scia ponāt a doctorib⁹ vtutes itellectuales: ⁊ fortitudo moralis vtus. Dicēdū q̄ cū ista sumūt fm q̄ ꝓcedūt ex iuditō rōnis tūc ñ sūt dona: sz dona sūt ꝓdicta: fm q̄ p ea opat hō ex instinctu diuino.

Quātū ad secūdū §. II.

s. q̄ dona ista sūt necessaria ad salutē: ꝓbat. q̄ su ꝑmū donoz ⁊ ifimū sūt necessaria. g̃ ⁊ intermedia. Nā dī de sapia Sap̄. vij. Neminē diligit de⁹ nisi q̄cū sapia hitat vl gradiť. Et de timore dī Eccī. i. Sine timore dñi nemo poterit iustificari: g̃ ⁊ alia nccia. Hoc āt sic declarat. b. Tho. vbi supra ar. ij. Rō hois q̄ hō opat pficit a deo dupl⁹. Prio nāli rōne. s. fm lumē nāle rōnis. Scdo supnāli pfectio ne. s. p vtutes theologicas. Ista tñ scda pfectio h⁹ ī

quasi ipfecte. Impfecte. n. cognoscimus hic deum: et ipfecte diligim⁹: Illud aũt qõ hꝫ ipfecte formã aliquã vel vtutẽ: non põt p se opari nisi ab altero moueat: sicut luna i qua ẽ impfecte natura lucis: ñ illuminat nisi illuminata a sole: et discipulus in medicia nõ p se medicat nisi edoctus a magistro. Quãuis gr̃ō fm qꝺ ẽ aliqualiꝫ et ipfecte illũinata: p vtutes theologicas moueat ad ultimũ finẽ sup naturalẽ: nõ sufficit tñ ista motio rõnis: nisi desu per adsit instinctus et motio spiritussancti: secundum illud Ro. viij. Qui spiritu dei agunt hi sunt filij dei: qꝺ si filij dei: et heredes. Et illud: ps. cxvij. Spũs tu⁹ bonus deducet me i terrã rectã. qꝛ. s. ad hẽditatẽ illius tre nullus pᷣ puenire: nisi si ducat a spiritusancto p ista dona sua. Nõ gr̃a pficit hõ p vtutes theologicas et morales i ordie ad vltimũ finẽ: qui semp indigeat moueri quodã supiori instinctu spũssancti. Uñ et vtutes excedũt qꝺtum ad modũ opãdi: iu quãtũ. s. hõ p dona mouet ab altiori pncipio. Quãuis etiã p vtutes hõ multa ꝓgscat: et possit vitijs resistere: tñ qꝛ rõni hũane non sit oio cognita neqꝫ possibilia. Et hoc siue accipiatur rõ vt pfecta lumie nãli: siue ut pfecta vtutib⁹ theologicis. Inde ẽ: qꝺ non põt qꝺtũ ad oia repellẽ stulticiã: ebetudinẽ: et alia q̃ ponit. b. Greg⁹. in. ij. moral: eẽ ꝺ dona. Sed de⁹ cui⁹ ptãti et scie oia subsũt: sua motiõe p dona spũssancti nos tutos reddit ab oi stulticia p sapiaz: ab ebetudine p intellectũ a pcipitationis vicio p ꝓsiliũ: a timore malo per fortitudinẽ: ab ignorãtia p sciaz: a duritia p pietatẽ: a supbia p timorẽ. Ista enim vitia põit. b. Greg⁹. ibi cõtrariari donis istis. Et sic ostẽdũt ipsa dona necessaria ad salutẽ.

Quãtum ad tertiũ. §. III

s. qꝺ dona sint habitus: ꝓbatur p hoc: qꝛ Christus loquẽs de spiritusancto discipulis: ait Jo. xiiij. Apũd vos manebit et i vos erit. Sꝫ spũssanc⁹ nõ ẽ i hoibus absqꝫ donis ei⁹. Mãsio aũt importat pmanẽtiã et firmitatẽ: et sic denotat habitũ: q̃ ẽ qlitas de difficili mobilis a subiecto. Nõ aũt notat transitũ et subditũ motũ ꝑut ẽ passio vel act⁹. Sunt gr̃a dona habitus q̃dã. Uñ. b. Gre. in. ij. moral. dicit: qꝺ in illis donis sine qb⁹ ad vitã nõ puenit: spũssanc⁹ semp manet i electis. s. dum pseuerant in gratia.

Quãtũ ad quar. §. IIII.

Nã ſm eam dicitur quis bonus ⁊ opus eꝰ bonũ. Oportet ergo bonitatẽ diuinaz oĩs uirtutes ſuo modo cõtinere. vnde nulla earũ ſm habitum in deo dr̃ ſicut i nobis. Deo.n. non cõuenit bonum eſſe per aliquod aliud ſuperadditũ ei: ſed per eſſẽtiam ſuam: cũ ſit omnino ſimplex. Nec ẽt per aliquid eſſentie ſue additum agit: cũ actio ſua ſit ſuum eſſe. Non igitur uirtus in eo eſt aliquis habitus: ſed eſſentia eius. Preterea habitus ẽ de genere accidentis. In deo autez nullũ eſt accidens: igit uirtus i eo non eſt habitus. Uirtutũ ãt que circa uitam actiuã ſunt: quedam ſunt circa paſſiones: quedam circa actiones. Circa paſſiones ſunt fortitudo ⁊ temperantia. Et qz paſſiones que habẽt moderari per eas ſunt in parte ſenſitiua: i deo autem non eſt pars ſenſitiua: ſed ſolum itellectiua. iõ tales uirtutes non ſunt in deo ſecũdum propꝛias rationes. Et quia quedam harũ ſunt ſecundũ inclinationem appetitus in aliquod coꝛporale bonum delectabile ſecũdum ſenſũ: vt cibi: potus: uenerea: contra quoꝛ concupiſcentias ſt̃ ſobrietas: caſtitas: temperantia ⁊ huiuſmodi. Ideo cuz coꝛporales delectationes a deo ſint remote: predicte uirtutes nec propꝛie nec methaphoꝛice de deo dicuntur in ſcripturis. Alie uero que ſunt paſſiões ſecũdum inclinationem appetitus in aliquod bonum ſpuale: ſicut eſt honoꝛ: dominium: victoria: vindicta ⁊ huiuſmodi: que ſũt circa timoꝛes ⁊ audacias ⁊ huiuſmõi: ut fortitudo: magnanimitas. manſuetudo: patientia ⁊ huiuſmodi: quanuis in deo propꝛie non ſint: eo q̃ ſunt circa paſſiones: q̃ in deo non ſunt: tamen methaphoꝛice in ſcripturis dicũtur de deo per ſimilitudinem effectus: ut i. regũ. ij. Non eſt fortis ſicut deꝰ noſter. Et numeri. Querite manſuetũ. Sed ille uirtutes que ſt̃ circa actiones: vt magnificentia: veritas: iuſtitia liberalitas: pꝛudentia: ⁊ intellectus ⁊ huiuſmodi. De diuine perfectioni nõ repugnant. Huiuſmõi enim uirtutes ſunt quedaz perfectiones uolutatis ⁊ intellectus: que ſunt pꝛincipia operationum abſqz paſſione. In deo autem eſt uolũtas ⁊ intellectus nulla carens perfectione: igit he deo deeſſe non poſſunt. Et quantum ad pꝛudentiam cuz cognitio oꝛdinans uoluntatem ad agendũ pꝛudẽtia ſit: quia ſecũdum philoſophum. vi. ethico. Prudentia eſt recta ratio agibilium. Diuina autez uoluntas determinatur ad unum in his que ſũt alia ab ipſo per cognitionem ſuam: ergo in ipſo ẽ pꝛudentia. Unde dicitur Job. xxvi. Apud ipſum eſt pꝛudentia ⁊ fortitudo. Quantum ad iuſtitiaz ſic pꝛobatur. Ex hoc q̃ deus aliquid vult: ⁊ illa que requirũtur ad ipſum. Quod autem ad perfectionem alicuius requiritur eſt debituz unicuiq;. Ad iuſtittam autez pertinet unicuiq; qõ eſt ſuũ diſtribuere: igit i deo ẽ iuſtitia. Unde in p̃s. x. Justus dñs ⁊ iuſtitias dilexit. Quantum ad liberalitatez ſic patet. Deus non vult cõicare alicui ſuaz bonitatem: ut aliquid inde ſibi accreſcat. Sed quia ipſum cõicare ẽ ſibi conueniens ut fonti bonitatis. Dare autem non pꝛopter aliquod cõmodũ ex datione expectatum: ſed pꝛopter ipſã bonitatẽ ⁊ cõuenientiã dationis eſt actus liberalitatis: vt pz̃ p phm̃. iiij. ethi. Deus igitur maxime eſt liberalis. Unde ⁊ Auicena dicit. Ipſe deus pꝛopꝛie liberal' dici põt. Nã õe aliud agẽs pꝛeter ipſũ ex ipſa ſua actione aliquod bonũ acquirit: qõ eſt finis intentus. Eius libertatem oñdit p̃s dicens. cxlvij. Aperis tu manũ tuam ⁊c. Quãtum ad ueritatẽ oñditur ſic: oĩa que a deo eẽ accipiunt: neceſſe eſt ut ipſius ſilitudinem gerant: in quãtum ſunt: ⁊ in quãtum bona ſunt: ⁊ pꝛopꝛias rõnes i diuino intellectu hñt: hoc ãt ad ueritatem pertinet ſm pht̃. iij. ethi. ut. ſ. in factis ⁊ dictis aliquis talem ſe exhibeat qualis eſt. Eſt igitur in deo ueritas. Ro. ij. Eſt ãt deus verax. Quãtum ad uirtutez artis patet. Omnium.n. eoꝛũ que a deo pꝛodeũt in eẽ rõ pꝛopꝛia i intellectu diuino ẽ. Ratio ãt rei fiende i mẽte facientis ars eſt. Dicit ãt pht̃. vi. ethi. q̃ ars eſt recta rõ rerum a nobis factibilium. Eſt igitur p̃ pꝛie ars in deo. Uñ di ſapie. vij. Omniuz artifex docuit me ſapiam. Que tñ ars in mente diuina ñ eſt accidens ut in mẽte artificis hominis: ſed ipſa eſſentia ſua. Sunt etiã in deo perfectiſſime amoꝛ ⁊ gaudium ſeu delectatio: non pꝛout ſunt paſſiones appetitus ſenſitiui. Nulle.n. tales paſſiones pꝛopꝛie ſunt in deo: cum ſenſitiua nõ ſit in eo: qz affixa oꝛgano coꝛpoꝛeo: deus autem coꝛpus non habet. Et ſi in ſcriptura aliq̃ de deo dicatur: ut q̃ ſit iratus: penitens ⁊ huiuſmodi: per ſimilitudinem effectus dicũtur. Sed ſũt amoꝛ ⁊ gaudium: pꝛout ſũt ſm actuz uolũtatis. Hiere. xxxi. In charitate perpetua dilexi te. Pht̃ dicit: q̃ deus ſemp gaudet vnica ⁊ ſimplici delectatione. Quidã etiã pht̃ poſuerunt rerum pꝛincipiũ dei amoꝛem: cui cõſonat uerbũ dionyſij dicentis. Diuinus amoꝛ ñ permiſit eum ſine germine eſſe. Falſa ãt felicitas terrena nõ hz niſi quãdam umbꝛam illius perfectiſſime felicitatis: ut dicit idez. cap. c. Conſiſtit. n. in quinq; ſm boetium de philoſophica cõſolatione: ſcilicet in diuitijs: in voluptate: in poteſtate: fama: ⁊ dignitate. Habet autẽ deus excellentiſſimã delectationem de ſe ⁊ uniuerſale gaudiuz de omnibus bonis abſqz alicuius contrarij admixtiõe. Pꝛo diuitijs habet omnimodam ſufficientiam i ſe ipſo omnium bonoꝛum. Pꝛo poteſtate habet infinitam uirtutem. Pꝛo dignitate habet omniũ entiũ pꝛimatũ ⁊ regimen. Pꝛo fama hz admirationem oĩs itellectus: ipſũ utcunq; cognoſcẽtis.

Audiuimus etiã §. II.

ex ſacra ſcriptura ex qua fides ex auditu per uerbũ xp̃i ad ro. x. In ciuitate dñi uirtutũ. i. eccleſia

militanti: que eadez est cū ciuitate dei nostri. i. cū triumphanti differentes fz perfectā z imperfectā uisionem z possessiouez dei: q̄ quilibet ibi existēs ē perfecte beatus fz illud ps. lxxxiij. Beati qui habitant i domo tua dñe. Beatus āt est qui hz quic quid vult. s. boni. Hoc āt ibi possidetur. Nā tunc impletur omne desiderium hois fm illud ps. c. ij. Qui replet in bonis desiderium tuum. Et omne humanū studium ibi consumationem suam accipit. Quod quidem patet discurrenti per singula fm. b. Tho. i. iij. cōtra gentiles. c. lxiij. Siquidez septem desideria in hoie reperiuntur: que hic nū q̄ repleri possūt sed tm ibi. Primum est desiderium cognitionis: secūdum desideriuz uirtutis: tertium desiderium honorationis: quartū desideriū fame seu nominatiōis: quintū desiderium diuitiarū possess. sextum desiderium delectationis. septimum desiderium uite cōseruationis. Quantum ad primum. Omnes homines natura scire desiderant: ut ait phs: quod quilibet in se experitur. Et qz q̄z scire querit que non sibi conuenit: vel in debito modo uitium incurrit curiositatis. Propt̄ quod dr eccs. iij. In pluribus operibus eius. s. dei non fueris curiosus. Est igitur naturale desideriū hois i q̄tum est itellectualis nature de cognitiōe ueritatis: qō hēbis hic ut cū q̄z per studiū uite cō templatiue sed iperfecte. Unde dr sapie. ix. Difficile extimamus que in terra sūt: z que in prospectu sunt: cū labore inuenimus: que āt in celis sunt quis inuestigabit. s. vt inueniat. Et mercurius trimegistus dicit: q̄ ea que scimus sūt minima pars eoz̄ que ignoramus. Nū q̄ ergo hic satiatur istō desiderium: sed semper cupimus magis ac magis scire. Sed in ciuitate dei nostri triūphanti i uisione beatifica dei: omnia que natura intellectus scire desiderat: ei innotescent. Jn ea enim ut in speculo relucent rationes z virtutes omnium creaturarum. Unde hiere. xxxi. dr. Jn illa die nō docebit unusquisq̄z proximū suum dicens. Cognosce dominum. Omnes enim scient me a maiori usq̄z ad minorem. Est z secūdum desiderium hominis: fz q̄ habet rationem qua inferiora potest dispone re. Quod quidem prosequūtur homines per studium uite actiue z ciuilis: quod desiderium principaliter est ad hoc: ut tota uita hois fm rōnē disponatur: quod est uiuere fm uirtutē. Cuiuslibet n. uirtuosi finis in operando est propie uirtutis bonū: sicut fortis ut fortiter agat: prudētis ut prudēter agat z sic de alīs. Sed clarz̄ ē q̄ nullius hic īpletur desiderium tale: vt sēper vtuose operetur sine aliquo defectu. Sed ut dr. iij. reg. viij. Non ē hō super terrā q̄ faciat bonū: z nō peccet. Et in p uer. xxiij. Septies in die cadit iustus. Sz īpletur hoc desideriū i pria oīno: qz rō i sūmo uigore erit diuino lumīe illustrata: ne a rectitudie deficē possit. apoc. xiij. Sine macula sūt añ thronū dei. i. sine aliquo defectu uitij. Cōsequūtur āt ciuilē uitā quedā bona quibus hō indiget ad ciuiles operationes: ut honoris sublimitas. Est igitur tertiū desiderium hois de honore. Multū. n. appetitur. vn de Tullius. Honos alit artes: quiq̄z ad studia accēduntur glia. Hanc sublimitatē honoris hoies i ordinate appetentes: ambitiosi z superbi fiūt: et multa mala faciunt contra deū z ptra proximū: ut pz de hieroboā qui timēs amittere regnū si populus isrl̄ accederet ad templū in hierl̄z iuxta mādatum dei: fecit vitulos aureos: quos ppls adoraret. iij. reg. xij. Et absalon fecit cōiurationem contra pīem. ij. reg. xv. Sed nec istud desideriū iplet hic. Unde Alexander magnus cū audisset ab aliquibus phis: q̄ erāt plures mūdi: ceplt suspirare: eo q̄ uix adhuc vnū i. dñio suo hēret: quasi ōsiderās z alīs dñari. Sz i ciuitate dñi p dei uisionem ad sūmum honoris z potētie sublimātur: in q̄ tū deo quodāmō uniūtur. Et propter hoc cū de sit rex seculoz̄: z ipsi deo cōiūcti reges dicunt. apoc. xx. Regnabūt cū xpo z̄c. Cōsequitur ēt ciuilē uitā z aliō appetibile. Quartū. s. fame celebritas per cuius iordinatum appetitū hoies efficiūt uane glie cupidi. Et ut dicit Seneca. Nulla ē taz excelsa uirt' q̄ dulcedie glie non tāgatur. Sed ut dicit boetius de phica consol'. O glia glia. Quid aliud es q̄ i milib' hoium iflatio quedā auriū. Beati āt in ciuitate superna per illā uisionem reddūtur celebres ei famosi: nō fm extimationez uel laudē hoīum: que aliq̄n est fla: qz ut dr puer. i. glianē cū male fecerint: sed uera in dei z scoz̄ alioz̄ iudicio. Et ideo in scriptura sepe beatitudo illa gloria nominatur: ut in ps. Exultabunt sancti i gloria. Est z aliud quintum genus bonorum: qō appetitur in ciuili uita scilicet diuitie: per quarū inordinatū appetitū homines efficiuntur auari: illiberales: iiusti multipliciter. Sed ut dicit Ambro. super lucam. Mens auari vinculis cupiditatis astricta semper aurū uidet. s. in mente sēper argentum cogitat: gratius aurum q̄ solez intuetur. Ipsa enim omnino a deo petit aurum. Sed nec sacietas unq̄ nec finis aderit cupiditati. di. xlvij. sicut hi. Et poeta. Nunq̄ pecunia tristis saciatur auar': potibus hydropicus: ariditate focus. Jn illa autem beatitudine est omnium bonorum sufficientia in quantum beati perfruuntur illo qui comprehendit omnium bonorum perfectionem. Propter quod dicitur sapientie. vij. Uenerūt mihi omnia bona pariter cuz illa. Et in ps. cxi. Gloria z diuitie in domo eius. Sextum desideriū hominis est quod est sibi z alīs animalibus commune: ut delectationibus perfruantur: quod homines consequuntur per uitam uoluptuosam: et per eam efficiuntur intemperati z incontinentes z inde mortem sibi accelerant: infirmitates incurrūt: famam perdunt. Plures occidit uoluptas q̄

gladius ait Seneca. Sed nec tñ his satiantur: immo bestiales fiunt. In illa ãt ciuitate ẽ delectatio perfectissima: tantoq; perfectior ea que per sensũ est: quãto illud bonum i quo delectabimur: maꝝ est omni sensibili bono ꝛ magis itimum ꝛ magis cõtinue delectãs: quãto ẽt illa delectatio ẽ magis ab omni permixtione cõtristantis libera. ps. xv. Delectationes i dextera tua. i. i gloria usq; in finẽ i. que finiunt ꝛ quietãt appetitum: ut nil restet desiderandũ. Uñ illa fruitio figurat i scripta p nuptias ꝛ magna cõuiuia: i quibus homines cõsueuerunt delectari ꝛ gaudere: vt per conuiuium regis asueri qui iterpretatur beatitudo. Hester. i. Per cenam euãgelicaꝫ Luce. xiiij. ꝛ huiusmõi. b. Bernardus. Illud est uerum gaudium: quod non de creatura sed de creatore concipitur: quod cuꝫ acceperis nemo tollet a te. Cuius comparatiõe omne dulce amarum: omne pulchꝝ fedum: omne quod põt delectare molestum. Septimũ desideriuꝫ quod est omnibus rebus commune naturaliter ẽ: q; desiderant conseruationem sui esse q̃tum possibile est: pro cuius desiderij immoderantia homines efficiũtur nimis timidi: ꝛ nimis a laboribus sibi parcentes: ne uitam amittant: ꝛ ꝓpt hoc efficiũtur periurij: sortilegi: multa bona necessaria ad salutem omittẽte. Sed ut dicit. b. Aug. xi. q. iij. Timendo mortem carnis tue: dabis mõtẽ anime tue. Sicut petrus qui ex timore christũ negauit: ꝛ quãuis quilibet hoc naturaliter desideret: tñ ut dr̃ eccs. ix. Nemo est qui semper uiuat: aut qui huius rei hẽat fiduciaꝫ. Sed sicut pisces capiũtur hamo: ꝛ aues laqueo: ita ꝛ homines tẽpore malo. s. mortis ex insperato. Impletur autẽ hoc desiderium i ciuitate dei ubi erunt ab omni nocumento securi. apoc. xxi. Non esurient: neq; sitiẽt amplius: nec cadet super illos sol aut ullus estus: quoniã priora transierũt. Et Isa. Faciet dominus i monte hoc conuiuium grande: conuiuiũ pinguium ꝛ medullatorum: conuiuium vindemie defecate: ꝛ precipitabit mortem i sempiternũ. Sicut ergo audiuimus: ita ꝛ vidimus: dicunt sãcti: q; per beatam visionem cõsequũtur itellectuales substantie veram felicitatem i qua omnino desiderium quietatur: que secunduꝫ Aristo. ad felicitatem requiritur: q; ibi ẽ status oĩuꝫ bonoꝝ aggregatione perfectus.

Audiuimus talẽ §. III.

statũ beatorum esse uere statum: q; semper stat i perpetuũ. Unde dicit: deus fũdauit eam i eternũ illam. s. ciuitatem felicissimam beatoꝝ: vt i perpetuum maneat: ꝛ nunq̃ deficiat. Audiuimus dñz dicentem Isa. xxxiij. Oculi tui uidebunt hierlm ciuitatem opulentam: tabernaculum qđ nequaq̃ trãsferri poterit: nec auferẽt claui ei⁹ i sẽpiternũ. Et Mat. xxv. Jbũt iusti i uitã eẽnã. Et apoc. iij. Qui uicerit faciã illũ colũnam i tẽplo dei mei: et foras nõ erit amplius. Et ps. lxxxiij. Bti qui habitant i domo tua i secula seculorum laudabunt te. Et sicut audiuimus hic: ita ꝛ uidimus in ciuitate dei nostri: possunt sancti dicere. Sed ꝛ nos dicere possumus: hoc uidisse ratione naturali non solum fide. Nam pluribus rationibus probat. b. Tho. li. iij. contra gentiles. c. lxij. illam felicitatẽ esse perpetuam: quaruꝫ prima est talis. Creatura rationalis non peruenit ad vltimum finem: nisi quando eius desiderium naturale quietatur. Sicut autem natura desiderat felicitatem: ita naturaliter desiderat felicitatis perpetuitatẽ. Cũ. n. in sua substãtia sit perpetua: illud quod propter se desiderat ꝛ non propter aliud: desiderat illud vt semper habendum. Nõ ergo esset felicitas perfecta ultimus finis: nisi perpetuo permaneret: Q; ãt felicitas naturaliter appetatur: quilibet experit i se. Et Boetius etiam ait. Inserta est naturaliter mentibus hominum ueri summiq; boni cupiditas: quod si non posset consequi: frustra essꝫ i hominibus tale desiderium. Sed secunduꝫ philosophum. Deus ꝛ natura nihil frustra operantur.

Secunda ratio est talis. Omne illud quod possidetur cum amore: si sciatur q; quandoq; amittatur: tristitiam generat. Uisio autem illa que beatos facit scilicet visio dei: cum sit maxime delectabilis ꝛ maxime desiderata: utiq; a possidentibus eam amatur. Non ergo posset hoc ñ tristari eos si scirent se quãdoq; eos ammissuros. Si autem nõ esset perpetua talis uisio: hoc utiq; scirẽt. Nã ut dictum est supra uidendo diuinam substantiã etiam alia cognoscunt: que naturaliter sciri possunt. Unde multo magis cognoscunt: qualis sit illa uisio. Utrum perpetua uel aliquando amittẽda. Non ergo esset talis uisio eis sine mistura tristitie: cum scirent eis defitiẽdam: ꝛ sic non esset uera felicitas: que ab omni malo immunem redderе debet.

Tertia ratio impossibile est q; aliq̃s a bono quo fruitur uelit discedere nisi propter aliquod malum: quod in fruitione illius boni extimat fore: saltem cũ propter hoc extimat impedimentum maioris boni. Sic enim nihil desiderat appetitus nisi sub ratione boni. Sed in fruitione illius boni non potest esse aliquod malum: cũ sit optimum ad quod creatura intellectualis peruenire potest: neq; etiam esse potest: q; ab eo quod uisiõe fruitur extimetur in ea esse aliquod malũ: uel aliquid eo melius: cum visio illius summe ueritatis: omnem falsam extimationem excludat.

Impossibile est igitur: q; substantia intellectualis que deuꝫ uidet: vnq̃ illa uisione carere uelit.

Quarta ratio est. Quia studiuꝫ alicuius quo prius aliquis delectabiliter fruebatur fastidiat: accidit ex hoc q; studium illud uel actio aliquam immutationem facit in re: vel corrumpendo eam

uel debilitando uirtutē eius. Et ꝓpt̄ hoc uires sensibiles quibus accidit fatigatio i suis actiōibus ꝓpter mutationem coꝛpoꝛalium oꝛganoꝛum a sensibilibus a quibus ēt si fuerint excellētia coꝛrūpuntur: ut tactus ab igne ⁊ hꝰ fastidiunt post alia quod tps frui eo: qō ꝓius delectabat. Et ꝓpter hoc ēt intelligendo fastidium patimur post lōgā meditationē: qz fatigantur potētie utētes cōpoꝛalibus oꝛganis: siue qz desiderium itellectus nostri compleri non pōt. Diuina āt substātia non coꝛrūpit: sed magis perficit itellectū. Neq; ad uisionez eius concurrit aliquis actus: qui p oꝛgana coꝛporalia exerceatur. Impossibile est ergo q̄ illā uisionem aliquis fastidiat: qui ꝓius ea delectabilit̄ fruebatur. Quinta rō. Nihil qō cū admiratione cōsideratur pōt eē fastidiosū: qz q̄diu sub admiratiōe ē: adhuc desiderium mouet. Diuina āt substātia a quolibet intellectu creato sēper cū admiratione uidetur: cū nullus itellectus creatus eam comꝓhēdat. Impossibile est ergo q̄ substātia itellectualis illā uisionem fastidiat: ⁊ ita nō pōt eē q̄ ab illa uisione se per ꝓpriā uoluntatē desistat.

Audiuimus ter .§.IIII.

tio sed potius ꝓimo dicendū deū esse trinum in psona: sed unū in substātia. Sicut.n. cōfitetur ecclesia in decretali extra de sum.tri.⁊ fi.ca. Quod mysteriū inuit. ps dicens. In ciuitate dñi uirtutū s. patris cui attribuitur ois uirtus seu ꝓtas. In ciuitate dei nostri. s filij qui ꝓcipue dī nr̄ ꝓpter incarnationē. Caro.n.⁊ frater nr̄ est. Heñ.xxxvij. Deus fūdauit eā. s. sps sactus: cui attribuit amoꝛ fundans ⁊ firmās ciuitatē supernam i eternum. Unitas āt essentie triū personaꝝ notatur: qz i singulari dicit fūdauit: ñ fūdauerūt. Sicut ergo audiuimus: sic uidimus: sācti i patria dicere pñt: qz ut ait. b. Bernar. Mysterium trinitatis in unitate: ⁊ unitatis in trinitate. s. personaruz iuestigare s. per rōem naturalem ⁊ demonstrationem temeritas ē: credere pietas est: nosse uita eterna ē. Unde ⁊ ipse xps non solū uiatoꝛ sed ēt comꝓhēsoꝛ tunc: qō clarissime uidebat trinitatez ipsā anima sua nobis manifestauit: dicens Jo. xvij. Hec est uita eterna: ut cognoscant: ⁊ hoc est uidere te. s. patrem: ad quē loquebatur ⁊ iesum xp̄m: quē misisti. i. incarnari fecisti: quod opꝰ fuit per sp̄m sc̄m. Sic.n. fatemur. Qui conceptꝰ est de sp̄u sancto. Et has tres personas solum deum unū. s. in substātia. Hoc āt mysterium trinitatis sicut audiuimus ita ⁊ uidimus: ⁊si nō clare ut beati: tñ ut hic uideri pñt mysteria fidei. Et hoc tripliciter. In doctrinis. In figuris. In creaturis. Non solum scripture xp̄ianoꝝ ⁊ iudeoꝛum que satis copiose de hoc mysterio loquūt: sed ēt doctrine gentilium phoꝛ hoc uidentur exprimere. Et in nouo quidem testō inquit Jo. euāgelista. Tres sūt qui testimoniū dāt in celo: pater uerbum ⁊ sp̄iritus sanctus: ⁊ hi tres unum sunt: quid aptius dici potuit. Paulus quoq; apostolus ad gal. iij. misit deus scilicet pr̄ sp̄iritū sāctuz filij sui a quo scilicet filio ꝓcedit sicut ab ipso i coꝛda nostra clamantem. i. facientem nos clamare cum desiderio intenso oꝛare. Abba pater i singulari: quia tota trinitas: unus pater noster ē creando: gubernando ⁊ saluādo. Et dominus iesus christus ad discipulos. Mat. ulti. Baptizate omnes gentes. In nomine patris ⁊ filij ⁊ sp̄iritus sācti. In nomine dicit in singulari ad innuendū unitatem substantie id est inuocatione ⁊ uirtute.

In ueteri testamento doctrina nō solum nostra: sed ⁊ iudeoꝛum ⁊ male intellecta ab eis ⁊ falso exposita. Heñ. ꝓimo. In ꝓncipio creauit heloy celum ⁊ terram. Heloy autem est plurale cuius singulare est hely. Et sicut hely interꝓetatur deus: ita heloy interꝓetatur dū id est persone diuine. Ecce pluralitas personarum: unitas autem essentie ibi innuitur. Creauit in singulari. Que autem sint ipse plures persone in diuinis ⁊ nomina eoꝛrūexprimuntur in diuersis locis ⁊ libris ueteris testamenti: ꝓcipue in ps. Nam de patre dicit ps. Ipse scilicet filius ait: pater inuocabit me. Pater meus es tu: quod pluries egit incarnatus: ut post ultimam cenam in oꝛatione. Pater clarifica filium tuuz. Joan. xvij. Et in fine uite. Pater in manus tuas commendo sp̄iritum meum. Luce. xxiij. De filio autem inquit ps. ij. in persona eius. Dominꝰ dixit ad me: filius meus es tu: ego hodie id est eternalit̄ genui te. De sp̄iritu sancto ait ps. l. Spiritū sanctū tuū ne auferas ā me. Et q̄ q̄libet persona ex his tribus sit deus: ⁊ tamen non tres dī: sz vnꝰ est deus: ostendit dicens i alio ps. Benedicat nos deus scilicet pater: deꝰ noster scilicet filius noster factus per humanitatem assumptam similis nobis. Benedicat nos deꝰ sp̄iritus sanctus. Et bene dicere suum est benefacere: conferendo ⁊ addēdo gratuita. Et ut intelligatur unitas essentie subdit in singulari: metuant eum omnes fines terre: secūdum beatum Gregoꝛium in moꝛal. Et. ij. regum vij. Ero illi in patrem: ⁊ ipse erit mihi in filium. Et quanuis uideatur loqui de salomone: tamen apostolus ad Heb. i. arguit: ex his uerbis probās dei patris filiationem secundum sensum litteralē intelligendam: ostendens ⁊ de sp̄iritu sancto. Sapien. ꝓimo. Spiritus sanctus disciplīne effugiet fictum. Dimittēdo alia testimonia sacre scripture plurima: ueniamus ad doctrinam ethnicoꝛum. Luz dixit mercurius Trimegistus. Monas genuit monadem: et in se ipsum flectit ardoꝛem. Nonne uidetur insinuasse mysterium trinitatis. Monas id est unus genuit monadem id est unū. id est pater filium. Ardoꝛ reflexus est sp̄iritus sāctus: qui ut dicit. b. Hieronymus ē amoꝛ patris i

filiu u ꝛ filij in patrem: non quidem accidētalis ꝛ transiens vt amor noster. sed substātialis ꝛ subsistens. Cum.n. uirtus effectuū reperiatur in causis eorum nobilius ꝙ in ipsis effectibus. Et uirtus generandi uere reperiatur in creaturis: que omnes sūt effectus prime cause. s. dei: multo nobilius dz hec generationis uirtus reperiri in ipso deo: non quidem materialiter: cum ips sit deus: sed mentaliter: sicut mens hominis generāt uerbū suum. i. conceptum. Intelligit enim se deus ab eterno: ꝛ tātum quātus est qui immēsus est: ꝛ ipse intellectus ē filius suus. Unum in substātia cū eo: qz eius itelligere est sua essentia ſm. b. Tho. primo cōtra gētiles. Non pōt āt optimum uerbū gignendo ipsū non amare: cuz amor sit boni: ꝛ qz infinitū bonū infinitus amor patris ad filium genitum ꝛ filij ad patrem generantē. Et ipse amor ips sanctus est p sona subsistens tertia in trinitate illa sanctissima. Si quis autē dicat ꝙ nō fuit itellect⁹ Trimegisti loqui de trinitate: cum ethnici phi nō cognouerit hoc mysteriuz. In cuius figuram legitur i exodo ꝙ magi. i. sapientes pharaonis defecerunt in tertio signo: qz in notitia trinitatis ut dicit magister sen ten. in primo li. Nā de verbo eterno seu filio dei multa dixit Plato ꝛ ꝙplura. Sybille gentiles et satis clare. Tñ ꝛsi sic: nihil prohibet existimare ꝙ plura pertinētia ad mysteria fidei potuerit deus loqui: que ipsi non intellexerūt. Sicut locutus est deus per asinam balaan ꝛ per caypham: que ipe non intellexit. Uidimus huc usqz i doctrinis mysteriū trinitatis ꝛ unitatis: sicut audiuim⁹ ex fide: uideamus figuras.

Ex figuris etiam .§. V.

uidimus. Et prima est. Cum Abrahe stanti in meridie in cōualle mambre occurrerūt ei tres uiri. i. angeli i forma hūana: tres uidit: ꝛ unū adorauit ꝛc̄. Geñ. xvij. Expositionez ob breuitatē omitto: vbi ēt inuitur quo cū gestu reuelatur mysterium trinitatis: qz existētibus i cōualle hūilitatis: ꝛ i feruore charitatis: ꝛ i hostio mortalitat⁹. Secunda figura hētur dañ. v. de tribus digitis unius manꝰ scribentis i pariete cōtra faciē Balthasar regis in babylone cōuiuantis cuz suis. Mane techel phares. Tres digiti tres persone diuine: pater ꝛ filius ꝛ ips sanct⁹: de q̄bus dz. Qui appēdit molē terre tribus digitis. i. substentat mūdum uirtute triuz psonarū: que sūt vnus deus: vna manus: vna essētia: ꝛ uirtus diuina: que in mēte humana scribit numerū bñficiorum: que quis recepit. Appendit i. pōderare facit grauitatē ꝛ multitudinem peccatorū que egit. Diuidit. i. distribuere facit gr̄ias q̄s pcepit. Tertia figura est Isa. vi. vbi ait. Uidi dñm sedentez ꝛc̄. ꝛ seraphin clamātia. Sanctus. Sāctus. Sanctus dñs deus sabaoth. Ter sāctus dicunt ad innuendū tres psonas. Dñs deus in singulari scribit propter unitatē essētie: quia hi tres unū sūt. Clamāt āt: qz cū admiratiōe ardēt i ipsi⁹ dilectiōe dei: quē clare uident eē sūmum ꝛ infinitū bonū. Innotuit q̄z Joānes baptista mysteriuz trinitatis: qñ i baptismo vidit filiū dei i carne baptizatum: p̄em audiuit i uoce dicentē. Hic est filius me⁹ dilect⁹. mat. iij. Uidit sp̄z sc̄z i forma colūbe. Sed qz i pcessu tp̄is quidaz heretici uocati arriani voluerūt uiolare ueritatē fidei de mysterio trinitatis dicentes esse pluriū ꝛ diuersarū essētiarū. Ad cōfirmationē ueritatis fidei de vnitate essētie oñdit de⁹ hoc grāde miraculū i illo tp̄e in oriente ubi cepit tal' errorz. Nā i quodam festo sacerdote missā decantāte uisū ē ab oīb⁹ tres guttas ad modū aq̄ sil' descēdere sup altare: et unā gēmā ex eis effectā: q̄ reposita cū magna reuerētia fuit ꝛ reseruata iter reliq̄s ad manifestādū: ꝙ hi tres unū sūt.

Tertio manifesta. §. VI.

tur i oībus creaturis uestigium sāctissime trinitatis. Et primo in generali: secūdo in spali. Tertio in singulari. Et in generali quidē: qz uniuersū est vnū a deo totū creatū distictū i triplex genꝰ creaturarū. Nā unū ē substātiarū spualiū. i. āgelorū. Aliud genus substātiarū partī spualiū pti corporaliū ut hoium. Tertiū ē substātiaꝝ oīno corporaliū. Ad inuēdū ꝙ hi tres. s. p̄ ꝛ filius ꝛ ips sc̄s vnū sūt: sicut unū ē uniuersū ꝛ triptitū i genere. Et angelus substātia i se inuisibilis repñtans patrē: ꝛ a nobis nō ē uisus hō rōnalis: dei filiū: q̄ hoiez assūpsit. Creata irrōnal' spm q̄ apparuit i spe rei irrōnalis vt ignis. In quolibet āt hoꝝ reperimus vestigiū oñdens: qz hi tres unū sūt. Nā natura angelica una ē cōis i spualitate nate: nihil hñs materie. Sz triplex ē hierarchia. Et q̄libet hierarchia triplex est in ordine. Nam ifima ē in ordine angeloꝝ archāgeloꝝ ꝛ principatuū. In secūda ē ordo triplex. s. pātum: virtutū: ꝛ dñationū. In ītia triplex ēt: qz thronoꝝ Cherubin qui iterp̄tatur plenitudo scientie filium qui est sapientia patris. Seraphin qui interp̄etatur incendiuz spiritum sāctum: qui dicitur amor. Est ꝛ in quolibet angelo reperire tria secundum Dionysium scilicet essentiam: virtutem id est potentiam ꝛ operationem: ꝛ tamen hec sunt unus angelus: ad innuendum qz hi tres unū sunt. In creatura rationali adhuc expressius habetur imago trinitatis. Unde ꝛ ipse deus dixit Geñ. i. Faciamus hominem ad imaginem ꝛ similitudinem nostram. Geñ. primo. Hec imago potest cōsiderari ut formula naturaliter: ut informata perfectionaliter: ut reformata presentialiter: ut oīno formata ppetualiē. Et oīa hec pfectissimam trinitatem ꝛ ubiq̄z eius similitudo. Quantum ad imaginem format innaturaliter: ubi dicit Augu. in lib. de trini. Licet mens nostra non sit eius nature cuius ē deus: ibi tñ querēda ē

imago eius: cuius nihil est melius. Anima siquidem nostra una est tres habens potētias: quarū una non est altera. s. memoria: intellectus: ⁊ uolūtas. Et una procedit ab alia ſm actum. Nam intellectus non itelligit nisi memorie illud occurrit: ⁊ uoluntas nō vult: nisi qō mēs recolit: ⁊ intellectus aliquo modo intelligit. Sic pater ⁊ filꝰ ⁊ ſps ſactus tres persone: una substātia: una essētia. Et filius quidē nascitur de patre. Spūs sanctus ꝓcedit ab utroq; ⁊c̄. Hec imago formatur ⁊ decorat per uirtutū perfectiones: in quibus ēt relucet vestigium trinitatis. Nam virtus una ē conuenientibus omnibus in hoc vnū qō ait phs i li. ethicoꝝ. q̄ uirtus est que bonum facit hātem: ⁊ opus eius bonum reddit. Sed ista tripartita est ſm diuersa ad que ordinatur. Est. n. virtus theologicalis: uirtus moralis: ⁊ uirtus itellectualis. Primuꝫ genus uirtutum quo anima iformatur a sactissima trinitate est fides: spes: charitas tria hec: ut dī. i. Lorinthi. xiij. Hec respiciunt ad deū ut obiectū suū. Sed fides innititur ei vt prime ueritati: que filio attribuitur. Spes respicit dcum ⁊ potentez iuuari ad bn̄ operādū ⁊ ipsū beatificanduꝫ. Potestas attribuitur patri. Charitas unit aīum deo vt sūmo bono. Et bōitas attribuitur ſpui sācto. Unū ergo sūt per respectū ad vnū obiectuꝫ: deū. Tres sūt hātes diuersū respectum ad eū: sic hi tres unū sūt. Uirtus moraliter perficit hoiem in ciuilitate hūana: ⁊ hoc triplr ꝼz hois triplicem potentiā quā pficit. s. iustitia: fortitudo: ⁊ tēperātia ſm phm in ethicis. Et iustitia perficit uolūtatem hominis in ordine ad proximū: ut ipsū non ledat: ſz ius suum unicuiq; tribuat. Fortitudo perficit irascibilem potentiā: ut aggrediatur ardua opera: ⁊ firmus sit ⁊ constans in aduersis. Temperantia perficit concupiscibilem potētiam: ut abstineat ab illicitis delectationibus. Et he tres unum sunt i moralitate. Uirtus intellectualis perficit intellectum. Et hec triplex dimittendo intellectum: qui ē de principijs per se notis ⁊ artez que est de mechanicis: uidelicet scientia: prudentia: ⁊ sapientia. Et scientia que est de conclusionibus: comprehēdat quadriuium sed etiam triuium scilicet grammaticam: logicam: ⁊ rhetoricam. Et grammatica q̄dem docens loqui ⁊ scribere. Logica uerum a falso discernere. Rhetorica oratē persuadere. Prudentia est recta ratio agibilium. Que quidez prudentia integratur ex tribus: ut dicit Seneca in li. de quattuor virtutibus: uidelicz preterita cogita: ⁊ dicitur memoria: presentia ordina: ⁊ dicitur intelligentia: futura precaue: ⁊ dicitur prouidentia. Sicut ergo tres iste partes prudētie distincte conueniunt in vnam communē rationē prudētie: ita hi tres: pater: filius ⁊ ſps sanctus unum sunt.

Sapiētia autez seu physica distiguitur i physicā que ē notitia de rebus naturalibus: q̄ sūt infra celum: cui deseruit medicina. Et moralem notitiā: cui deseruit lex ciuilis ⁊ canonica. Et diuiditur in monasticam que hominem dirigit i se ipsum: economicam que docet regere familiam: ⁊ politicā: que docet ciuitatem dirigere ⁊ regnum. Et sic he tres una moralis philosophia ē. Tertia philosophia suprema que omnes excellit scientias metaphysica: ul potius theologica: hec continet triplicem legem dei scilicet intrinsecam ut decalogum mosaicaꝫ ut ceremonialia et iudicialia: ⁊ euangelicam de deo loquens ⁊ āgelis super omnes alias scientias: ⁊ de sanctissima trinitate. Reformatur autem imago dei: que est in homine deformata per peccatum: a sanctissima trinitate per penitentiam: nec alio modo post baptismum reformari ualet. Hec autem penitentia vna est ⁊ trina. Naꝫ ut dicitur de pe. di. iij. Perfecta in corde cōtritio. In ore ꝓfessio. In opere tota humilitas: id est satisfatio: hec est uera ⁊ fructuosa penitentia. Et secundū. b. Tho. in quarto. Contritio attribuitur patri: quia maxime potētie est iustificatio impij: quod fit per contritionem. Confessio filio: quia fit per uerbum quod dicitur filius. Satisfatio q̄ complet bonitatem penitentie spiritus sācti: cui appropriatur bonitas. Et satisfatio quidem secū dū. b. Tho. ⁊ alios in quarto consistit in tribus: scilicet elemosyna: oratione: ⁊ ieiunio: de quibus dicitur Thobie. xij. Bona est oratio cum elemosyna ⁊ ieiunio. Et per illud destruitur illud male dictum ternarium diaboli: de quo. i. Joan. ij. dicitur. Omne quod est in mundo: aut est concupiscentia carnis: aut concupiscentia oculorum: aut superbia uite. Concupiscentia carnis atteritur per ieiunium. Concupiscentia oculorum reprimitur per elemosynam id est auaritia. Superbia uite tollitur per humilem orationem. Sed adhuc melius reformatur imago per ternarium essentiale religionis: quod excedit omnem solennem penitētiam: vt dicitur. xxxiij. q. ij. Admonere scilicet castitatem: paupertatem: ⁊ obedientiam. Et hoc ē illud triduum itineris i deserto religionis: quo deus uocat suos ad se sibi sacrificandum. Exo. iij. Sicut ergo tres partes in penitētia uel in religione: ⁊ tamen una penitentia: ⁊ vna est religio: ita hi tres pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus unuꝫ sūt.

Tertiū genus creaturarum ubi relucet vestigium trinitatis: est genus rerum mere corporaliuꝫ. Et hoc est i celis: in elementis: ⁊ elementatis. Et celum quidem unum est: id est in quantum oīa conueniunt i materia incorruptibili. Tres autem sunt. Nam differentes in motu: quia empireum vbi sancti residēt non mouetur. Cristallinū mouetur ab āgelo: ⁊ mouet alios. Sydereū. s. firmamentū cū celis planetarū: qō non mouet alios celos: sed mouetur. Et sol in medio cōsistens planetaꝝ tres hz sub se. s. lunam mercuriū ⁊ uenerem.

Tres supra se scilicet martẽ:iouem:z saturnum. Elementa omnia in hoc uno conueniũt:quia sũt in materia corruptibili:sed in triplici differentia. Nam supremum scilicet ignis ẽ lucidũ:in quo ẽt reperitur uestigium trinitatis. Nã est in eo considerare essentiam:splendorem:z calorem:z essentia non procedit a suo splẽdore sed ecõuerso. Et calor a sua essẽtia z splẽdore:ita pater a nullo procedit:filius a patre:sps sanctus ab utroqz. Et hi tres unũ sũt:unus est ignis. Medium elementũ qõ est duplex:ẽ dyaphonũ.i.transparẽs.s. aer z aqua. Et in aqua est uestigiũ trinitatis perpulchre.s.in aqua q̃ egreditur e terra ut i fonte:z trãsit eadẽ i substãtia p aqueductũ:z extẽditur in riuũ seu fluuiũ:vna est aq̃ seu unus fõs:z tñ fõs nõ procedit a cõductu:sed ecõuerso sic filius a pre:qui solus coopertus ẽ carne nãa:vñ et ipse dicit. Ego quasi aqueductus z̃.eccl̃i.xxiiij. Filius procedit ab vtroqz:sic sps sanctus qui dr fluuius paradisi fm b. Aug. Ultimũ elementũ ẽ terra:q̃ ẽ in se obscura. Et hec triptita:qz i asiã:europã: z aphricã vna ira z tres eius ptes. Sic hi tres unũ sũt. In elementatis pz:qz qõlibet est unũ repñtans patrez. Unde hilarius. In pre unitas:z aliquam spez hñt p formã suã:z ad aliquid ordinãtur. Secũdum repñtat filiũ:z finis spm scm. Ad qõ facit qõ dr Sapie. Oia in põdere:numero: z mẽsura constituisti dñe. Ois.n. res ẽ vna numero. Mensuram hz determinate pfectionis p formã suã:p quam i specie cõstituitur. Pondus suũ ẽ finis ad quez ordinatur. Et sic hi tres unũ sũt. Sicut ergo ecclesia militãs hic ẽ regina stãs ante deũ a dextris uirtutũ in vestitu deaurato sapie:circũdata uarietate statuũ. Sic z eccl̃ia triũphãs astitit ut regina mũdi a dextris dei.s.ciuitate superna:i uestitu deaurato gl̃ie:que i tribus cõsistit repñtantibus sãctissimaz trinitatẽ.s.uisione:tentione:z fruitione sãctissime trinitatis:circũdata uarietate pmiorum. In qua existẽtes dicere ualent. Sicut audiuimus sic vidimus z̃.

Titulus undecimus. De dono intellectus.

Donũ intellectus ultra lumen nature necessario a deo petitur. Capitulum primum.

Anus tue fecerũt z plasmauerũt me. Da mihi intellectũ:ut discã mandata tua.p̃s. cxviij. Manus dñi sunt nõ corporales:sed spuales.s. sapiẽtia z vtus eius. Et iste fecerũt z faciũt quẽlibet hoiem sicut z alias creaturas quo ad corpus per ppagationẽ a parẽtibus. Et ipsũ pmũ hoiem fecẽ de limo terre.geñ.i. Et plasmauerũt z plasmant quãlibet aiam de nouo creando ex nihilo.i. non ex aliqua alia re:z infundit. Unde illa sca mulier dicebat filiis suis exhortãs ad patiam. Filij nescio qũo in vtero meo apparuistis. Neqz spm z aiam donaui vobis:z singulorz membra non ego ipsa cõpegi:sed est mundi creator. Hinc z.b. Iero. in epla cõtra Ruffinũ. Inter illas secreti uentris angustias:dei manus semper operatur:idemqz creator corporis pariter z aie. Noli despicere bonitatem figuli qui te plasmauit:z fecit ut uoluit. Jpse dei uirtus z sapia. di. lvi. nasci. Quãuis ãt hõi sit datum lumen naturale ad intelligendum q̃ agenda sunt fm dictamẽ rõis in uita politica:tñ quia hõ ordinatur ad quodã bonum: qõ excedit naturalem cognitionem.s.supernam bitudinez: iõ indiget quodam lumine supernaturali ad intelligendũ que fm fidem proponuntur. Et hoc uocatur donum intellectus:qõ qz ex nobis nõ est:psalmista postulat a deo sibi dari dicens. Da mihi intellectũ:vt discam mandata tua.p̃s.cxviij. Mandata dei sunt non solum de agendis fm decalogũ fm illud Mat.xix Si uis ad uitaz ingredi: serua mandata. Sed ẽt z de credendis iuxta illud Jo. iij. Creditis in deum:z i me credite:ait xp̃s: quia non solũ mysteria diuinitatis sed ẽt humanitatis christi nobis mandatur credere. De sperandis datur mandatum. p̃s.lxi. Sperate in eo omnis congregatio populi:que figurabatur i spe bonorum temporalium in veteri testamento p̃missorũ. Mandatur dilectio dei z proximi. deutero. vi. quod in nouo testamento inducitur z firmat. Mat.xxij. z Luc.x. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo:z ex tota anima tua:z ex oi mente tua:z proximum tuum sicut te ipsum. Jsta mãdata presupponuntur ad decalogum:non ibi cõtinentur:z ad ista intelligenda intime ut credẽda z seruanda indiget homo dono intellectus. Omnis qui audit a patre meo z didicit:hic uenit ad me:ait xp̃s. Jo. vi. Fides autem ex auditu: auditꝰ per uerbum dei. Ro.x. Sed non sufficit credere auditis:immo oportet adiscere per donuz scilicet intellectus capere ut agenda. Et sic venit ad christum consequendo eternum premium secundum illud. Intellectus bonus omnibus faciẽtibus eũ: laudatio eius manet in seculum seculi.

Sed ad tollendũ :§III equiuocationem sciendum q̃ intellectus sumitur multipliciter. Naz aliquando intellectus dicitur ipsa anime essentia:denominatur eniz anima ab intellectu quasi a sua principaliori uirtute. sicut dicitur in principio de anima:q̃ intellectus est quedam substantia. Angeli etiam dicuntur intellectus seu intelligentie. Secundo dicitur intellectus quedam potentia anime distincta contra uoluntatem. Et iste intellectus distinguitur realiter in duas potentias scilicet intellectum agentem: z intellectum possibilem. Unde dicit philosophus in tertio de anima:q̃ necesse ẽ esse i anima has differẽtias intellectum scilicet possibilem z agentez.

Capitulū Primum.

Intellectus ãt possibilis diuiditur in tres ſm tres ſtatus eius. Qñqz.n.eſt in potẽtia tm̃:7 ſic dr̃ itellectus possibilis. Qñqz in actu primo:qui eſt ſcia 7 ſic dr̃ intellectus in habitu. Qñqz i actu. Secũdo qui eſt cõſiderare:7 ſic dr̃ intellectus i actu ſeu intellectus adeptus. De predictis habes in ꝓma pte. Tertio dr̃ intellectus quedã uirtus intellectualis:q̃ dr̃ habitus principiorũ:que per ſe ſũt nota ſiue ſpeculabiliũ:ut de quolibet eſt affirmare uł negare:de neutro ãbo. Omne totũ eſt maius ſua pte vel practicabiliũ:ut malũ eſt fugiendũ:nulli eſt iniuria facienda 7 hꝰ. Quarto mõ dr̃ intellectꝰ una ps prudentie ſm Macrobiuz:quã Tulliꝰ uocat intelligentiam:de hoc dicit phs in.vi.ethi. q̃ ẽ cognoſcitiuus extremi.i.alicuius primi ſingularis 7 contingentis opabilis ꝓpoſitiõis.ſ.minoris:quã oz eſſe ſingula rem i ſilogiſmo prudẽtie. Hoc ãt ꝓ mũ ſingłare eſt aliquis finis ſingularis. Eſt ergo iſte intellectus q̃dã recta eſtimatio de aliquo particulari fine:vt uerbi gr̃a. Ratio in operando ꝓmo ſumit uniuerſalẽ:utputa. Omne malũ eſt fugiendum. Intellectus iſte ſumit minorẽ ſub iłła dicẽs. Cõmittere hũc actum fornicationis qui mẽti occurrit ẽ malũ. Et prudentia cõcludit:ergo hec fornicatio fugiẽda. Quinto dr̃ intellectus quoddaz donũ ſps ſãcti:qui iportat quãdam acutam penetrationẽ diuinorum uel agendorz ſecũdum rr̃as diuinas. Et de iſto nunc agitur.

De dono itellectus dr̃ Jſa.xi. Requieſcet ſuper eũ ſps dñi ſpus ſapiẽtie 7 itellectus 7c. Et de iuſto dr̃. Repleuit euz dñs ſpu ſapie 7 intellectus:ſtolã gł̃e induit eum. Pro cuius declaratiõe dicit.b.Tho.ſecũda ſecũde.q.viij.arti.i.q̃ nomen intellectus iportat quãdam intimã cognitionẽ. Dr̃.n.intelligere quaſi intus legere. Et hoc maxime apparet ꝓſiderãtibus dr̃iam itellectus 7 ſenſus. Nã cognitio ſẽſitiua occupatur circa qualitates ſẽſibiles exñores. Cognitio ãt intellectiua penetrat uſqz ad eſſentiam rei. Obiectũ.n.itellectus ẽ qđ quid eſt:vt dr̃ in.iij.de aia. Sũt ãt multa genera eorz que interius latẽt: ad que oz cognitionẽ hois q̃i itrinſecꝰ penetrare. Nã ſub accidẽtibus latet nã rerũ ſubstãtiał. Sub verbis latẽt ſigñata uerborz. Sub ſiłitudinibus 7 figuris latet ueritas figurata. Res.n.intelligibiles ſũt q̃i interiores reſpectu rerũ ſenſibiliũ:que exterius ſentiũtur. Et in cãis latent effectus 7 ecõuerſo:vnde reſpectu horz omnium põt dici itellectꝰ. Sed cũ cognitio hois a ſenſu incipiat q̃i ab exteriori:manifeſtũ eſt q̃ q̃to lumen intellectus ẽ fortius:tãto magis põt ad intima penetrare. Lumẽ ãt nãle noſtri intellectus eſt finite uirtutis. Unde uſqz ad determinatũ aliquid pertingere põt. Indiget ergo hõ ſupnaturali lumine:ut ulterius penetret ad cognoſcendũ quedã que per lumen naturale cognoſcẽ non ualet. Et illud lumẽ ſupnãle hõi datũ vocatur donũ intellectꝰ. Et cũ potentia intellectus hẽat duos actus. ſ.ꝓcipere 7 diiudicare. Donum intellectus ordinatur ad percipiendũ diuina 7 agenda in ordine ad deum. Sapie donũ ordinatur ad actum iudicandi de eis ſecũdũ rões ſeu regulas diuinas. Sed ſcientie donum ſecũdũ regulas humanas id eſt rõnis:7 i hoc differunt.

Rõ ãt quare hoc donum dr̃ donuz intellectus potius q̃ rõis eſt iſta ſecũduz.b. Tho.ubi ſupra. Diſcurſus rõis ſemper incipit ab intellectu:7 terminatur ad intellectum ex aliquib⁹. Rõcinamur enim procedendo ex quibuſdam itellectis. Et tũc rõnis diſcurſus perficitur:quando ad hoc peruenimus:ut intelligam⁹ id quod priꝰ erat ignotũ. Q̃ ergo rõcinamur ex aliquo itellectu procedit. Sed donum gratie non procedit ex lumine naturelimo ſuperadditur ei quaſi perfitiens ipſũ:7 iõ iſta ſuperadditio non dr̃ rõ ſed magis intellectus: qz ita ſe hz lumen ſuperadditum ad ea que nobis ſupernaturaliter inoteſcunt:ſicut ſe hz lumen naturale ad ea que ꝓmordialiter cognoſcimus.

Rõ ẽt quare aliquod donum dicatur intellectus: 7 nullum uoluntas:cũ tñ intellectus diſtinguatur contra uoluntatem:ut patet in.iij.de anima: eſt iſta ſecundũ.b.Tho.ubi ſupra:quia volũtas nominat ſimpliciter appetitiuũ motum abſqz determinatione alicuius excellentie. Sed intellectꝰ nominat quandam excellẽtiam cognitionis ſcilicet penetrandi ad intima. Ideo ſupernaturale donũ magis nominat nomine intellectus q̃ uolũtatis.

Quomodo donũ intellectus ſimul maneat cum fide. Ad quod ſciendum opus eſt duplici diſtinctione ſecundum beatuz Tho.ſecunda ſecunde.q.viij.arti.ij. una eſt ex parte fidei:alia eſt ex parte intellectus. Ex parte fidei diſtinguendum eſt:q̃ quedam per ſe 7 directe cadunt ſub fide:que naturalẽ rationez excedunt:ſicut deum eſſe trinum 7 unum.7 filium dei eſſe incarnatum. Quedam uero cadunt ſub fide quaſi ordinata ad iſta ſecundum aliquẽ modum:ſicut ſunt omnia que in ſcriptura diuina cõtinentur. Ex parte uero intellectus diſtinguendũ qz dupliciter poſſumus aliqua intelligere. Uno modo perfecte: quando ſcilicet pertingimus ad cognoſcendum eſſentiam rei intellecte:7 ipſaz ueritatem enuntiabilis intellecti:ſecũdum q̃ in ſe ẽ. 7 hoc modo ea que cadũt ſub fide directe nõ poſſumus intelligere durante ſtatu fidei. Sed quedã alia ad fidem ordinata etiam hoc modo intelligi poſſunt. Alio modo cõtingit aliquid iutelligi imperfecte:quando ſcilicet ipſa eſſentia rei uel ueritas propoſitionis ñ cognoſcitur quid ſit:aut qũo ſit:ſz tm̃ cognoſcitur q̃ ea que exterius apparẽt: ueritati nõ cõtrariantur:in q̃tum hõ intelligit q̃

propter ea que exterius apparent: non est recedē dum ab his que sunt fidei. Et secundū hoc nihil ꝓhibet durante statu fidei: intelligere ea ēt que p se sub fide cadunt. Fides āt que connumerat ab apl̄o iter. xij. fructus sp̄us ad gal. v. non est fides que est uirtus theologica: sed est quedam certitudo eorum que sunt fidei: que habetur per donuz intellectus. Est autem intellectus donum non solum speculatiuus: sed ēt practicus. Unde in ps c. x. Intellect⁹ bonus oibus faciētibus eū. Qō sic declarat. b. Tho. secūda secūde. q. viij. ar. iij. Donū intellectus nō solū se hz ad ea que ꝓmo ⁊ ꝓncipaliter cadūt sub fide: sed ēt ad oia q̄ ad fidē ordinātur. Opationes āt bone quēdā ordinē hñt ad fidē. Nā fides p dilectionē opatur: vt dī ad gal. v. Et iō donū itellectus ēt ad quedā opabilia se extēdit. Nō q̄dē ut ꝓncipal⁹ circa ea v̄setur: sed i q̄tū i agēdis regulamur rōibus etnis: quib⁹ cōspicien dis ⁊ cōsulēdis iberet supiorē rō: vt ait. b. Augu. q̄ dono itellectus pficit. Quāuis āt rō nālis dirigat hoiem i actibus hūanis: tñ rla humanoꝝ actuuz ē nō solū rō hūana: sed ēt lex eterna. Lex āt etna excedit rōez hūanam nālē. Et iō cognitio humanoꝝ actuū ꝑm q̄ regulātur a lege etna: excedit rōnē naturalez: ⁊ indiget supernāli lumīe doni sp̄s sancti intellectus vel alterius.

Est āt donū itel .§.IIII.

lectus i oibus hñtibus gr̄az gratū facientē: ⁊ extra gr̄am exist̄tib⁹ abest. Primū sic ꝓbat Tho. scōa secūde. q. viij. ar. iiij. In oibus hñtibus gr̄am neccē ē eē rectitudinē uolūtatis: q: p gratiā reparatur volūtas hoīs ad bonū: vt dic. b. Aug. uolūtas āt hoīs nō pōt recte ordinari i bonū nisi ꝑexistente aliq̄ cognitiōe v̄itatis: q: obiectū volūtat⁹ ē bonū itellectum: vt dī i. iij. de aīa. Sicut āt p donū charitatis sp̄us. s. ordinat volūtatē hoīs: ut recte moueatur i bonū quoddā supnāle: ita p donum itellectus illustrat mentē hoīs: vt cognoscat ueritatē quādā supernālē: i quā oz tēdere uolūtatē rectā. Et iō sicut i oibus hñtibus gratiā ē donū charitatis: ita ⁊ donū itellectus. Et q̄uis aliq̄ hñtes gr̄az gratū facientē possint pati hebetudinē circa aliq̄ que sūt ꝓter necessitatem salutis tamen circa ea q̄ sūt de necessitate salutis sufficiēter īstruūt a sp̄u scō: ꝑm illud vnctio docet nos de oibus. i. Joā. ij. Quāuis. n. ñ oēs hñtes fidē plene itelligāt ea q̄ ꝓponūtur credēda: itelligunt tñ ea esse credēda: et q̄ ab eis ꝓ nullo est deuiandū. Et qō. b. Greg. ait i. ij. moral. q̄ gīa itellect⁹ ⁊ alioꝝ donoꝝ aliq̄n uti liter hñtibus gr̄am subtrahitur: qñq̄z. n. dū aīm⁹ ad sublimia itelligēda se i elatione erigit: i reb⁹ uilibus ⁊ imis hebetudie pigrescit: nō sic est itelligēdum q̄ donū itellectus subtrahatur sc̄is q̄tuz ad neccia ad salutē: dū in sc̄itate manent: sz circa alia interdū subtrahitur: vt ñ oia ad liquidū penetrare possint ꝑ itellectū. Et hoc ut subtrahat eis mā ⁊ occasio superbie. Secūdū āt. s. q̄ donū intellectus non hēant extra gratiā cōstituti: sic ꝓbat. Dona sp̄s sācti: ut supra dictū ē perficiūt hoīem: ꝑm q̄ ē bñ mobilis a sp̄u scō. Sic ergo itellectuale lumē gīe ponit donū itellectus: i quātū itellect⁹ hoīs ē bñ mobilis a sp̄u scō. Hoc āt motus considerātio i hoc ē q̄ hō apꝓhēdit v̄itatē circa finē. Uñ nisi usq̄ ad hoc moueat itellectus hūanus a sp̄u scō: vt rectā estimationē de fine hēat: nōdū ē assecutus donū itellectus: q̄tūcūq̄ ex illustratiōe sp̄s alia quedā pābula cognoscat. Rectā aūt extiationē de ultimo fine non hz: nisi ille q̄ circa finē non errat: sed ei firmit̄ iheret tanq̄ optimo. Et hoc ē solū hñtis gr̄am gratum facientē. Sic ēt in moralibus rectā extimationē hz hō ō fine ꝑ hītum uirtutis. Uñ donū itellect⁹ sine gr̄a gratū faciēte hēri non pōt. Et qō. b. Aug. dicit: ꝓuolat itellect⁹ sequit tardus aut null⁹ effectus. Uocat. b. Aug. itellectum quādam mētis illustrationē: que tñ nō pertingit ad perfectā rōnem doni itellectus. Sed cū mens hoīs deducitur usq̄ ad hoc: ut hēat rectā extimationē circa finem: tūc sequitur affectus: qō fit donum itellectus. Qō ēt dē dañ. iij. Intelligentia opus est i uisione: s. ꝓphetica. Talis intelligētia non est donū itellectus: sed quedam mentis illustratio ad intelligendū que prophetis reuelantur: qō pōt esse cōe bonis ⁊ malis. Sed illustratō mentis circa extimationē rectam de ultimo fine: solum cōuenit bonis: que pertinet ad donū intellectus Et quāuis donum itellectus cozrñdeat uirtuti fidei ⁊ eā ꝓesupponat: non tñ sequitur q̄ sic fides pōt esse sine gratia gratū faciente: ut fides i formis: ita ⁊ donum itellectus. Et rō diuersitatis est: q: fides solū importat assensū ad ea que ꝓponūtur credenda: qui pōt esse per aliquam illustrationē mentis absq̄ gr̄a. Sed donuz itellectus importat quandam perceptionem ⁊ penetrationez ueritatis circa finem ultimū que non pōt esse sine gratia gratum faciēte. Quō āt differat intellect⁹ a sapia: ⁊ scia a consilio, dictum est supra.

Et secunduz. b. .§.V.

Greg. sicut sapie opponitur īsipiētia uel stulticia: que facit peruerse iudicare circa cōem finem uite i. vltimum finem. Sic econtra sapia facit rectum iudicium circa uniuersalē cām ⁊ finem ultimum deum: ⁊ scie dono opponitur ignorantia: ꝑ quaz hō non hz rectū iudicium circa particulares cās i. creaturas. Et cōsilio precipitatio opponitur: ꝑ quam homo ad actionem procedit ante deliberationē rōis. Ita intellectui opponitur hebetudo: hebetudo enim acuitati opponitur. Dicitur autem per similitudinem intellectus acutus: quando potest penetrare ad intima cozum: que ꝓponuntur. Et quāuis donū itellect⁹ circa ꝓncipia

ꝑma sit: aliꝫ tamen q̄ intellect⁹ vr⁹ itellectual'. Nā intellectus uirtus ē habitus naturalis primoꝝ principioꝝ cognitiōis que ꝑ se nāliter cognoscūt. Intellectus donū ē hitus primoꝝ principioꝝ cognitiōis nō naṫalis ſz gratuite: aliꝫ tñ q̄ fides. Nā ad fidē pertinet assētire solū talib⁹ ꝓncipijs cognitionis gratuite. i. articulis fidei. Ad itellectū uero donū ptinet penetrare ea q̄ dicūt fidei. Et i cognitiōe siue practica siue speculatia eoꝝ q̄ sūt fidei itellectus penetrat: ſz sapia de eis iudiciū prestat.

Huic dono itel ¶. VI.

lect⁹ cōnūdet sexta b̄itudo ſz. b. Aug. ſ. Bīi mūdo corde ꝛc̄. mat. v. Et hoc ꝓuenīēter q̄tū ad meritū: qō est mūditia cordis: ⁊ q̄tū ad premiū qō ē visio dei ſm. b. Tho. secūda secūde. q. viij. ar. vij. Et quātū ad meritū sciendū q̄ duplex est mundi tia. Una preābula ⁊ dispositiua ad dei uisionem. Et hec ē depuratio affectus ab iordinatis affectionib⁹. Et hec mūditia cordis fit ꝑ uirtutes q̄ pertinēt ad uiz appetitiuā: ut tēperātia: fortitudo: ⁊ iustitia. Alia mūditia cordis ē: q̄ ē q̄i cōpletiua respectu uisiōis diuie. Et hec ē mūditia mētis depurate a fātasmatibus ⁊ erroribus: ut. ſ. ea q̄ ꝓponūtur de deo: nō accipiātur ꝑ modū corporaliuz fātasmatū aut ſz hereticas puersitates. Et hāc mūditiā facit donū itellect⁹. Silr ē duplex uisio dei: una q̄dē pfecta: qua uidetur deus ꝑ eēntiaz. Alia uero ipfecta ꝑ quā ⁊si nō vídeam⁹ de deo q̄d sit: videmus tñ q̄d nō est. Et tāto deū i hac vita pfectius cognoscim⁹: q̄to magꝭ itellectus nī cognoscit deū excedere: q̄cq̄d itellectu cōprehendit. Utraq; d ei uisio ptinet ad donū itellect⁹. Prima cōsumatiue ſm q̄ hētur i patria. Secūda inchoatiue ſm q̄ hētur uisio de deo in uia.

De scripture sacre nobilitate: qualitate: ⁊ utilitate. Capitulum secundum.

Eclaratio sermonū tuoꝝ illumiat: ⁊ itellectū dat parvulis. ꝑs. cxviij. Sermōes dei de q̄b⁹ ꝑs loquitur sūt v̄ba sacre scripte: q̄b⁹ nobis locutus ē deus ꝑ ꝓphetas vt i veteri testō: vel ꝑ se icarnatū ⁊ aplos eius vt i nouo. Sz teneb: osa aq̄ i nubib⁹ aeris iq̄t ꝑs. xxvij. i. obscura scia i ꝓphetis: qz oia i figurā contigebant illis. Jn nouo ꝛ̄ dixit x̄ps Jo. vi. Uerba q̄ loquor uobis: ſps ⁊ uita sūt i. ſpualit̄ itellecta: viuificabūt vos. Caro ñ ꝓdest q̄cq̄. i. supficialit̄ itellecta: nō ꝓfitiūt hōi: ut illud qō dixerat de sacramēto corporis sui. Nisi mādu caueritis carnē filij hois ꝛc̄. qz aliqui ex discipulis ſm litterā supficialit̄ itellexerūt: scādalizati sūt: sic ⁊ oēs heretici errauerūt nō itelligētes scripturas. Ad capiendū igitur cognitionē ⁊ uerā noticiam de his q̄ sūt i scriptura: ſps sāctus ꝑ donū itellectus mēti declarat sermōes dei. Uñ ⁊ de saluatore dī. luc. vl. q̄ postq̄ resuscitatus apparēs discipulis comedēs cū eis ait. Hec scripta sūt ꝛc̄. Et tē apperuit illis sensū: ut itelligerent scripturas: q̄s ſ. exponebat eis. De ipsa igitur scriptura sacra q̄ cōtinet sermōes dei: uidendū de qua in dictis uerbis. ꝑs. Tria uidentur notari. Primo innuit eximia auctōitas. ibi. declaratio sermonū tuoꝝ. Secundo conceditur magna utilitas. ibi. illuminat. Tertio exigitur ad eam plurima humilitas. ibi. i tellectum dat parvulis.

Auctoritas scrip ¶. I.

ture maior esse non pōt: qz. ſ. ē a deo reuelata. Jō dicit declaratio sermonū tuoꝝ: qui. ſ. sūt a te deo ꝓferente. Ut. n. ait petrus in canonica secunda. Sp̄u sācto inspirati locuti sunt oīes sācti dei homines. ſ. auctores librorū sacre pagine. Et. b. paulus ad hebre. i. Multiphariā multisq̄ mōis oliz deus loquēs patribus in ꝓphetis. ſ. i veteri testō: nouissime diebus istis locutus ē nobis i filio. Dic ēt. b. Ambro. in epla ad col'. ait. Dis rō superne scie uel terrene creature in eo est: qui est caput earū ⁊ auctor: vt qui hunc nouit: nihil ultra q̄rat: quia hic est perfecta uirtus ⁊ sapia: quicquid alibi queritur hic perfecte inuenitur. Jn daniele et salomone infidelibus se esse auctorem totius sapientie: quod infideles non putant: quia non legūt i euangelis ⁊ prophetijs astrologiaz ⁊ alia huius modi: que despecta sunt: quia nihil ualent ad salutem: sed mittunt in errorem. Et qui his studēt curam anime non habent. distinc. xxxvij. ¶. hinc etiam filius. Et quia deus est uerax: omnis autē hō mēdax. ꝑs. cxv. Dic ē q̄ doctrine hominuz reperiuntur cum admixtione alicuius erroris. Sed doctrina sacre scripture plēa ueritate: quia a deo qui mentiri non potest. Jo. xvij. ait christus. Sermo tuus ueritas est. Unde Crisosto. dicit: q̄ sicut sacerdos ē debitor: ut ueritatē quā audiuit a ꝺo ſ. i scriptur⁹: libē ꝑdicet: ita ⁊ laic⁹ ē ꝺbitō vt v̄ita tē quā audiuit a sacerdote ꝓbatā i scriptis: defē dat fiducialit̄: qō si nō fecerit: prodibit ueritatē. De auctoritate ⁊ veritate eius habetur. Q̄ nulla falsitas insit scripturis sacris nec liceat dubitare de ueritatte eius: ostendit beatus Augustinus dicens i epistola ad Hiero. Si ad scripturas sacras admissa fuerint uel officiosa mendacia: quid in eis remanebit auctoritatis: que tandem de scripturis illis proferetur: cuius pondere contentiose falsitatis obseretur improbitas. distin. ix. Jn decretis. Idem. Beatus. August. di. eadem Quis nesciat sacram scripturam canonicam: tām ueteris q̄ noui testamenti certis terminis suis contineri camq̄ posterioribus omnium episcoporun litteris ita preponi: vt de illa dubitari aut disceptari non possit: vtrum verum vel vtrum rectum sit quicquid in ea constiterit.

Secundum.s.ma §.v.

gna utilitas scripture sacre pz ex effectu: qz illuminat. Ad quod ẽt facit qđ idem. ps ait. ps. cxviij. Lucerna pedibus meis uerbũ tuum ⁊ lumẽ semitis meis. Et petrus in canonica sua. Bẽtis ꝓpheticum simonẽ: cui benefacietis attendentes quasi lucerne lucenti in caliginoso loco. Et lz scie secula res ẽt illuminãt i mltus: Alit tñ ⁊ alit. Ille q̃dẽ ut nocti lucẽt in nocte: ⁊ interpellatim. Hec ãt sacra doctrina ut radius a sole iustitie ꝓcedẽs dño deo sẽper ⁊ totum orbẽ. Illuminatio siquidẽ illarum sciaruz defectibil̃ est: qz siue speculatiue siue sint practice ut morales: tñ ordinat hoiem ad felicitatẽ: que in pñti hẽri põt politicã vel speculatiuaz: non ãt futurã quam nõ nouerũt auctores illarũ. Unde.b. Hiero. tractãs illud eccs. x.c. Labor stulto rũ perdet eos: qz nescierũt pergere in ciuitatez. Nominat ibi plures phos: platonẽ: aristotelem: permenidẽ ⁊ alios: quos stultos appellat: qz non hũerunt rectum iudiciũ de vltimo fine deo. Naz ⁊si multũ laborauerũt in speculãdo ⁊ inquirẽdo veritatẽ in multis: tñ ex suo labore nõ reportauerunt fructũ uite eterne sed perditionis. Et hoc qz nescierũt pergere in urbẽ supernã. Non. n. eorũz doctrine hñt tale lumen: sed sapia que utiqz est sacra scriptura perducit ad claritatẽ eternã: docẽs copiosissime de vltimo fine vbo deo ⁊ uerissimo: ⁊ mõ perueniendi ad eũ consequẽduz: qui est lux vera ⁊ indefitiẽs. Ubi notandũ q̃ tria debent cõsiderari. Primũ ẽ: q̃ perfectio hois ꝓsistit i imitatione dei: que ẽ per dilectionẽ. Secũdum est: q̃ dilectio presupponit cognitionẽ. Tertium ẽ: q̃ cognitio ordinata ⁊ vera de deo ⁊ diligẽdis bẽtur p scripture sacre lectionẽ uel auditionẽ non sciaruz seculariũ. Primo ergo sciendũ: q̃ imitatio dei ad quẽ pz posse hõ dz tendere: ⁊ perfectio eius simpl̃r est per dilectionem. Unde aplus ad ephe. Imitatores dei estote sicut filij carissimi. Et q̃si moduz docens huius mediate subdit. Ambulate i dilectione: sicut ⁊ xps dilexit vos. Sil̃r cũ xps dixisset discipulis. Estote perfecti sicut ⁊ pater uester perfectus ẽ. Mat. v. Subdidit exemplum de dilectione nõ solũ amicorũ sed ⁊ inimicorũ: exẽplo dei qui solẽ suũ oriri facit sup bonos ⁊ malos materialit̃ ⁊ spualit̃. Et apls ad col. iij. Sup oia charitatem bẽte que ẽ vinculũ perfectionis. Secũdo cõsiderandum q̃ dilectio presupponit cognitionẽ: seu ex cognitione generatur. Nã obiectũ uolũtatis cuius est dilectio est bonum cognitũ. Unb. Aug. Inuisa diligere possumus: incognita neq̃ q̃. Est. n. i aia nostra quoddã matrimoniũ spuale: in quo vir est itellectus: vxor: voluntas: que sterilis permanet: nisi itellectus in ea semen iactet cõceptum. s. suum. Unde ⁊ xps dixit samaritane: ut apta fieret ad hũdam aquã suam promissam: q̃ salire facit i uitam eternã. s. gr̃iam. Uoca uirũ tuũ ⁊ veni huc. Jo. iiij. i. representa intellectum suum: ut exponit. b. Aug. ut. s. itelligas vere ⁊ spualiter nõ carnaliter. Nam illũ hoiem cum quo in fornicatiõe manebat: nõ erat suus vir. i. legitimus maritus: unde nõ illũ dixit vocare: hic ẽ. n. error seu falsus intellectus qui seminat i carne: ancilla. i. in sensualitate generat illegitimos filios malo: quibus non debetur hereditas gl̃e: cũ non sit i eis aqua gr̃ie: sed de carne metit: ⁊ reportat corruptionem ⁊ eternã dãnationem. Post quiqz igit uiros legitimos. i. post sequelã quinqz sensuũ: secunduz quoz appetitum operatur hõ ante usũ rõis ⁊sine peccato: ⁊ iõ ut viri legitimi dz ĩmediate p ueniens ad usũ rõis uti uero itellectu nõ erroneo obumbrato. Et talis itellectus obj̃ciens uolũtati verũ conceptũ: ginit bonos effectus: ⁊ parit filios bonorũ operum. Quod tertio aduertendum sequetur permaxime dilectio i volũtate generata ex deo principaliter operãte ⁊ ipa assentiẽte: quia hõ hominem generat: ⁊ sol ex studio sacre doctrine. Et propterea dr̃ uerbũ scripture: quod ẽ uerbum dei ignitum ⁊ ignis: qz ignẽ inducit charitatis in aia. ps. cxviij. Ignitum eloquiũ tuũ vehemẽter. Et dñs per Hiere. xxxiij. c. Nunquid uerba mea non sunt quasi ignis. Exemplum in duobus discipulis euntibus in emaus dicentibus postea. Nonne coz nostrum ardens erat in nobis: dum nobis loq̃ret i uia. Luc. ul. Et deutro. xxxiij. c. dr̃ In dextera eius ignea lex. i. in xpo lex charitatis Uidemus enĩz p experiẽtiã: q̃ discipulus ad magistrum ⁊ doctrinam eius multum afficitur: ⁊ in eius doctrina delectatur ⁊ firmatur: ⁊ quasi vnit̃ spiritus eĩ ad eum. Sic ad ꝓpositum. Cum scriptura sacra sit de deo sine aliq̃ errore: ⁊ plenissime de eo quod potest sciri de ipso: in pñti tractet ò dilectione ⁊ alijs virtutibus. Alie aũt scie diminute ⁊ cũ erroribus. ⁊ doctores ⁊ auctores eaz fuerunt cõiter vicioſi: ⁊ multa etiam friuola ⁊ noxia habeãtur in talibus doctrinis lasciua ⁊ ꝓtra fidẽ Jõ studendo in eis: afficitur mẽs studentis ad talẽ ⁊ reueretur: ⁊ ò ueritate fidei vacillat. Sed ex studio sacre scripture afficitur ad deũ ⁊ ad sanctos q̃ ediderunt libros: ⁊ charitate iflammat ex illuminatiõe de deo ex ipa habita. Unde dr̃ de sapiẽtia q̃ vt dictuz est: permaxime in scriptura sacra infinitus thesaurus est hominib⁹: quo qui vsi sũt ptici pes facti sunt amicitie dei. Declaratio ergo ꝓmonũ illũinat intellectũ etiam ò altissimis. Sicut ãt intellectus est nobilissima potẽtiarũ: ita ⁊ opatio eius ⁊ illuminatõ pfectissimuz op⁹: hinc nobilissimũ intellectum non voluntatẽ per ꝓius non tpes natura: verbũ eternuz: ait. Jo. dñici cardinalis in quodam ope suo: quod appellauit noctiluca: i tellectiuo actu ꝓcedens a patre: lumen de lumine in homie nasciturus assumpsit id: aptius ceteris

tradentibus.b. Aug.⁊ magistro sententiaruz. In huius potentie actu: veritas prima:presentis vite pariter ⁊ future: vno eodemq; sermone determinauit vltimã felicitatem consistere:dicens. Jo. xvij. hec est vita eterna:ut cognoscant te solũ ꝺeuz ⁊ quem misisti iesum christum. Hunc primum ⁊ supremum doctorem: post iucundam ⁊ longam de vita beata inquisitionem:in ultimo de ciui. ꝺi b. Aug.secutus inquit. Ultio est tota merces. Hec etiam ueritas philosophos non latuit. Nam eorum precipuus plato:beatitudinem locauit i participatione diuini luminis:teste.b. Aug.in. xix. de ciui. dei:cui ⁊ ipse assentit. Ultra enim lumen diuinum quo tantus doctor poliebat:non ignorabat ab Aristotele iam forte validissimis rõibus demonstratum: voluntati anteponendum eẽ nobilitate ⁊ opere humanum intellectum.

Sequẽdo igitur §.III.

ãtiq; doctoꝝ gymnasia ꝓbata et uera:fateamur oportet:in parte intellectiua tanquã in sublimiori fastigio:culmen felicitatis viatoꝝ possibilis ⁊ ꝓ prijs naturalibus consequende certius obseruari Sic lego in Geneſis principio:felicem Adam positum in paradiso vt operaretur scilz speculando vtiq; non quãlibet creaturam sistens in ea:sed sic ex tota mole tendens in deum: ut non solum clamaret:quod iam per fidem inspiratam tenebat. Unus ergo princeps: sed ultra progressus noscẽt attributa:⁊ forsitan nationes:illud apostolicum probaturus. Jnuisibilia dei a creatura per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Mirabiliter ergo ⁊ copiosissime sacra scriptura de omnibus illuminat. Unde.b. Aug.qui ꝓ ipsi velatũ uili pendebat aspectum: postmodum intellectus sui detecta caligine:ad Uolusianuz scribens:dicebat de ea. Tanta est latinarum profunditas litteraꝝ: ut in eis quottidie proficerem:si eas solas ab ineũte puericia usq; ad decrepitam senectutem:maximo otio:summo studio:meliori ingenio:conarer addiscere. Jn quibus latet altitudo sapie:ut i nouissimis:acutissimis: fragrantissimis:cupiditate discẽdi hoc contigat:qõ eadem scriptura quodaz loco habet. Cum consumauerit homo:tunc incipiet. Jtem in lib.de doctrina christiana. Quicqd homo extra didicerit:si noxium est: hic damnatur. Si utile est:hic inuenitur. Et cum ibi quisq; inuenerit omnia que utiliter alibi didicit:multo abundantius inueniet in ea:que nusquã alibi inuenire potuit: Hieronymus cui prius post lias Ciceronis sermo huiusmodi horrebat incultus: verberatus ab angelo ⁊ illuminatus: aiebat. Si iuxta Paulum apostolum christus est dei virtus ⁊ dei sapia:ignorantia scripturarum est ignorantia christi:di. xxxvij. legimus. Et in multis ca. p totum. Hinc ⁊ Grego.i moral. Sacra scriptura omnes scientias locutionis sue more transcendit: qz in uno eodemq; sermone:dum narrat gestum prodit mysterium. Et sicut sapientes mysterijs exercet:sic superficie simplices refouet. Habet enim in publico. vnde paruulos nutriat ⁊ seruat:⁊ in secreto vnde mentes sublimium admiratione suspendat. Uerum quia aliqui huic uere assertiõi obsistunt:asserentes voluntatem et actus eius intellectiue potentie cum operationibus eius anteferri:contra quos bellat sctus doctor.b. Tho.in iij. ↄ gentiles:cum palma etiam:si hoc esset verũ: nulla scriptura iam docz recte amare: ⁊ uoluntatem in omnibus dirigere sicut sacra doctrina: ut pz in libris sapientialibus:precipue Salomonis. Unde Hiero.ad demetriadem. Diuinas scriptas sepius lege:immo nunquã de manibus tuis sacra lectio deponatur. Scio in scripturis diuis ꝑ quas solas dei potes cognoscere uoluntatem:prohibẽi quedam:precipi quedam:concedi quedam:suaꝺ ri nonnulla. Prohibẽtur mala:precipiuntur bõa conceduntur media:persuadent perfecta. Ad idẽ Crisſ. super Mat. Jn scripturis sacris ignorans i uenit quid discat:contumax quid timeat. Laborans ꝑmia:pusillanimis mediocris iusticie cibos: qui ⁊si pinguem non faciunt animam:mori tamẽ non permittunt. Qui autem magni animi ẽ:iuenit ibi spirituales escas: que ducant eum prope ad angelorum naturam. Qui uero est a diabolo vulneratus:inuenit sibi cibos medicinales ⁊ salutem per pñiam. Jtem Hugo in lib.de anima ait. Nihil in hac uita dulcius sentitur:nihil auidius sumitur:nil ita mentez ab amore mundi separat: nil ita cõtra temptationes animum roborat:nil ita hominem excitat ⁊ adiuuat ad omne opus:⁊ ad oẽm laborem: sicut studium sacre scripture. Hec ergo doctrina: ⁊ illuminat intellectum:⁊ inflammat affectum. Unde Jsido.in lib.de summo bono. Lectio sanctarum scripturarum geminuz confert donum:qz mentis intellectum erudit:⁊ a mundi vanitatibus abstractum hominem ad dei amorem perducit: Quid ergo prodest in mundanis proficere doctrinis ⁊ inanescere in diuinis:caduca sequi figmenta:⁊ celestia fastidire? Hec oia Joannes dominica ubi supra. Ad hoc facit quod ait Aristotelis in lib.de uegetabilibus. Tria sũt: ut ait Empedocles: in tota rerum varietate precipua scalet nobilis affluentie contemptus: future felicitatis appetitus:⁊ mentis illustratio:quoruz primo nihil honestius: secundo nihil felicius. Tertio ad amborum adeptionem nihil efficacius. Sed nulla doctrina ita illustrat.

Exigitur autẽ ad. §.IIII

noticiam huius sacre doctrine humilitas. Unde subdit. Intellectum dat paruulis. ſ. propria extinctione. Et hoc est quod ait christus: Matbe. xi.

Abscondisti hec a sapientibus ⁊ prudentibus.s. ſm seculum sapientibus quo ad scientias naturales: prudẽtibus quo ad morales. Et reuelasti paruulis.s. humilibus. Ut enim dicit Greg. Nullum maius obstaculũ ueritati sicut superbia. Et Ptolomeus ait: q̃ inter sapientes ille sapientior: qui ⁊ humilior. Et in prouerbijs. xvi. c. Ubi humilitas ⁊ sapientia. Et q̃ auctões scientiarum secularium: fuerunt superbi: ut patet ad Roma. i. Dicentes se sapientes stulti facti sunt: in multis errantes. Et hinc est: q̃ scientia inflat ab inflatis tradita. Sed charitas: qua incaluerũt auctores sacrorũ librorũ: cum expositionibus eorum sanctis doctorib⁹: edificat: fundamentum iaciens in humilitate ad omnem ueritatem. Et sic deus emittit fontes virtutum in conuallibus humilitatis. Hinc ⁊ Petrus Damianus. Platonem latentis necesse secreta rimantes respuo: planetarum circulis metas: astrorũq̃ meatibus calculos affigentem: cuncta etiam sperici orbis climata radio distiguentem Pitagoram pupendo. Nichomacũ quoq̃ tritum ephemeridibus digitos abdico. Eclidẽ perplexis geometricalium figurarum studijs incuruumq̃ declino. Cunctos sane rhetores: cum suis coloribus et entimematibus distincte pretereo. Omẽs dialecticos cuz suis sillogismis ⁊ sophisticis cauillationibus indignos hac questione decerno. Tremãt cynici suam iugiter amare sapientie nuditatem. Querant peripathetici latentes in profundo putei veritatem. Ego summam a te ueritatem quero: illam videlicet que de terra orta est: non iam in puteo ignobiliter latitantem: sed de omni mũdi potestate regnantem. Quid mihi insanientiũ fabulosa comenta? Quid mihi tumentium tragediarum contorquata uel conturbata discrimina? Desinant comicorum turbe: uenena libidinum crepantibus buccis effluere. Lesset satyrorum vulgus: suos exclamatorie denunciationis amaris dapibus honerare. Non mihi Tulliani oratoris ac aurati lepide vrbanitatis trutinẽt verba. Nõ Demosthẽici rhetores captiose suadele argumẽta versuta componant. Cedant in suas tenebras oẽs terrene sapientie fecibus delibuti. Nihil mihi cõferant sulphureo caliginose doctrine splendore togati: christi me simplicitas doceat: verba sapientiz rusticitas ambiguitatis mee uinculum soluat: q̃ iuxta Pauli vocem placuit deo p stultitiam predicationis: saluos facere credentes. Littera que occidit: abscedat: spiritus uiuificator assistat. hec ille. Hinc ⁊ Aug. ad Dioscorum. Humilitati saluberrime: quam dominus noster iesus christus: ut docet humiliatus esset: maxime adueratur: quedam ut ita dixerim: imperitissima scientia: deum nos scire gaudemus: quid Anaximenes: quid Anaxagoras: quid Democritus senserit: ⁊ ceteri: ut docti ⁊ eruditi videamur.

Q̃ necessariũ fuit §. v.

ad humanam salutem: esse quandam doctrinam scõm diuinam reuelationem: que dicitur scriptura sacra. s. veteris ⁊ noui testamenti: preter physicas disciplinas: que ratione humana inuestigant probat. b. Tho. in prima parte summe. q. i. arti. i: Et hoc tripliciter. Primo quia homo ordinat a deo ad quendam finem: qui excedit comprehẽsionem humane rationis: ſm illud Isa. lxiij. Oculus non uidit deus absq̃ te que preparasti diligentibus te. Finez autem oportet esse precognitũ hominibus: qui suas ⁊ intentiones ⁊ actiones debent ordinare in finem. Unde necessarium fuit homini ad salutem: q̃ nota fierent ei quedaz per reuelationem diuinam: que rationem humanaz excedunt. Secundo: quia ad ea que etiam rõe humana de deo inuestigari possunt: fuit necessarium hominem instrui reuelatione diuina: ex eo q̃ veritas de deo per rationem inuestigata a paucis ⁊ per longum tempus haberi potest. Nã pauci sunt qui vacent studio litterarum: siue propter paupertatem: siue propter occupationes in alijs: siue propter ebetudinem ingenij. Qui etiam uacant in his: oportet per longum tempus studio intendere. Nam methaphysica que de deo docet ⁊ probat rationibus: est vltima physicarum doctrinarum: ⁊ presupponit alias sciencias prius pertempora acquisitas: vt ergo citius ⁊ cõmunius habeatur noticia de deo ⁊ alijs necessarijs ad salutem: necessarium fuit dari doctrinam sacre scripture: cuius omnes sunt capaces ⁊ cito: de his q̃ scire oportet de deo ⁊ agendis. Unde christus dixit apłis. Euntes in mundum vniuersum: predicate euangelium omni creature Marci vltimo: quia omne genus hominum est capax talis doctrine ⁊ cito. Tertio quia alie doctrine per rõnem habentur: ⁊ si multas veritates de deo ⁊ creaturis contineant: omnes habent admixtos errores: iuxta illud. Omnis homo mendax: ex eo q̃ ratiõe naturali innitũtur: que deficit sepe ⁊ precipue circa diuina. Unde ⁊ omnes philosophi inueniuntur errasse: circa ea: que sunt necessaria ad sciendum seu credenduz. Et ideo oportuit tradi doctrina in qua esset omnimoda veritas: sine admixtione alicuius erroris. cuius veritatis cognitione dependet tota salus hominis: que est in deo. Hec est autem scriptura sacra: que est a deo reuelata: qui mentiri non potest nec falli. Unde secure ⁊ sine aliquo dubio falsitatis ei inhereat: ⁊ ſm veritatem eius se dirigat circa diuina ⁊ humana. Et sic patet q̃. preter scientias philosophicas: fuit necessarium ⁊ utile haberi doctrina sacre scripture. vt citius cõmunius ⁊ certius habeatur noticia de deo: ⁊ alijs necessarijs ad salutem. Unde ij. ad Thimo. iij. dicit apostolus. Omnis doctri

na diuinitus reuelata vtilis est ad docendum: ad arguendum: ad corripiendum: ad erudiēduz ad iusticiam. Et quanuis ea que traduntur in scriptura sacra: sint supra hominis rationem: non tñ ea querendo sit contra illud Eccī. iij. Altiora te ne quesieris: quia non queruntur ratione demonstratiua vt in metaphisica inuestigando: sed fide humiliter suscipiendo.

Q sacra doctri §. VI.

na est scientia: et vna et speculatiua et practica Primum sic declarat beatus. Tho. in prima p te. q. j. Duplex est genus scientiarum. Quedam enim sunt que procedunt ex principijs notis lumine naturalis intellectus: sicut arithmetrica et geometria et huiusmodi. Quedam sunt que procedunt ex principijs notis lumine superioris sciētie: sicut musica procedit ex principijs notificatis per arithmetricā. Et hoc secundo modo doctria sacra est scientia: procedens ex principijs notificatis per arithmetricam: lumine superioris scientie que est dei et beatorum. Unde sicut musica credit nō probat principia sibi tradita ab arithmetica et ex illis procedit ad argumentandum: ita sacra doctrina credit principia a deo reuelata: vt sunt articuli fidei: ex quibus argumentat et probat p tinentia ad christianam religionem. Et cum scientie non sint singularium sed vniuersalium: in sacra doctrina multa singularia ponuntur. vt de gestis. Abraham: ysaac ꝛ aliorum: non quia de eis principaliter tractetur: sed introducuntur in exemplum uite: sicut in scientijs moralibus: ac ēt ad ostendendam auctem virorū: p ꝙs reuelatio a dō ad nos processit. Hec est illa scientia de qua dī in libro sapientie. viij. c. Uani sunt omnes hoīes in quibus non subest scientia dei. Est āt una scientia hec doctrina: secundum vnam formalem rationem obiecti: quia quecunq; considerat in ea tradita: considerat sub hac vna ratione: inquātū sunt diuinitus reuelata. Quanuis enim hec doctrina tractet de deo et creaturis: non tamē ex quo sed principaliter de deo: de creaturis autem secūdū ꝙ referuntur in deum vt ad principium vel finem. Unde sapientie. x. figulariter dicitur: dedit illi scientiam sanctorum. Licet autem in alijs scientijs alia sit speculatiua alia practica scientia: tamen sacra doctrina conprehendit sub se vtrunq;: sicut et deus: cuius scientia est eadem scientia qua se cognoscit: et ea que facit. Magis tamen ē speculatiua ꝙ practica: quia principalius agit de rebus diuinis ꝙ de actibus humanis: de quibus agit: secundum ꝙ homo ordinatur per eos ad p fectam dei cognitionem in qua beatitudo eterna consistit.

Q hūius sciētie §. VII

subiectum sit deus: sic declarat. b. Tho. vbi supra articulo. vij. Sic se habet subiectum ad scientiaz: sicut obiectum ad potentiam uel habitum. Proprie autem assignatur obiectum alicuius potentie uel habitus illud: sub cuius ratione omnia referuntur ad illam potentiam uel habitum: sicut homo et lapis referuntur ad potentiam: uisus in ꝙtum sunt colorata, Unde coloratū est obiectū visus. Omnia autem que tractantur in sacra scriptura tractantur sub ratione dei: uel quia sunt ipse deus: uel quia habent ordinem ad deum ut principium finem. Unde sequitur ꝙ vere deus sit subiectum in hac scientia. Et hoc etiam patet ex principijs huius scientie: que sunt articuli fidei: q̄ est de deo. Idem autem est subiectum principioꝝ ꝛ totius scientie: cum tota scientia virtute contineatur in principijs. Patet etiam hoc ex nomie. Dicitur enim ista scientia theologia: a theos quod est deus et logos qō ē sermo q̄i fmo de deo. Et ꝙ uis in qualibet scientia supponatur de subiecto quid est. In sacra autem doctrina hoc non supponitur: quia nō potest scōm Da. de deo sciri quid est in presenti: tamen utimur in hac doctrina effectu eius: uel nature uel gratie loco diffinitionis ad ea que de deo in hac doctrina considerantur: sicut in aliquibus scientijs phicis demonstratur aliquid de causa per effectum accipiendo effectū loco diffinitionis cause.

Hec doctrina §. VIII.

nobilior est ceteris scientijs: ꝛ sapientia permaxie dicitur. Q sit nobilior alijs scientijs sic probatur b. Tho. vbi supra arti. v. Cum ista scientia sit speculatiua ꝛ practica: quantum ad aliquid transcēdit omnes alias scientias tam speculatiuas ꝙ practicas. Scientiarum enim speculatiuarum: una ē altera dignior: tum propter certitudinem: tum p pter dignitatem materie. Et quantum ad utrūq; hec scientia omnes speculatiuas scientias excedit. Et fm certitudinem quidem: qz alie scientie hñt certitudinem ex lumine naturali rationis humane que pōt errare. Hec autem ex lumine diuine scientie que decipi non potest. Secundū autem dignitatem materie: quia ista scientia est de his principaliter que sua altitudine rationez transcēdūt. Alie vero scientie considerant tantum ea que rationi humane subduntur. Quantum autem ad practicas scientias. Illa est dignior: que ad utiliorem finem ordinatur: sicut ciuilis militari. Nā bonum exercitus ad bonum ciuitatis ordinatur. Finis autem huius doctrine in quantum est practica: est beatitudo eterna ad quam sicut ad ultimum finem ordinantur omnes fines aliarum scientiarum practicarum. Et sic fm omnem modū est omnibus dignior. Unde alie scientie dicuntur

ancille eius. hec autem domina. Juxta illud pro uerbio. ix. Sapientia edificauit sibi domum ⁊c. misit ancillas suas vocare ad menia ciuitatis dubi tari Et quanuis de pncipijs aliarum scientiarum non possit: sed de principijs huius scientie que sūt articuli fidei ab aliquibus dubitetur: non propt hoc est minus digna alijs. Nam nihil prohi bet quod est certius secundum naturam: esse mi nus certum quo ad nos: quod contingit propter debilitatem intellectus nostri: qui se habet ad ma nifestissima rerum: sicut oculus noctue ad lumen solis: vt dicitur in. ij. methaphysice. Unō dubita tio que accidit aliquibus circa articulos fidei: nō est propter incertitudinem rei de qua est: sed pro pter debilitatem intellectus nostri: ⁊ tamen mini mum quod potest haberi de cognitione rerum altissimarum: est desiderabilius q̄ certissima co gnitio que habetur de infimis rebus: ut dicitur in. xi. de animalibus. Q̄ etiam hec scientia ac cipiat aliqua a philosophicis disciplinis: vt patet in libris sc̄oz doct. bea. Augusti. b. Hieron. et aliorum: qui multa inducunt testimonia ⁊ decla rationes ⁊ philosophis et hnicis: hoc non est qua si necessario eis indigeant: sed ad maiorem mani festationem eorum que in hac scientia tradūtur. Non enim accipit sua principia ab alijs scientijs: sed immediate a deo per reuelationem. Et ideo non accipit ab alijs scientijs tanquam a superiori bus: sed utitur eis tanquam inferioribus ⁊ ancil lis: sicut architectores utuntur subministrationi bus: ⁊ ciuilis militari. Et hoc ipsum q̄ sic utitur eis: non est propter defectum vel insufficientiam eius: sed propter defectum intellectus nostri: qui ex eis: que per naturalem rationem ex qua proce dunt alie sc̄ie cognoscuntur: facilius manuduci tur in ea que sunt supra rationem que traduntur in sacra scriptura.

Doctrina sacre §. IX.

scripture permaxime dicitur sapientia. Unde De uteronomij. iij. in principio legis dicitur. hec est uestra sapientia ⁊ intellectus coram populis. Et ut dicit beatus Thomas in prima parte. q. p̄ma articulo. vi. Inter omnes sapientias hūanas nō solum in aliquo genere tantum: sed simpliciter ē maxima sapientia: huius ratio est. Cum sapientis sit ordinare ⁊ iudicare. Judicium autem per al tiorem causam de inferioribus habeatur. Ille sa piens dicitur in vnoquoq3 genere qui altissimaz causam iudicat illius generis. Sicut in genere edi fitij: artifex qui disponit formam edificij domus: dicitur sapiens architectus: respectu inferiorum artificum qui dolant lapides et parant cementū. Unde dicitur. i. Corinthi. iij. vt sapiens architec tus fundamentum posui. Et in genere totius hu mane vite prudens dicitur sapiens: in quantum ordinat humanos actus ad debitum finem. Un de dicitur prouerbio. x. Sapiētia est viro prudē tia. Ille igitur qui considerat simpliciter altissi mam causam totius vniuersi que deus est: maxie sapiens dicitur: ūde ⁊ sapientia dicitur esse digni or cognitio que habeatur: secundū bea. Augusti. xij. de trini. Sacra autem doctrina: proprijssime determinat de deo: secundū q̄ est altissima causa quia non solum quantum ad id quod est per cre aturas cognoscibile: quod philosophi cognoue runt: sc̄om illud ad Roma. i. Quod notum est dī manifestum est in illis idest quod cognosci potest de deo per naturalem rationem fuit illis notum. Sed etiam quantum ad id quod est notum sibi soli de se ipso ⁊ alijs per reuelationem cōmunica tum: sc̄om illud. i. Corin. xi. Quod oculus non ui dit: nec auris audit: nec in cor hominis ascendit: que preparauit deus diligentibus se: nobis re uelauit deus per spiritum suum. Unde hec doctri na sacra: non supponit sua principia ab aliqua scientia humana ut dictum est supra: sed a scien tia diuina a qua sicut a summa sapientia omnis nostra cognitio ordinatur. Nec ad eam pertinet probare principia aliarum scientiarum: sed solū iudicare de eis. Quicquid enim in alijs scientijs ē uenitur contrarium huic doctrine: totum condē natut ut falsum: sc̄om illud. ij. Corinth. x. Arma nostra scilicet scripture sacre non sunt carnalia: sed spiritualia deo: consilia destruentia: ⁊ omnē altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei. Et ut agnoscatur differentia huius sapien tie idest doctrine a sapientia que est donum spi ritus sancti. Sciendum est: q̄ cum iudicium ad sapientem pertineat sc̄om duplicem modum iu dicandi. Sic dupliciter dicitur sapientia. Uno e nim modo contingit aliquem iudicare per modū inclinationis: sicut qui habet habitum uirtutis recte iudicat de his que agenda sunt secundum il lam virtutem: in quantū ad illa inclinatur. Alio modo contingit aliquem iudicare per modum cognitionis: sicut aliquis bene instructus in scien tia morali. bene iudicare potest de actibus virtu tum: etiam non habeat habitum earum. Primo ergo modus iudicandi de diuinis pertinet ad sa pientiam que est donum: secundum illud. i. Cor. ij. Spiritualis omnia iudicat. Sed secundus mo dus iudicandi de diuinis pertinet ad hanc doctri nam que sapientia dicitur: fm q̄ per studium ha betur: lz eius p̄ncipia per reuelationem sint.

Doctrina sacre §. X.

scripture est argumentatiua. Unde dicit aposto lus ad Thimoth. i. Amplectētē eum qui secun dum doctrinam est fidelem sermonem: ut potēs

sit exhortare in sana doctrina ut eos qui ꝯdicunt arguere. Pro cuius declaratione sciendum secundum bea. Tho. in prima parte. q. i. arti. viij. Sicut alie scientie non argumentantur ad sua principia probanda: sed ex ipsis principijs argumentatur ad aliqua alia ostendenda in ipsis scientijs. Ita hec doctrina non argumentatur ad sua principia probanda que sunt articuli fidei sed ex eis ꝓcedit ad aliquid aliud ostendenduz. Sicut apostolus .i. ad Corinthi. xv. Ex resurrectione christi argumentatur ad resurrectionem communez probandam. Sed tamen considerandum q̄ in scientijs philosophicis inferiores scientie nec probant sua principia: nec contra negantem sua principia disputant: immo hoc relinquunt superiori scientie. Suprema vero int̄ eas que est methaphysica disputat contra negantem sua principia: si aduersarius aliquid cōcedat. Si autem nihil cōcedit: non potest cum eo disputare: potest tamen soluere rationes ipsius. Unde cum sacra doctrina non habeat superiorem scientiam: disputat cum negante sua principia: arguendo quidem si aduersarius aliquid concedat eorum que per diuinam reuelationem habentur: sicut per auctoritates sacre scripture disputatuz contra hereticos. Et per unum articulum disputamus contra negantem alium. Si vero aduersarius nihil concedat eorum que sūt diuinitus reuelata sacra scriptura ut pagani: non remanet amplius uia ad probandum articulos fidei per rationem: sed ad soluendum rationes si quas inducit contra fidem. Cum enim fides infallibili veritati innitatur. Impossibile autem sii uero demonstrari contrariū: manifestum est probationes que contra fidem inducuntur: non esse demonstratiuas: sed argumenta solubilia. Non ergo ex argumentis humane rationis proceditur ad probandum que sunt fidei: sed ex articulis fidei argumentatur per hanc doctrinam ad alia probāda. Et sic non est contra qō ait. b. Ambro. Tolle argumenta vbi fides queritur quia loquitur de argumentis rationis humane ad probandum fidem. Et notandum diligenter secundum bea. Thom. ubi supra: q̄ argumentari ex auctoritate: est maxime proprium huius doctrine: eo q̄ principia huius doctrine ex reuelatione habentur: & sic oportet q̄ credatur auctoritati eorum quibus reuelatio facta est. Nec hoc derogat dignitati huius doctrine. Nam licet locus ab auctoritate qui fundatur super reuelatione humana sit infirmissimus: vt de hoc loquitur Boetius dum dicit: locum ab auctoritate debilissimum. Locus tamen ab auctoritate que fundatur super reuelatiōe diuina: cuiusmodi est auctoritas sacre scripture: est efficacissimus. Utitur tamen doctrina sacra ratione humana: non quidez ad probanduz fidem: quia per hoc tolleretur meritum fidei: sed ad manifestandum ea que tradūt in hac doctrina. Cum enim gratia non tollat naturam sed perficiat: oportz q̄ naturalis ratio subseruiat fidei: sicut & naturalis inclinatio uoluntati charitati obsequitur. Unde apostolus. ij. Corinthio. decimo. In captiuitatem redigentem omnem intellectum in obsequium christi. Et inde est q̄ etiā auctoritatibus philosophoz sacra doctrina utitur: qui per rōem nālem veritatem cognoscere potuerunt. Sic Paulus act. xvij. inducit verbum arati dicens. Sicut et quidam poetaz vestrorum dixerunt: genus dei sumus. Sed tamē sacra doctrina his argumentis utitur quasi ex traneis argumentis et probabilibus. Auctoritatibus autem sanctorum doctorum utitur: quasi arguendo ex proprijs sed probabiliter. Innititur enim fides nostra reuelationi apostolis et prophetis facte: qui canonicos libros scripserunt non autem reuelationi si qua fuit alijs doctoribus facta. Unde dicit bea, Aug⁹. in epistola ad hieronymum. Ego solis eis scriptoribus qui iam canonici appellantur didici: hunc timorem honoremq̄ referre: ut nullum eorum scribendo errasse audeam: credere. Aut si in eis aliquid offendero, quod videatur contrarium ueritati: nihil aliud q̄ uel mendosum esse codicem: uel non esse assecutum interpretem quod dictum est: uel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego ut quantalibet sanctitate quantaue doctrina polleant: non idco verum putem: quia ita ipsi senserint: sed quia mihi per alios auctores uel canonicas uel probabiles rationes q̄ a uero non abhorreant persuadere poterunt. Hec ille. Et habetur di. ix. Ego. Idez in tertio de trini. in prologo. Noli meis litteris quasi canonicis scripturis inseruire sed in illis quodcunq̄ credebas: cum inueneris incunctanter crede. In istis autem quod certum habebas nisi certum intellexeris noli firme tenere. o. e.

Doctrina sacra .§.xi.

vtitur metaphoris. Unde dominus dicit Osee xij. Ego visionem multiplicaui eis: & in manibus prophetarum assimilatus sum. Tradere autem aliquid sub similitudine: pertinet ad methaphoram. Qō autem sit conueniens sacre scripture tradere diuina & spiritualia sub corporalium methaphoris sic probat bea. Tho. in prima parte q. i. articulo. nono. Deus omnibus prouidet: secūdum q̄ competit eorum nature. Est autem naturale homini: vt per sensibilia ad intelligibilia de

ueniat: quia omnis nostra cognitio a sensu habz initium. Unde conuenienter nobis in sacra scriptura: sub methaphoris traduntur diuina ⁊ spiritualia. Et hoc est quod dicit Diony. in li. cele. hierarchie. Impossibile est nobis aliter lucere radiū diuinum: nisi veritate sacrorum velaminum circunuelatum. Conuenit etiam hoc sacre scripturē: quia communiter ipsa proponitur tam rudibus q̄ doctis: secundum illud Ro. i. Sapientibus ⁊ insipientibus debitor sum: ut ergo saltim uel sic rudes capiant diuina ⁊ spiritualia: qui ad intelligibilia secundum se capienda non sunt idonei: conuenienter sub similitudinibus rerum corporalium: spiritualia in scriptura sacra traduntur. Et quāuis poetica que est infima scientiarum utatur methaphoris: non tamen eadem ratione qua et sacra doctrina que est maxime digna super alias. Triplici autes ex causa vtit̄ q̄s methaphorica locutione: videlicet propter representationem: propter necessitatem: ⁊ propter vtilitatem: propter primam causam utitur poetica methaphoris scilicet propter representationem ut delectet. Representatio enim est homini delectabilis. vnde ⁊ meretricule dicuntur precipue poetica: quia demulcent aures: ⁊ delectant legentes. Propter secundam autem causam: ⁊ tertiam: sacra doctrina utitur methaphoris principaliter: ⁊ si hoc etiam d̄lectet propter necessitatez: uidelicet: quia vt dictū est aliter non possent homines precibus rudes capere spiritualia: nisi per similitudines rerum materialium. Nec ex hoc radius diuine reuelationis destruitur propter figuras sensibiles quibus circū uelatur: vt dicit Dionysius: sed remanet in sua veritate ut mentes quibus reuelatio fit non permittat in similitudinibus remanere: sed eleuet eas ad cognitionem intelligibiliū. Et per eos quibus reuelatio facta est: alij etiam circa hoc instruantur. Unde ea que in uno loco traduntur sub methaphoris: in alio loco expressius exponuntur: Propter utilitatem etiam quod est tertia causa methaphorarum: sacra doctrina utitur methaphoris: ut quia ipsa ocultatio veritatis sub figuris est vtilis ad exercitium studiosorum: ut manibus fricantes spicas laborando ad latentia grana perueniant more discipulorum. Unde reficiantur: ⁊ d̄ obtrusis fauorum cellulis mel educentes: spiritū super mel dulcem degustent fideles: qui forte de apertis locutionibus fastidirent. Tum etiam quia per hoc occultatur veritas infidelibus: ne ea que sunt fidei irrideant. vnde ⁊ christus ait Mathei septimo. Nolite sanctum dare canibus neq; mittatis margaritas uestras ante porcos: quia scilicz secreta fidei in fidelibus non sunt pandenda: vt exponit Origeñ. distinc. xliij. In mandatis. Notandum etiam sicut docet Dionysius in. ij. capit. cele. hierarchie: q̄ magis conueniens: q̄ diuina nobis tradantur sub similitudinibus vilium corporum q̄ nobiliorū: triplici ex causa. Primo quia per hoc magis liberatur animus noster ab errore Manifestum enim apparet: quia hec secundum proprietatem non dicuntur de diuinis: quod posset esse dubium: si sub figuris nobiliorū corporū diuina traderent: maxīe apud illos q̄ nihil aliud a corpib' nobilibus excogitare nouerit. Secundo q̄ h̄ mod' ē conuenientior cognitioni quā d̄ deo habemus in hac uita. Magis enim manifestatur nobis in uita ista quid non est: q̄ quid est. Et id̄o similitudines illorum que magis elongātur a deo ueriorem in nobis faciunt extimationem de deo: q̄ sit supra id quod de eo didicim' uel cogitamus

Tertō per huiusmodi uilia magis ocultantur indignis.

De quadruplici .§. XII.

sensu seu modo exponendi sacre scripture scilicz literali: allegorico: tropologico: ⁊ anagogico. Unde versus. Littera gesta docet quid credas allgorica. Moralis quid agas: quo tendas anagogia. Sicut verbi gratia. Hierusalem secundum naturalem sensum cum de ea agitur in scriptura: significat ciuitatem quandaz que destructa fuit a romanis pricipibus. Secundum allegoricuz sensum significat ecclesiam. Secundum tropologicum designat animam. Secundum anagogicum insinuat supernam patriam. Unde Gregori. dicit in. xv. moral. q̄ sacra scriptura omnes scientias ipso locutionis sue more transcendit: quia vno eodēque sermone: dum narrat gestum: prodit mysterium .i. innuit spiritualē itellectū ut dicet Pro cuius declaratione dicit bea. Tho. in parte. q. p̄ma artic. decimo: q̄ auctor sacre scripture deus est: in cuius potestate est: vt non soluz voces accommodet ad significandum: quod etiam homo facere potest: sed etiam res ipsas. Et ideo cum in omnibus sciētijs voces significent: hoc habet proprium ista scientia: q̄ etiam res significate per uoces etiam aliquid significant. Illa ergo significatio prima: qua uoces significant res: pertinet ad primum sensum qui est sensus historicus seu litteralis. Illa vero significatio qua res significate per voces significant alias res: dicitur sensus spiritualis: qui fūdatur super litteralem: ⁊ eum supponit. Hic autez sensus spiritualis triphariam diuiditur. Sicut enim dicit apostolus. Lex vetus figura est noue legis. Et ipsa noua lex est figura future glorie: vt dicit Diony. In noua etiam lege ea que in capite sunt gesta: sunt signa eoꝝ que nos rgere debem'.

Secundum ergo ea que sunt ueteris legis significant ea que sunt noue legis: est sensus allegoricus Secundum uero ea que facta sunt in christo: uel significant christum: sunt signa eorum que nos agere debemus: est sensus moralis. Prout uero significant que in futura gloria: est sensus anagogicus. Quia uero sensus litteralis est ille quem auctor intendit: auctor autem sacre scripture deus est: qui omnia simul suo intellectu cōprehendit: non est inconueniens: ut be. Aug. dicit i. xij. cōfess. si etiam secundum sensum litteralem in vna littera sacre scripture plures sensus reperiuntur. Sicut uerbi gratia. Illud quod a deo dicitur: ij Reg. vij. de filio dauid salomone. Ego ero illi in patrem: ipse erit mihi in filium ꝛc. dupliciter exponitur secundum litteram: vno modo de christo idest dei filio incarnato. Et ad istum intellectum inducit apostolus ad Hebreos. i. auctoritatem ad probandum christum dei filium: procedendo secundum sensum litteralem dicte auctoritatis. Nam allegoricus non est argumentatiuus. Et quod sequitur in textu. Si quando deliquerit arguam eum in virga uirorum: si referatur ad christum: intelligitur de corpore eius mystico. Vl̄ referetur solum ad Salomonem. Alio modo ad litteram exponitur de Salomone: qui fuit filius dei per adoptionem dum bonus fuit. Et ex uerbis sequentibus arguunt aliqui Salomonem. et si a deo auersus propter amorem mulierum. tandem ad eum reuersum per penitentiam: ꝛ punitum in virga virorum insurgentium contra eum Unde subditur. Misericordiam autem non auferam ab eo. Notandum etiam: ꝙ cum beat⁹ Augustinus dicat: ꝙ illud quod vetus testamentum continet: traditur quadriphariam scilicet secundum historiam: secundum etymologiam: secundum anagogiam: ꝛ secundum allegoriam: ut dicit be. Thom. Prima tria pertinent ad sensum litteralem. Nam historia est: vt dicit bea. Augustinus cum simpliciter aliquid proponitur. Etymologia: cum causa dicti assignatur: sicut cum dominus assignauit causam quare mox permisit dari libellum repudij: scilicet propter duritiam cordis eorum: Matbei. xix. Anagogia uero est: cum ueritas unius scripture ostenditur ueritati alterius non repugnare. Allegoria autem quam quarto loco ponit: comprehendit alios tres sensus scripture: scilicet et Anagogicum: ꝛ Allegoriam

Item sensus parabolicus sub litterali sensu continetur. Nam per uoces significatur aliud proprie: aliud figurate: nec est litteralis sensus Ipsa figura: sed significatum per figuram. Non enim cum scriptura nominat brachium dei: est sensus litteralis de membro corporali ei⁹ sed de virtute operatiua sua. Et similiter quod christus in parabolis ait de vinea culta: et agro sato: et nuptijs et huiusmodi: ad sensum litteralem pertinet: id quod christus intendebat per illas parabolas: ut de ecclesia uel uerbo predicato et huiusmodi. Siquis autem exponeret parabolam de vinea de anima in particulari: iam ille esset sensus tropologicus seu moralis. Nec oportet omnem auctoritatem scripture aut etiam historiam exponere secundum istum quadruplicem sensum: sed modo secundum vnum: modo secundum alium: ut dicit. Origen. tractās illud de archa Noe. ꝙ erat hic camerata et tricamerata. Et quod dicit beatus Gregorius n moralibus: uel alij doctores ꝙ aliquando scriptura non potest intelligi secundum litteram: intelligitur secundum superficiem seu corticem littere non ꝙ scriptura in omni parte sua habeat intellectum uerum litteralem: qui non occidit sed viuificat. Sicut uerbigratia: cū ait psalm. lxxviij. Comederunt iacob ꝛc. secundum litteram idest corticem littere nusquam inuenitur iacob comestus: et ideo non potest intelligi hoc secundum litteram idest corticem littere. Sed sensus litteralis est: ꝙ populus ille iudeorum: dictus Jacob quoniam ab eo descendit: fuit pluries propter peccata sua quasi ad nihilum deductus diuersis flagellis sicut id quod comeditur ad nihilum deducitur. Item ex multiplicitate horum sensuum nō sequitur aliqua confusio in sacra scriptura: cum omnes sensus fundetur super unum scilicet litteralem. Ex quo solo potest trahi argumentum. Non autem ex his que secundum alium triplicez sensum dicuntur: ut dicit beatus Aug. ad Uincentium donatistam. Nec tamen ex hoc deperit aliquid sacre scripture: quia nihil sub spirituali sensu continetur fidei necessarium. quod scriptura alibi per litteralem sensum non tradat. Sicut uerbigratia: ad ostendendum ꝙ christus voluntarius accessit ad passionem: est figura: qz Jsaac permisit se sponte ligari ab abraam ad victimandum sed istud expresse: habetur Jsa. liij. vbi dicitur. Oblatus est quia ipse voluit ꝛc. Et quod Hieronymus ait ad Paulinum: ꝙ vitiosissimum genus dicendi est deprauare scripturas: et ad sensum suum scripturam trahere

etiam repugnantem: uidetur intelligendum quo ad expositionem scripture lr̃alē: nā quo ad sensū spūalē oīs expositio scripture fundata ī vitate fidei: ⁊ ꝯgruēter aptata bona ē: ⁊ oēs doctores talibus vtunt̃. Qñqꝫ ēt id qd̄ male gestū ē ꝑm litterā seu historiā: significat spūaliter aliquid bene factum: ut dicit. b. Grego. in moral̃. Quid enī scelestius dauid in adulterio ⁊ occisiōe vrie? Et quid fidelius vria? et tñ ut ip̄e exponit dauid significat deū: ⁊ vrias ppl̃m iudeoꝝ reprobatū.

De septē regulis. §. XIII

que ab aliquibus dicūt̃ claues: qꝛ per eas aperitur intellect⁹ in multis: ad intelligendū scripturas sacras: q̄s ponit Isido. in p̄mo libro de sūmo bono. Et. b. Aug. in lib. de doctrina christiana. Et dicit eas fuisse tyconij: ut refert Nico. de lira ī ꝓlogo super penthatheuchon. Qui ēt dicit: ꝙ uolenti ꝓficere in studio sacre scripture: necessariū est incipere a sensu litterali: qꝛ ille est fundamentum: et ex solo illo argumentari potest circa dubia fidei: ⁊ moꝝ: nō ex sensibus spiritualibus. Est ḡ prima regula seu clauis sapientie de dño iesu xp̄o: et eius corpore mystico quod ē ecclesia: qꝛ per cōnexionez capitis ad corpus sacra scriptura sub vno ꝯtextu: quasi sub eadez persona aliqñ loquit̃ de vtroqꝫ: d̄ uno transiens ad aliud: v̄bigratia: Isa. lxi.. Induit me uestimentis salutis: ⁊ indumēto iusticie circūdedit me quasi sponsū d̄coratū corona: ⁊ quasi sponsā ornatā monilibus suis. Qꝛ enī dicit quasi sponsū loquitur de christo. Et qd̄ seq̄t̃ quasi sponsā ornatā monilibus suis: intelligit̃ de ecclesia. Sil̃r quod dicitur Cant. i. Osculetur me osculo oris sui: qꝛ meliora sunt vbera eius uino. Quod dicit osculetur me osculo oris sui: verbuz est sponse frui sponso desiderantis. Quod autez subdit: qꝛ meliora sunt vbera eius vino: verbum est sponsi ecclesiā cōmendantis: siue de duobus p̄ceptis dilectionis: e quibus elicitur lac refectiōis pure: superantis vinum mundane delectationis. Siue intelligatur de duobus testamentis scripture. Unde exprimitur lac doctrine excedentis secularem omnem scientiam. Secūda regula ē de corpoꝛ̄ domini mystico vero ⁊ simulato. Eccl̃ia enim est sagena nondum tracta ad littus: continens pisces bonos ⁊ malos permixtos: sed separādos ab inuicez in fine mundi: vt dicitur ꝑabolice Mathei. xiij. Et ideo ī sacra scriptura mali commendantur cum bonis quibus sunt permixti: sicut Osee. xi. Israel ⁊ dilexi eam. Et ecōuerso: aliqñ boni vituperantur cum malis: sicut Isa. i. Cognouit bos possessorē suum: ⁊ asinus presepe dñi sui: Israel autem non cognouit me. Aliquado in eodem contextu exprimitur quid ad bonos pertineat quid ad malos: sicut Canti. i. Nigra sum sed formosa sicut tabernacula cedar: sicut pelles Salomonis. Uerba sunt sponse ecclesie: que ratione maloꝝ dr̄ nigra: ⁊ rōe bonoꝝ fōmosa. Et qd̄ subditur pro exēplo. Sicut tabernacl̃a cedar. hoc refertur ad malos. Ex cedar enī descenderūt sāraceni nigri vitijs. Quod additur: sic̄ pelles salomonis: applicatur ad bonos. Salomon significat h̄ deū. Pelles tabernaculi qd̄ postea transiuit ī templū quibus cooperiebatur iacinctine ⁊ rubricate sunt virtutes sapientie ⁊ charitatis: que opit multitudinem pc̄coꝝ. Tertia regula est de spiritu ⁊ littera: ꝑm ꝙ accipitur sub eadem littera sensus historicus ⁊ mysticus: qꝛ veritas historie est tenenda: ⁊ ad spiritualem sensum referenda. Sic̄ apostolus loquens ad Gal̃. iiij. dicit Is qui ꝑm carnē natus est. i. ismahel: persequebatur eum qui ꝑm spiritum natus est. i. Isaac: trahendo eum seu allitiendo ad malū. Et figurat spiritualiter malos ī ecclesia persequi bonos: saltem moribus prauis. Potest ēt aliter exponi dicta regula: vt referatur utrūqꝫ ad sensū litteralem tm̄: qui qñqꝫ ē duplex. Sicut illud ꝙ dñs dicit. i. paralippo. xvij. Ego ero illi in patrem ⁊ ipse erit mihi in filiū. hoc intelligitur ꝑm lr̃am de Salomone ⁊ de christo: ut dictum est supra. Sed prout intelligitur de christo: potest esse sensus spiritualis: ꝑm quid: in quantuz scilicet christus fuit figuratus in Salomone.

probantur hi errores seu hereses. ꝑmo abbat̄ ioachim. extra de sū. tri. et fi. ca dānamus. Hic ioachim fecit libellum cōtra petrū lombardum ꝑ eo q̄ dicit in ꝓmo sen. Quedam sūma res est pat̄ filius ⁊ spiritussanctus: ⁊ illa non est generans nec genita nec ꝓcedens. appellās ex dictis vbis ipsum petrū hereticum et insanuz: eo q̄ nō est tā trinitatem q̄ quaternitatem astruebat i deo: videlz tres psonas: ⁊ illā cōem ēntiā q̄i quartā māifeste. protestās q̄ nulla res est que sit pater filiꝰ ⁊ spūssancꝰ q̄uis cōcedat q̄ ꝓr ⁊ filiꝰ ⁊ spūssanctus sint una essentia: una substātia: una nā. Unitatē hꝰ nec vaz ⁊ ꝓpriam: sed q̄i collectiuā ⁊ silitudinariā esse fatetur: quē admodū dicuntur multi hōies vnꝰ ppl̄s ⁊ multi fideles una ecclesia. Et infra. Nos autez inquit Innocētius tertiꝰ sacro approbāte ꝓcilio credim⁹ ⁊ ꝓfitemur una cū petro. s. pāto: q̄ una quedā sūma res ē icōprehensibilis q̄dē ⁊ ineffabilis pē ⁊ filius ⁊ spūssanctꝰ: tres simul psone: ac sigillatiz quelibet earūdē: ⁊ iō in deo solūmō trinitas ē: nō quaternitas: q̄ libet triuz personaz ē illa res. s. substātia essentia seu natura diuina q̄ sola est uniuersoz pricipiū. ꝓterq̄ aliud inueniri non pōt: ⁊ illa res nec generans nec genita: nec ꝓcedēs: sz ē pat̄ qui generat. filiꝰ q̄ gignit: spūssancꝰ q̄ ꝓcedit. vt distinctiones sint in psōis unitas i nā. Nec est hec vnitas in diuinis sicut in humānis ut dicebat ioachiz Nam cum christus ait de fidelibus ut sint unum sicut ⁊ nos unum sumus. Prima est unitas charitatis in gratia hec est fideliū. Secūda que est in personis diuinis est unitas idēritatis in natura: quenadmodū ⁊ alibi ipa ueritas ait. Estote uos perfecti sicut ⁊ pater uester celestis perfectus est. i. estote pfecti perfectione gē sicut pat̄ est perfectus perfectione nature. Ut heretica ergo damnat̄ sententia ioachim nō tñ ipe hereticꝰ iudicat̄: q̄ oia scripta sua supposuit iudicio ecclesie corrigenda Reprobatur etiam doctrina impij amalrici ut hererica ⁊ insana. Extra de sū. tri. ⁊ fi. ca. dānamus Huius errores ibi nō ponūtur: sed reperi in aliq̄ libello fuisse tales: uidelicet q̄ idee in mente diuina creant ⁊ creantur. Secundus q̄ dicitur deus finis omnium: pro eo q̄ omnia sūt reuersura ad ipsum in unum indiuiduum immutabile ⁊ fimū Tertius q̄ deus non uidetur in se: sed in creatur sicut lumen nisi in aere. Quartus q̄ si adam non peccasset: non fuisset distinctio sexus: sed fuisset multiplicatio hominū sicut angelorum. Quitus q̄ constitutus in charitate: nullum peccatū committit. Item extra de hereē: describūtur quedam secte hereticorum ⁊ reprobantur. Dicit enim ibi Greg. ix. Excōicamus ⁊ anathematizam⁹ uniuersos hereticos: gazeros: patarēos: pauperes ō lugduno: passaginos: ioseppinos: arualdistas: speronistas ⁊ alios quibuscūq̄ nomiuibus censeantur facies quidem habentes diuersas: caudas tamen adinuicem colligatas q̄ de uanitate procedunt i id ipm. Pauperes de lugduno habebant pluzes Et inter ceteros: q̄ in nullo casu licet iurare etiaz dicendo ueritatem. item q̄ non licet etiam iudici occidere malefactorem. Item q̄ non potest bonꝰ saluari tenendo fidem romane ecclesie. Item qō malus sacerdos non potest consecrare. Item qō ecclesia defecit tempore siluestri. Et plures alij errores. Et i. c. abolendam dicit lutius tertius. Uniuersos q̄ de sacramento corporis n sanguinis xp̄i uel de baptismo uel peccatoz confessione aut de matrimonio aut alīs ecclesiasticis sacramētis aliter sentire aut docere non metuunt: q̄ sacrosancta romana ecclesia predicat ⁊ obseruat uinculo perpetui anathematis inodam⁹. Ubi nota fm. b Tho. in. iij. q̄ licet Gratianus in decretis de pe. di. i in fi. Et magr̄ sen. in. iij. mouētes qōez. Utz confessio uocalis peccatoz q̄ fit sacerdoti i sacramēto pñie sit necessaria ad salutē: uel sufficiat sola contritio: ponūt opi. ꝑ ⁊ ꝓ iducētes rōes: ōmū dimittētes insolutā ⁊ in arbitrio legētis. Tamen postq̄ ē decretuz p ecclesiā ⁊ mādatum confessio nē debē fieri sacerdoti ꝓprio annuatim: extra de pe. ⁊ re. omnis pertinaciter tenere nunc q̄ nō sit necessaria confessio uocalis: esset hereticum.

In libro sexto dcā. §. III.

taliū extra de sū. tri. ⁊ fi. ca. c. i. dānēt errorē dicēti uz spūsēm ꝓcedē a pīe et filio ut a duob⁹ ꝑncipijs et duab⁹ spiratōib⁹. Et dī ibi. Fideli ⁊ deuota professiōe fatemur q̄ spūssāctus eternaliter procedit ex patre ⁊ filio: ñ tāq̄ ex duobus principijs sz ex uno principio: ñ duab⁹ ispiratōib⁹ sz vnica spiratione. Ad idē dicit magr. i. sē. di. xix. fatēdū ē pīez ⁊ filiū unū ꝑncipiū eē ad spūsāctū: ñ duo principia: ⁊ sicut pr̄ ⁊ filius ē unū ꝑncipiū q̄ ad spūsēm: ita pr̄ et filius ⁊ spūssūs unū principiū q̄ ad creaturā oēz formādā l' reformādā. Reprobat hic ⁊ error ātiquor grecorū: dicētiū spūsāctū ꝓcedē a pīe: sz ñ a filio: cui⁹ ꝫriū hr̄i symbolo ubi dr̄: q̄ ex pīe filioq̄ ꝓcedit. Et Didim⁹ dic̄ magn⁹ doctor grecorū ō cōse. di. v. saluator. Et mlti alij doctores ātiq̄ ⁊ sc̄i grecor: ut iduc̄ magr̄ sē. i. i. Precipue Basilius magn⁹ ad cuoniū: hoc errore dānabili ⁊ hēli detēti sunt greci ānis sexcētis ⁊ ultra q̄ttidie magis deficiētes i sapia i potētia tpali ⁊ i ꝓbitate uite. Et postq̄ sepauerūt se ab obediētia ⁊ fide rōane ecclesie statuentes papā ⁊ ipauerūt: nūq̄ aliq̄s i eis claruit miraculis: ⁊ merito: qr̄ dē⁹ q̄ ē auctō miraculorū nō uult falsitatē eor ⁊ hēsi opib⁹ suis miraculor ap probare. Demū āno dñi. Mcccxxxviij. i cōcilio gñali celebrato florētie: sub Eugēio papa. iiij. i cōsistorio publico: i cōuētu sc̄e marie nouelle: uenētes doctores grecor de ptib⁹ suis cū ipatōe suo et pōtifice suo. disputata mā h⁹ iter grecos ⁊ latinos nīos p fidelē iterp̄tē utriusq̄ ligue. Arguēte mgro Jo. de mōte nigro: ordis p̄dicator: ⁊ rñdēte q̄daz maxio doctōe grecorū epo ephesio: puicti sūt greci ex libris doc. suor ꝓmaxie basilij de errore suo vñ ōmō reducti ad vitatē fidei: ꝓfessi sūt nobiscum spūsēm ꝓcedē a pīe ⁊ filio: ut dicitur i symbolo.

In clemē. d' sum. §. IIII.

tri. ⁊ fi. ca. dānāt aliq̄ errores. Prīo videlz dicēdū aīa rōal' nō ē fōma corpōis hūani p se imediate. Scōo dicētiū q̄ christ⁹ ñ erat mōtu⁹ qñ de latere ei⁹ pforato exiuit sanguis et aq̄ Jo. xix. Tertō dicētiū q̄ pueris ⁊ adultis i baptismo ñ ꝓfert gr̄ia ⁊ uirtutes. Itē i cle. ō usu. ex graui detrimēt. q̄ q̄ pti nacit̄ assueuerat usurā ñ cē pcām ⁊ dānabile: hēticⁿ ē hūd⁹ ⁊ ut hēticⁿ pseqūēd⁹. Itē i ti. de hēr. c. ad nīam reprobāt errores begardor q̄ uidēt habuisse originē i alemāia. Et sūt hi. Prim⁹ ē q̄ hō i hac uita tm̄ pōt acquirē pfectōis q̄ ipeccabilis fiat: nec ultra i gr̄ia pōt pficē. Scōs ē q̄ ñ oz eū qui ad talē gradū pfectōis uenerit ieiūare qr̄ tūc sēsualitas est rationi subiecta. Tertius est q̄ habens talem gradum perfectionis non subijcitur humane auctī ul' obedientie: nec tenetur ad aliqua p̄cepta eccl̄ie. Quart⁹ q̄ viator i uia pōt eē ita beat⁹ sic̄ sanct⁹ i pr̄ia. Quīt⁹ q̄ō q̄libet itellectual' nā se ipsa nāl' ē beata: nec idiget aliq̄ lumie gl'e ip̄az eleuāte ad uidēdū deū eoq̄z fruēdū. Sext⁹ ē q̄ exercē se i actib⁹ vtuosis ē hōis ipfecti: pfect⁹ āt licētiat a se vtutes. Septim⁹ ē q̄ osculū mlieris ē mortale: cū ad hoc ñ icliet nā: sz act⁹ carnal' nō ē pecz cuz ad hoc icliet nā: maxie cū de hoc tētat. Octau⁹ ē q̄ i eleuatōe corpōis christi pfect⁹ hō ñ oz assurgē ul' ei reuerētiā facē: qr̄ ipfectōis ē: si a puritate ⁊ altitudie ꝓtēplatōis sue: descēdat ad hoc q̄ circa mysteriū sacri eucharistie aut circa passionē hūanitatis christi aliq̄ cogitaret. oēs hi articli ꝓ hēsi hñt ⁊ dānāt ibi ⁊ rōes ibi potes uidere in glo.

In extrauagātibz. §. V.

ēt reprobāt ut hēses q̄dā errorēs. ⁊ ꝓmo i extrauagāti bñdicti q̄ incipit. Bñdict⁹ de⁹ i dōis suis: reprobat error dicētiū: q̄ nullus uidet diuinā eēntiā vl' ē pfecte bēs añ die iuditij. Itē q̄ aie decedētes i mōtali peccō ñ imediate ad ifernā descēdūt. Itē q̄ ñ oēs hōies i die iuditij añ tribūal christi cū suis cōporib⁹ apparebūt: reddituri de factis ꝓpr̄ijs rōez ut recipiāt ꝑm ea q̄ gesserūt: penā l' ꝓmiū: hec ois ibi. Itē i extrauagāti Jo. xxij. q̄ incipit: dudū ad audiētiā: reprobāt ut hēses: errores petri de cōbaria Jo. ⁊ Michelini ordis mior̄: q̄ ptinaciter asseuerabāt: q̄ Petrus apls ñ fuit magis caput eccl̄ie q̄ q̄libet aplor: ⁊ q̄ christ⁹ nullū uicariū i eccl̄ia dereliq̄t l' caput. Et qō papa ñ hz corrigē ⁊ pūire īstituē ul' destituē ipatorē ꝫ q̄ ē ꝓstitutio de sen. et re. iudi. pastoral' i cle. Itē dixerūt qō oēs sacerdotes cuiuscūq̄z grad⁹ existāt sūt eccl̄ie auctis: ptātis: ⁊ iurisditōis: īstitutōe christi. Et qō vn⁹ plus hēat alio: hoc ē ab ipatore: q̄ ēt pōt hoc reuocare. Itē qō nec papa nec tota eccl̄ia pōt punire quēq̄ pūitōe coactiua: nisi hoc hēat ab ipatore. Que sūt ꝫ ea q̄ hñt di. xcvi. p totū. ⁊. ij. q. vi. decreto. ⁊ extra de iudi. nouit: ⁊ de so. ꝓpe. c. vlt: li. vi. Iste petr⁹ ō corbaria fuit fact⁹ antipapa tpe h⁹ Jo. xxij. ad ordinatōem Ludouici ipatoris scismatici ⁊ deposi ti ab imperio. Et ab eo antipapa coronatus ē. Sz postea captus dictus petrus antipapa: ⁊ duct⁹ ad Jo. xxij. auinioni confessus errorem suū: in carcē uitam finiuit. Itez in quadam alia extrauagāti que incipit. Quia quorundam reprobatur heresis quorundam dictorū de paupere uita: dicētium duas esse ecclias: una carnalis que uiuit in delitijs: cui preest mystic⁹ Antichrist⁹ papa. Alia vo eccl̄ia spūalis que seruat i eis. Scōo qō papa rōanus nō pōt aliq̄d facē uel īmutare sup regula bti Francisci: nec qō ē p alios p̄decessores determinatū ptinēs ad clauē scie. Tertio qō nullus plat⁹ hz potestatē sup subditos. Quarto qō nullus aplor hūit cognitōem de christo añ ascēsionē. Quito qō sacerdos exñs in mortali nō cōficit eucharistiam. Sexto qō nullus cōseruauit euāgeliū post

christū ⁊ matrem eius ⁊ apl̄os: nisi. b. Franciscus. Et qui secūdū regulā eius viuūt. Et plura alia fatua. Itē i extrauagāti. Jo. xxij. qui fuit circa ānum domini. Mccc. xxx. que incipit. Jta quorundam. Et alia que incipit: quia inter nōnullos determinatur ꝓ hēsi habēda opinio eorum qui dicuntur fraticelli seu fratres de opinione: dicentiū christum nil habuisse cū apl̄is ꝓpriū: nec i particulari nec in cōi. etiā rerū mobiliū: sed solū nudum usum facti eorū quib⁹ utebatur sibi cōcessis ꝓ elemosynam uel alium modū: cū tamē Jo. xxij. dicat ꝙ discipuli eius iuerant i ciuitatē ad emendū cibos. Et Jo. xiij. ꝙ iudas habebat loculos: que tamē ipse exponunt extorte. Hec pestis multū uigu it i marchia anchonitana ⁊ lōgo tempore nec florentia fuit ab ea libera. Adhuc pullulat talis hēresis etsi multum debilitata sit. Multi pertinaces i dicta opinione fuerūt combusti. Anno domini. Mccccxlix. Fabriani ⁊ florentie ⁊ vnus āno seqnti. Nec ostenderūt aliud miraculum vllo tempore: nisi icinerationem corporum ex igne. Falsitas autem huius erroris ostendetur in sequenti titlo ca. de consilio paupertatis. Fuerunt etiam tres secte hereticorum. s. albanēsium: bagnolensium: et concorden̄sium: qui in multis erroribus eorū pessimis conueniunt licet in paucis discordēt. Vi dicūt ꝙ sūt duo principia unū penitus bonum ⁊ aliud penitus malum ⁊ ꝙ deus bonus: nō creauit ista uisibilia. Item ꝙ deus non creat nec infūdit nouas animas. Item ꝙ christus non habuit nīas veras penalitates: ⁊ ꝙ non est deus: et ꝙ nō assūpsit carnem de virgine: sed duxit carnem de celo: ꝙ non fuit uerus homo: ꝙ non vere comedit nec fuit passus in cruce: nec mortuus: nec in celū ascēdit nec resurrexit uere. Item ꝙ non est resurrectō corporum. Item ꝙ ⁊ uetus testamentum non est a bono deo: ⁊ ꝙ Moises fuit malus. Qadaz nō fuit a deo: item ꝙ ante christi aduentuz nō fuerūt aliqui boni: item ꝙ baptismus nullius est efficacie item ꝙ obest subito ⁊ sacramento uita mala prelatorum. item ꝙ nullus malus potest esse episcopus. item ꝙ ecclesia non potest aliquid possidere nisi in communi: ⁊ ꝙ nō potest excōicare: nec debet persequi malos: nec potest facere constitutiones: item ꝙ sacramentuz altaris ⁊ extreme vnctionis nihil est. Et ꝙ peccatū originale nihil est. Et ꝙ peccatū non est a libero arbitrio: ⁊ ꝙ non pōt quis penitere post peccatū. item ꝙ infern⁹ ul̄ purgatoriū nihil est. itez ꝙ bonus deus viuificat ⁊ nō occidit. Sed malus deus vilificat ⁊ occidit corpora. item ꝙ mundus semper fuit ⁊ semper erit. itē ꝙ matrimoniū malū est. item ꝙ non est confitendum: item ꝙ usura nō est prohibita. et ꝙ non tenetur quis restituere ablata. Item ꝙ homo pōt dare spiritūsanctuz. Et plura alia falsissima ⁊ fatua ponunt. Nō ꝙ si isti albanēses sunt albigēses

ꝫ hos albigenses misit. Jnno. tr⁹ q̄ fuit āno dñi. Mcc. duodeci abbates cisterciēs. ordis cū uno legato ad ptes tholosanas ad ꝓdicādū cōtra eos i quirendū ⁊ exterminandū Cū quibus se reperit beatissimus dominicus. primus fundator ordis predicatoruz: qui diu predicauit contra eos ⁊ plimos conuertit: ⁊ ut habetur in legenda eius: quadaz die facta disputatione solēni: inter nostros fideles ⁊ hereticos illos post longam ꝯcertationez verborum in hoc conuenerūt utraqz pars fideliuz ⁊ hereticoruz: ut accenso igne corā omnib⁹ heretici iacerent libellum suā doctrinam continētē in ignem. ⁊. b. Dominicus libelluz doctrine uere fidei nostre quam predicabat similiter in ignem proȝceret. Et cuius libellus incombustus permaneret: illa ut vera fides acceptaretur. Mira res ꝓ ȝcitur libellus hereticorū in ignem: ⁊ subito ꝯburitur. Proȝcitur ⁊ libellus sācti dominici. Et ter libellus in flammas traditus ter exiuit illesus penitus. O fides certissima: ueracissima: ⁊ omni laude dignissima: indubitatissima christianorum q̄ tot innumeris ⁊ quottidie declarata doctrinis: et approbata miraculis: extra quam nulla est fides: ſz perfidia diluuio eterne damnationis extinguēda Notandum etiam ꝙ iste pessimus error asserentium duo principia: vnum bonoruz aliud maloꝝ ⁊ uisibilium: fuit originaliter hereſis manicheoꝝ qui repullulauit circa annos domini. Mccl. uel circa in lombardia permaxime ⁊ florentiam etiā infecit in parte. Contra quos sanctus Petr⁹ martir ordinis predicatorum ab Jnnocen. iiij. factus inquisitor: florentiam purgauit tali hereſi: gladium materialem exercentibus qui sunt de familia hussorum: occidendo hereticos ⁊ reliquos superstites expellendo. Qui. b. Petrus demuz ab ipsis hereticis occisus ab ipso Jnnocentio sanctorum cathalago est ascriptus ueritatem fidei quaz predicabat ⁊ sanctitatem vite eius: multis miraculis domino confirmante . Exinde circa annos domini. Mcclx. quidam magister parisien⁹ dictus Guielmus de sancto amore librum composuit ꝯtra mendicantes. multa mala contra talem statū impingens. Concludens non posse homines saluari in tali statu. Sed cōtra tales errores sāctus Thomas de aquino libros edidit: ⁊ omnes illos errores efficacissime euacuauit. Propter quod Alexander quartus Guielmum illum cum suo tractatu reprobauit ⁊ puniuit ⁊ ordines mendicantium plurimum commendauit ⁊ priuilegijs communiuit. Demum circa annos domini. Mccccxx. Exorta est hereſis vsitarum in boemia: cuius inuentor fuit quidam anglicus magn⁹ sophista dictus vs. Vi multos articulos erroruz tenebant vt ꝙ christus nō eēt i sacramēto altaris nisi cū eleuaba⁹ a sacerdote. Qz etiam nul debēt possidere: imagines sāctoruū comburebāt ⁊ mlta alia

Missus fuit legatus ad eos reducendos a Martino dñto. Dominus Jo. dñici car. ordinis ꝓdicatorū cardinalis ragusinus: ⁊ nil potuit proficere Deinde eo mortuo cardinalis placētinus ꝑ quē dominus Julianus cardinalis sācti angeli qui ꝫ eos valde roboratos multitudine ⁊ dominio nō potuit preualere: nisi gladio materiali fidelibus bellantibus ⁊ eos expugnantibus: vnō ad nihilū sunt redacti. In diluuio igitur aquarum multaruz harū heresuz ad deum homines nō approximabūt: sed elongabūtur a deo reprobati: quia suo sensui pinaciter innitētes: scripturas sacras male intellexerunt: ⁊ rationes quidem inducere ad ostendendū fallatiam ipsarum heresuz nimis esset prolixuz. Sed sufficiat una communis ratiō breuissima pro omnibus: uidelicet quia eo ipso ꝙ ab ecclesia sacrosancta reprobati sūt: oēs dicti errores nabiles ⁊ nulli eorum adherendū. Maior est. n. auctoritas ecclesie i determinationibus eorū que sunt fidei: omni ratione ⁊ omi auctoritate doctoruz. Et ait. b. Augu. apostolo non crederem nisi ecclesia illud approbasset. Nec licz alicui dubitare de aliqua supradictarū heresum ꝙ nō sit falsa ⁊ ducens ad dānationē. Uel ꝙ quis possit in ea saluari sicut christiani ueri in fide romane ecclie. Nā ut dicitur extra de hereti. Dubius in fide est infidelis. Et. b. Augu. dicit i li. ō fide ad petruz firmissime tene ⁊ nullatenus dubites omnez hereticum uel sismaticū cū diabolo ⁊ angelis eius eterni ignis incendio participandum: nisi ante finem uite: catholice fuerit incorporatus ⁊ reintegrat' ecclesie. Et paulo post. Omni homini qui catholice ecclesie non tenet unitatem: neqz baptismo: nec elemosyna quātūcūqz copiosa nec mors pro christi nomine suscepta poterit proficere ad salutem. Extra de hereti firmissime. Hinc ⁊ Hre. in libro moral'. Quia ex sola catholica ecclesia vitas conspicitur apud se eē locū dominus prohibet ō quo uideatur. In petra Moises ponitur ut ōi facie contempletur: qz nisi quisqz fidei soliditatem tenuerit: diuinā presentiam nō agnoscit. Et infra Aquaz diluuij archā quidem ad sublimioza sustulit: omnes autem quos extra archam inuenit: extinxit. xxiij. q. i. quia. Et certe ualde miruz est ⁊ in hoc apparet ueritas fidei nostre: quia tot in numere heresel insurrexerūt cōtra ueritatem eius vt dimittā de persecutionibus tyrānoruz. Omēs ⁊ hereses ⁊ persecutiones defecerūt. Et ipa semp firma permanet. Quid autē sit heresis ⁊ quo pūi antur heretici. Et de triplici infidelitate, s. pagano rū: iudeoz: ⁊ hēticoz: hēs in. ij. pte ti. vl. Et de inq̄sitorib' hereticoz ⁊ mō ꝓcedēdi ꝫ eos hēs i. iij. pte. c. xviij. de ꝓdicatoribus ⁊ inquisitoribus.

De articulis seu cōclusionibus. xiij. i qb' cōit ñ tenet magr se: ⁊ Gianus i decreto. Cap. viij.

Primus articulus

ꝙ charitas qua diligimus deū et ꝓximū sit spiritussanctus: ⁊ nō aliqs habitus creatus di. xvij. primi. Nec est sua intentio ꝙ motus dilectionis quo deum diligimus sit spiritussanctus: sed ꝙ iste actus sit a spiritusancto non mediante aliquo habitu: sicut sunt alij actus vtuosi. Et hoc propter excellentiaz charitatis dixit sanctus Tho. in prefata di. primi sentē. Et in secūda scōe. q. xxiij. ar. ij. ⁊ in questionibus de virtutibus. q. ij. ar. i. est contra magistrum Señ. Et allegat. b. Aug. iij. de doctri. christiana: dicentez. Charitatē dico motū animi ad fruendū deo. Sz motus animi inquit doctor sanctus est quid creatum: ergo charitas est creatura. Itez sequeretur ꝙ actus charitatis nō sit actus uolūtatis. quod ē ipossibile eo ꝙ manifestam iplicat contraditiōez. Nā amor de sui positione iportat ꝙ sit actus uoluntatis. Qd āt sequatur huius actuz nō eē voluntatis: pz: qm̄ si spūssanctus moueat hūanam mentez motu charitatis: ita ꝙ sit mota: ⁊ nullo modo ꝓncipiū huius actus essz: quid uiolentū: cū ꝓncipiuz sit extra ergo nō esset uolūtaruū. Item si aliquis diceret ꝙ uolūtas curreret vt instīm ad hūc actum: sequeretur ꝙ non sit meritorius iste actus eo ꝙ instīm est illud in quo nō est agere vel ñ agē: cū in eo nō sit principiū actiuū. Item sequeretur ꝙ iniustis dormiētibus non esset charitas: eo ꝙ non habēt motū dilectionis. Item hoc esset ad ō trimentū: ⁊ non ad excellētiam charitatis: qm̄ sequeretur ꝙ habēs charitatem nō esset ꝓmpt' ad operādū: siue cū delectatione: eo qz i voluntate ñ esset forma seu uirtus: ⁊ tamen hoc in charitatis actu deberet eē: qz est radix merendi Secūdus ꝙ termini numerales ut trinus ⁊ unus ⁊ b'. non dicūt positionē sz priuationē tm̄. di. xxiij. quod i telligit sic. Cū dicitur deus est unus: nihil ponit: sz priuat multitudinē deoruz. Silr cū dicitur psone sunt tres excluditur singularitas atqz solitudo. Sanctus Tho. i. pte. q. xxx. ar. iij. dicit ꝙ hoc prouēit ex eo ꝙ cum multipliciter dicat vnū: uno mō magister accipit. Nā unū potest accipi prout est principiū numeri: ex continui diuisione causati: ⁊ sic est accidens: ⁊ nō predicatur ō eo nisi methaphorice sicut alie proprietates corporaliū. Et pōt accipi trāscēdenť. Et uere de deo ꝑdicat significās illā rem de qua predicatur: addendo negationem: qz vnuz significat rem idiuisam: ut cū dicitur psona est una: unam significat personam indiuisam: ⁊ similiter de alijs dicatur. Tertiꝰ ꝙ eqlitas ⁊ similitudo nihil ponūt: sz priuāt. sicut termini numerales di. xxxi. Qō itelligit: qz cū dī pater est equalis filio. i. non maior nec minor. Eodē modo pater ē similis filio. idest nec diuersus nec alienus. Sāctus Tho. prima parte. q. xlij. ar. i. dicit ꝙ filius equal'

est patri i magnitudine perfectiõis nõ autẽ mobilis: ita q̃ positiue p̃dicatur. Similitudo etiã positiue predicatur. Nam unum i quãtitate cãt eq̃le ⁊ vnũ i qualitate causat simile: sicut vnũ i substãtia cãt idem: unde sicut i deo est quãtitas perfectionis: ita est ibi equalitas. Et idem de similitudine dicatur: quoniam ibi nõ est qualitas q̃ est accidẽs sed perfectio dei siue diuina: ſm quã diuine pſõe dicũtur similes. Quartus articulus q̃ p̃miũ i angelis precessit merita. di. v. in. ij. sentẽ. Sãctus Tho. ibidem ⁊. j. pte. q. lxij. arti. iiij. dicit: q̃ soli deo beatitudo perfecta est naturalis: cuilibet aũt creature nõ ẽ nãlis: sed ultimus finis. Quelibz ãt res per suã operationẽ ad ultimuz finem ptingit: que quidẽ operatio in finem ducẽs: uł est factiua finis: quando finis ñ excedit uirtutem eius quod operatur propter finẽ: sicut medicatio est factiua sanitatis: uel est meritoria finis: qñ finis excedit vtutẽ operãtis: sicut est beatitudo. Unde angel⁹ p⁹ primũ actum charitatis quo beatitudinẽ merue rũt: statim beati fuerũt. Quintus q̃ nihil de cibis transit in ueritatẽ humãe nature. di. xxx. i eodem. ij. Sanctus Tho. p̃ma parte. q. ult. ar. pnł. dicit q̃ eiusdem rationis est: q̃ aliqua forma posit fieri in aliqua materia ⁊ possit p̃priã mãm ꝺ ſerere: quia omnia generabilia sũt corruptibilia ⁊ ecõuerso. Mãifestũ est autem q̃ aia hũana põt deſerere p̃priã mãm: g̃ põt fieri i alia mã. Itẽ mł tiplicatio materie uel est ſm q̃ntitatẽ tãtũ: vt i rarefactione: uel ſm subiectũ materie: ⁊ hoc uł per creationẽ: uel per cõuersionẽ: nõ per creationẽ: qz ſm. b. Greg. oĩa sũt simul creata ſm mãm. ergo p cõuersionẽ alimenti i veritatem humani corpõis Unde phũs dicit: q̃ alimẽtũ nutrit i quãtũ ẽ potentia caro. Sextus q̃ semẽ ẽ ꝺ substantia patris di. e. ſ. xxx. i eodem. ij. ſen. Sanctus Tho. j. p te. q. vł. arti. vł. dicit q̃ cõe hz se ad determinatuz vt iperfectũ ad perfectũ. Alimẽtũ autem p̃mo accipit q̃ndam uirtutem cõem reſpectu omniũ pti um corporis: ⁊ i fine determinatur ad hãc uł illã Unñ si retineret naturã eius a quo reſoluit̃: tũc iã esset recedens a nã generãtis: qz i via corruptiõis existens: ⁊ sic non hẽret vtutem p̃uertendi aliud i ſimilem naturã: ſi uero retineret vtutem eius a quo reſoluitur: tunc cum esset contractum ad determinatã ptem agẽtis: nõ esset mouẽs ad naturã totius generandi: ſed partis: ⁊ sic nõ generaretur ꝑpletũ in natura sed imperfectũ. Septim⁹ articulus: q̃ aĩma humana ſepata a corpore sit pſona. di. v. iij. ſen. Sanctus Tho. ibidẽ dicit q̃ hoc cõſonat opinioni platonis: qui posuit q̃ hõ ñ est aliquid cõstitutuz ex anima ⁊ corpore: ſed est aia corpore iduta. Sed hec opinio stare nõ potest qz sic anima corpori accidentaliter aduẽiret: ⁊ ex eis nõ ficret unũ p se. Unde hoc nomẽ homo: de intellectu est ania ⁊ corpus: nõ ſignificaret unuz ẽ per se ſed p accidens. Et sic nõ esset in genẽ ſubstantie. Octauus ar. q̃ christus i triduo q̃ aĩa a corpore fuit ſeparata. fuit hõ di. xxij. eiusdem tertij. Sanctus Thomas. iij. pte. q. l. arti. iiij. dic̃ q̃ mors ꝓuenit ex ſeparatione aie a corpore. Luz igitur anima christi a corpore fuerit ſeparata igitur christus mortuus fuit: g̃ nõ fuit homo: ſz hõ mortu⁹. Magiſter Sene. ãt credidit q̃ siue sit cõiũcta aĩa ⁊ rorpus siue nõ: aliud est hõ qõ est fal sum: qz vt dicit. b. Tho: p̃ma pte: q. lxxv. arti. iij. Illud est hõ quod operatões hois operatur. Cũ igitur sentire sit operatio hoiſ: et i triduo nõ fuit sentire: igitur nõ fuit hõ in illo triduo. Nonus articulus: q̃ ſacramẽta veteris legis nullo mõ iuſtificabat: etiã ex charitate facta. di. j. quarti ſententiarum. ſanctus Tho. ibidẽ dicit. Absurduz ẽ q̃ labores ſanctorũ i huius ſacramentis deo accepti nõ fuerit: ⁊ q̃ opus vtutis possit eẽ ñ meritorium: ⁊ ideo tenetur communiter q̃ usus eorũ meritorius esse poterit. ſi ex charitate factum fuiſſet Aliqui tamẽ excuſant magiſtrũ: dicẽtes q̃ intelle xerit de opere operato: licet operatio ex charitate facta meritoria esset. Decimus articulus q̃ baptizati baptiſmo Joãnis. nõ ponẽtes ibi ſpem nõ rebatizabãtur. di. ij. eiusdem. ſãctus Tho. ibidem dicit: q̃ opinio magiſtri uidetur fuiſſe: q̃ qui referebãt Joannis baptiſmum ad christũ ex gratia christi ⁊ baptiſmo Joãnis ficbat quaſi unum quid: ⁊ iõ nõ indigebant niſi manuum impoſſitione ad ſuſceptionem ſpũſſancti. Sed quia ſacramenta noue legis ex opere operato efficatiam habẽt. Jdeo uidet q̃ ſpes ⁊ fides illius q̃ baptiſmũ ſuſcipit: nihil faciat ad ſacramẽtuz: quãuis possit facere ad rem ſacramenti impediendam uel promouendam. vnde neceſſe erat baptiſmo chriſti baptizari: maxime quia in Joannis baptiſmo fõma debita baptiſini nõ erat unde oportebat iterari: quia hoc est generale in omnibus ſacramentis: cum deficit aliquid quod est de ſubstantia ſacramẽti. Et confirmatur dicto. b. Aug. ſup Joã. homelia. v. dicẽtis. Qui baptizati sũt baptiſmo Joãnis nõ eis ſufficit. Undecimus articul⁹ q̃ deus potuit cõicare potẽtiam creãdi creature: di. v. eiuſdem. ſanctus Tho. ibidem dicit q̃ potẽtia creandi: creature communicari non poteſt: quia ipam traheret ultra ſuã ſpẽm. Nam cum creatõ sit opus infinite potentie: creature communicari nõ poteſt: cum ipſa sit infinita. Item creatori debetur latria: ſed hoc non poteſt creature cõicari: ergo nec creare. Duodecimus articulus q̃ hereticí preciſi: ſciſmatici ſuſpenſi ⁊ degradati: conſecrare non poſſunt. di. xij. ſanctus Tho. ibidez ⁊. iij. pte. q. lxxxij. ar. vij. dic̃: q̃ omne illud quod per cõſecrationẽ datur: eſt perpetuum. Jo. ſicut baptiſm⁹ qui per conſecrationẽ datur nũq̃ amittit̃ ꝙticũq; aliquis i hereſim labatur uel in ſciſma.

excõicatõez:ita nec sacerdotalis ordo aliquo modo amitti potest:ut.b. Augu. dicit ad permenianũ:7 qz potestas cõsecrãdi ordinẽ sacerdotalem ꝓsequitur: Ideo heretici 7 ceteri qui i articulo ponũtur cõsecrãt q̃uis ad suam perniciez:dũmodo seruetur debita forma 7 materia. Tredecim⁹ ar.q maritus alicuius sponse:per cõsẽsum de pñti:quam tamẽ nõ cognouisset:bigamus uocatur 7 ad sacros ordines promoueri ñ potest.di. xxvij Sanctus Tho.ibi nõ dicit: q bigamia causat irregularitatem in q̃tum tollit perfectam significationẽ matrimonij:q̃ consistit i cõiunctione 7 animoꝝ que fit per ꝓsensum:7 i cõiũctiõe corpoꝝ 7 ideo ratiõe utriusq; oportet esse bigamam que irregularitatem facit.vnde per decretalẽ inocẽtij abrogatur ei quod dicit magister i littera:videlicet q solus ꝓsensus ꝑ uerba de presẽti sufficit ad irregularitatem iducẽdam. Decimusquartus arti.q cognoscẽs sponse legitime sororẽ: postrẽo nõ potest uxori debitum reddere.di.xxxiij.Sanctus Tho.ibidem dicit.q uxor ñ debet pũiri pecato viri:ergo vir tenetur reddere debitum vxõi petẽti.Sed magister saluatur:quia intendit reddere debitum.i.carnalem copulam qua priuatus est quantum est ex parte sui:quãuis uxori ius ium remaneat 7c.

In decretis q̃dam .§.I.

ponit Gratianus auctor libri q̃ nõ tenẽtur. Que daz alia a ꝓcilꝫ uel sũmis põtificibus edita que sunt reuocata seu ĩmutata per ꝓsuetudinẽ generalem ꝯriam 7 abrogata. Nã q alique sint abrogata per cõtrariã ꝓsuetudinem. pz exemplũ de ieunio quadragesime:quod a clericis deberet inchoari ĩmediate post sexagesimã:ut fuit statutũ a patribus vt habetur di.iij.Statuimus cum duob⁹ c.sequẽtib⁹.Et tamẽ cõtrariũ seruatur: qz cõiter clerici seculares ĩchoant quadragesimã:qñ 7 laici:nec i hoc dicũtur peccare:vt asserit.di.e.§.vlt.

Dies rogationũ añ ascẽsionẽ erãt i precepto q̃ ad cessationẽ ab opibus ut pz de cõse.di. iij. ꝓnũtiãdũ.Et quo ad ieuniũ ut hz.di.e.c.rogationes Licet glo.dicat ibi esse exhortatõem cõsilij nõ preceptum.Sed cõsuetudo est i cõtrariũ quo ad cessationẽ ab operibus 7 ieuniũ. Nec per hoc dicũt doctores homines peccare. Idem de ebdomada sancta 7 ebdomada pasche:que erãt i precepto q̃ ad cessationem ab operibus ut patet de cõse.di. iij.pronũtiãdum.Sed ꝓsuetudo ẽ i ꝯrium nec dicuntur homies cẽ trãsgressores. Itẽ di.lxxiij.agitur de litteris dimissoꝝ q̃ dabãt ab epis clericis suis q̃ ad aliã diocesim trãsire uolebãt ad officiã dũ:7 hoc sub certa foꝛa cũ lit̃ grecis que ibi ponitur.Sed dicit gl. q hoc abũt i dissuetudinem:et ideo illa distictio legitur raro i scholis.Tamẽ q̃ uis forma illa nõ seruetur: seruãdum tñ est illud qõ traditur di.lxxij.s.q clericus alterius diocesis nõ recipiatur ad officiãdũ in alia diocesi sine lit̃ dimissoꝝ sui epi.que testimõium reddãt õ eius ordiatiõe 7 conuersatione i licẽtia.Et quia istud male obseruatur 7 ñ sine peccato ideo multa icõueniẽtia sequũtur:vt idistincte scelerati fugiẽtes iudicem suum admittantur ad officia:quia nõ cognoscũtur. Item.xxij.q.v.Honestuz habetur q̃ iuramẽtum i iudicio fiat 7 ieiunis.Et i.c.decreuit dicitur q̃ i.xl.in aduentu in diebus dominicis nõ exigãtur uel exhibeãtur iuramẽta.scilicet solẽnia:ut i iudicio 7 huiusmodi.Et vtrũq; est abrogatũ per ꝓtrariã cõsuetudinẽ: vt etiã dicit gl.ibi.

Multa etiam edi .§.II.

ta antiquo iure ibi notata sunt ĩmutata. Nam ut dicitur.di.lxij.§.penl.Sicut electio sũmi pontificis nõ a cardinalibus tantum:sed etiã ab alijs religiosis clericis est facienda auctoꝛitate nicolai pape:quod habetur di.xxij.in noine. Ita epoꝛ electio nõ a canonicis tantum.s.maioris ecclesie: sed etiam ab alijs religiosis clericis est facienda ꝑz ordiationẽ ĩnocẽtij factã in cõcilio rome: que habetur di.lxij.c.obeũtibus. Sed electio pape hodie solum fit per cardinales:vt patet de elect. per totum 7.c.ubi periculum.Electio eporum ꝑz iura cõia fiebat a canonicis cathedralium ecclesiarum:7 cõfirmabatur a metropolitanis:Sed hodie summi põtifices reseruant sibi prouisionem 7 collationem omnium dignitatum.scilicet patriarchaliũ:metropolitanoꝝ:epoꝝ:abbatũ :ꝓpositurarũ:7 plebanatuum seu prioratũ ecclesiarum collegiataꝝ.Et capla i his nõ habẽt se ĩtromittẽ.

Item di.lxxvij.7 di.lxxviij.per totũ habeꝫ de etate ordinãdoꝝ.s.q ad subdiaconatũ nõ debeat quis ordinari.ante.xx.annũ.Ad diaconatum in xxv.7 nõ añ..Ad presbyteratũ i.xxx.ibi etiã habetur de certis ĩterstitijs seruãdis iter ordinem et ordinẽ.Sed per cle.de eta.7 quali.ordi.ĩmutatũ hoc est 7 determinatum q̃ subdiaconus in.xvij. ãno etatis sue.Diaconus in.xx.Sacerdos in.xxv ãno inchoato.s.anno 7si non completo valeant ordinari.Et non ante sine dispensatõe pape.Nec interstitia illa oportet seruari.sed si legitima etas existit ad omnes ordines infra annum poterit ꝓmoueri.ĩmmo ifra unam quadragesimam:ut.s. in prima dominica eius ꝛcipiat omnes ordies minores.In sequenti sabbato subdiaconatum. In sabbato ante dominicam de passione diaconatũ In sabbato sancto sacerdotiũ dũmodo al' sit idoneꝰ. Itẽ i cã.xxxv que ponũtur i q̃stiõe secũda tertia: quarta:7 quita :quo ad gradus ꝓsãguinitat⁹ 7 affinitatis ꝓhibitos ad ꝯhẽdũ mãmoniuz. s.vi.gradus coꝛrecta sũt 7 ĩmmutata per decreta. gre.ix.que hz.extra de consangui.7 affi.nõ debẽt

ut dicit glo ubi diminuuntur duo gradus ex illis sex: quia difficile erat ꝛ menti retinere tot gradus unde multi ex ignorantia contrahebant in gradibus prohibitis. Et prohibitio ibi determinatur ꝛ declarat usq; ad quartum gradum consanguinitatis ꝛ affinitatis inclusiue: in quibus nō potest contrahi absq; sedis apostolice dispensatione. Et in tertio ꝛ quarto frequenter ex causa rationabili dispensatur: In ulterioribus gradibus ultra quartum potest de iure communi contrahi nūc.

Item .ij.q.iiij.c. sepe contingit: ubi dicitur: q̄ cum furtū reperitur factū in monasterio: ꝛ ignōatur auctor: debeat fieri talis purgatio: ut abbate: vel alio ex monachis celebrante missam: omnib⁹ detur communio sub hac obtestatione. Corpus domini sit tibi ad probationem. hodie. Dicit gl. ꝛ bene: q̄ istud statutum est abrogatum: q̄ inde bite fieret. Cum qua concordat. b. Tho. in .iiij.

Item quod dicitur ō conse. di. i. Sacramēta s. altaris non debent nisi a ieiunis celebrari. i. confici: excepto die cene domini: dicit glo. ꝛ bene q̄ illi exceptioni est derogatum per cōsuetudinē ꝛ trariam. E per. c. liquido: de conse. di. q. ubi indistincte et sine exceptōne diei illius dicitur: q̄ ōbet sumi a ieiunis ꝛ confici. Infirmus tamen grauit etiam non ieiunus sumere potest in periculo.

Item que habentur de sacramento eucharistie: de conse. di. ij. que videntur esse ex modo loquendi sub precepto. s. q̄ in cena domini omnes ōbēt cōionem accipere: ut in. c. in cena. Et q̄ oēs debēt ter in anno cōicare. s. natiuitate: resurrectione: et penthecostes: ut in. c. seculares: ꝛ in alīs tribus. c. Intelligenda sūt nunc esse in consilio. Excepto festo dominice resurrectionis: q̄ hoc solum nunc ē in precepto ex decretali omnis utriusq;. Extra de pe. ꝛ re: quod etiam in. c. triforme dē. s. ō vna pte ex tribus hostie consecrate quod reseruatur i fine misse: hodie non seruatur: sed simul due sice sumuntur? Et q̄ in. c. tribus gradibus dicitur de ieiunio seruando per aliquas horas. s. post sūptū sacramentum: etiaz non seruatur sed paulo post potest comedi ſm. Tho. in. iiij. Quod i. c. omnis dicitur. s. q̄ accedens ad cōionem: per pr⁹ debet abstinere ab actu coniugali per tres quattuor uel quinq; dies. Dicit gl. hoc cē de ꝓsilio: ꝛ sic est debitum honestatis: nō necessitatis precepti.

Gratianus quoq;. §. III

monachus auctor seu compilator libri ipsius: aliqua ponit in. §. in quibus ipse ex suo sensu loquit que tamen non tenētur uidelicet. In di. xiij. §. i. dicit q̄ cum quis vrgetur inter duo mala: licituz est minus eligere: vnde uidetur q̄ aliquis possit esse pplexus inter duo peccata ita q̄ necesse sit alterū cōmittere. Sed hoc est falsū ut probat ibi gl: sum maria: ꝛ bene ꝛ diffuse. Cui concor. b. Tho. vt. naiit Piero. Neq; ad uirtutes neq; ad vitia necessitate trahimur: de pe. di. ij. Si. n. inquit. Et. b. Au Nemo peccat in eo q̄ iurare nō potest. Secūduz ergo rei ueritatē: nullus potest eē perplexus inter duo peccata: sed bene secundum erroneā conscientiam suāq; deponere ōbet ꝛ potest: sed ipsa pmanente datur doctrina: q̄ eligat quod minus sibi videtur e duobus. Et sic intelligenda sunt capla duo ꝛ. c. nerui. In di. xcv. §: sed illud: post. c. ꝓsbyteros dicit: q̄ forte necessitate vrgente in ablentia episcopoꝝ: vbi est consuetudo: presbyteri possūt crismare in fronte. Sed hoc ñ est vuz q̄n tacūq; necessitate ꝛ consuetudo in hoc que por⁹ est corruptella nil facit: ut de consue. quanto. Sic tenet. b. Tho. in. iiij: ꝛ alij theologi: quod etiā firmat glo. Nec episcopus potest in hoc dispensare: Quidam etiam dixerunt q̄ nec papa ut ponitur in dicta glo. Sed ſm. b. Tho. ꝛ alios theologos potest utiq;: quod probatur ex facto Gregorij: q̄ aliquando in hoc dispensauit: vt patet dis. e. puenit. Et hoc sentit prima opinio glo. Ju secūda cā q. i. §. in manifestis: dicit q̄ in notorijs que ibi manifesta uocat: non requiritur ordo iudiciari⁹: qō non est simpliciter verum: ꝛ diminute loquitur: unde ꝛ glosa super. c. manifesta: notanter ponit triplex notorium. s. facti: iuris: ꝛ presumptionis ꝛ que ꝛ qualis in eis requiratur probatio. Nam in notorio facti: non solum interpollati et actu transeuntis: sed etiam permanentis: quod est per maxime notorium facti: quod scilicet nouit pars populi seu uicinie: ubi moratur: ut cum tenet cō cubinam publice: ut dicit glo. super. §. quando. q e. Si reus negat esse notorium crimen suum: requiritur aliquis ordo iudiciarius: ut scilicet probetur saltem per duos testes illud esse notorium: ꝛ oportet ut citetur ꝛ sententia tanq̄ contra notorium detur. Quod etiaz dicit Gratianus in dicto. §. quando: q̄ talis notorius peccator probatus post secundam ꝛ tertiam correctionem: idest admonitionem: si incorrigibilis inuenitur: est dānandus per sententiam: non tenetur: quia in huius notorijs non requiritur admonitio precedēs.

Item in. xi. causa. q. iij. §. euidenter itaq;: post c. ad mēsam: dicit q̄ initiens manus uiolentas in personam ecclesiasticam iucurrit anathema: secundum illud: xvij. q. iiij. Si quis suadente: exponens: anathema. idest separationem a sacramentis ꝛ ingressu ecclesie: nō autem a communione fideliū: sed vt dicit ibi glo. ꝛ bene hoc nō tenet eccl'ia. Nam ꝺ eū est: extra de appel. peruenit. Est enim sepatus etiā a cōione fidelium. Jo. fa. uolēs eum corrigere dicit talem esse excommunicatum sz nō uitādū anteq̄ denuntietur quod est falsū: ꝛ ꝺ eū est expresse de sen. exco. cū nō ab hoie Itē in eadem cā ꝛ questione in. §. cū ǧ sentētia post. c.

nō solum reus exponit illud Grego. Sentētia pastoris siue iusta siue iniusta timēda est appellans sētētiā iustam. cum est in homine uere illud crim̄ pro quo excommunicatur. Iniustam cum nō est crimē illud: sed aliud: puta excōicatur pro furto quis: qui tamen furtum nō commisit sed adultriū Et hanc etsi iniustā dicit timēdam ⁊ seruandam: sed si non est in eo aliquod criminale: uidetur uelle dicere: q tunc nō habet timere vel seruare. Sz ut dicit glo. male intellexit uerba Greg. deceptus ex eo qō subintulit Greg. Ne iniuste forsitan ligatur: ipsam obligationis sue sniam ex alia cā pa meatur. Sed vocat Grego. aliam culpam ipm cōtēptum sententie: cum. s. non seruat eam: quia iniuste ligatus est: cum non commiserit illum excessū propter quem excōicat. Quātūcūq; igit sit iniusta nisi sit lata post appellatōem uel contineat intollerabilē errorē. Lata a suo iudice ligat ⁊ seruāda ē. In ca. xv̄j. q. i. ubi queritur vtrū liceat clīcis habere propria bona: arguens pro ⁊ ꝓtra multa inducit. Demū soluit: in. §. cum ergo post. c. principimus per distinctionem: videlicet q clericis ordinatalibus qui bus licet vti matrimonio: ⁊ occidentalibus qui ante ordinationem suam legitime habuerunt vxorem ⁊ filios: licet habere propriuz et sui ⁊ familie sustentationem. Alijs autē qui a puericia fuerunt i clericatu nō licet. Sed vt dicit gl. istud non est verū. Nā clericis omnibus licet hīe proprium: nisi renūtiauerit proprijs ut religiosi: vel voto se ad hoc astrinxerint: vel tempore p̄miue ecclesie. Et de his intelligenda sunt illa. c. q̄ ō hoc videntur dicere: Dec i glo. summaria in principio questionis cui concordat. b. Tho. Item in iij. q i. Querens utrum clericis liceat i iudicio repetere sua. R. post argumēta dupliciter: videlicet q clericis etiam perfectis licet in iudicio contendere: non pro lucro captādo: sed pro damno euitando. Item quod ⁊si pro suis rebus tamē ꝓ cōibus ecclīarum suaz licet stare in iudicio ꝓ eis defendendis: sed imperfecta est ista solutio ⁊ glo. summaria melius ⁊ perfectius rñdet. Dicit enim q omnes clerici qui habēt proprium vel habere possūt: possūt licite sua repetere in iudicio. Si ñ habent proprīū vt religiosi: possunt repetere bōa ecclesiarum suarum seu monasteriorum si sunt p̄lati de mādato suorum superiorū possūt repetē: vt. xvi. q. i. monachi. Omnes etiaz clerici possūt agere in iudicio pro miserabilibus personis ō mādato superioris. xvi. q. i. peruenit. Nec hoc nō derogat perfectioni status religio: q̄uis magis deceat per alios litigare. s. laicos. In causa. xvi. q. i. §. potest etiam aliter: post. c. dilectio: dicit q̄ sufficit ad prescribendum q̄ ab initio habuerit bonam fidem cum cepit possidere rem alienam etsi medio tempore habuerit conscientiam rei alienē tamen prescribit: sed licet hoc sit fm iura ciuilia: tamen vt dicit ibi glo. hoc non tenet fm ius canonicum: cui in hoc est standū. Oportet enim q nō solum ab initio: sed per omne tempus quo currit prescriptio habeat bonam fidem. i. credat se iuste possidere: ut de re iu. possessor li. vi. In causa. xxij. q. iij. §. vltimo: dicit q̄ habens uotum castitatis si iurat aliquam ducere in vxorez: iuramētum hoc illicitum est ⁊ pernicioſum quia contra votum ⁊ hoc est uerum. Et subdit q̄ seruare hoc iuramentuz nō prohibetur: sed penitentia sibi ō violatione uoti est iniūgenda: quod dicit magis ē uerum ꝓsumato matrimonio: quia illā dimittere non potest: ⁊ hoc nō obligatione iuramenti sed maiori vinculo sacramenti. Sz si non consummauit matrimonium: prohibetur seruare illō iuramentum: al' peccat mortaliter. Maius enim ⁊ prius: vnde ⁊ obligatius est vinculum voti: q̄ illius iuramentum: ⁊ ideo ad primum tenetur. Ibi etiam subdit q̄ si quis iurat se non facturum clericū vel religiosum: q̄ non prohibetur illud iuramentum seruare: quia nō admittur per hoc sal' anime nec corporis. Nā ⁊ laici i suo statu possūt saluari. Sed fm. b. Tho. hoc iurādo grauit pec cat: quia ponit obicem spūisancto. Nam etsi i seculo possit saluari: melius tamen ⁊ perfectiꝰ i clero uel religione. Dicitur autem iuramētū illicitū ñ solum cū adimitur salus anime uel corporis: sz etiam cum diminuitur salus alterius corum uel profectus anime impeditur per obseruationem iuramenti talis: sicut si quis iurauit non dare alicui panem necessarium ad sustentationem: ut illicitum prohibeatur illud obseruare: sed etiam si iuraret ei cōpanaticū quo melius sustentaretur ut illicitū esset prohibendū obseruare. Et multo magis est illicitum cū iurat illud nō facturuz: qō magis saluti anime ꝓficit. In cā eadē. q. v. §. i. dicit q̄ qui cogit aliquē ad iurādū falsum. i. exigit ab eo iuramētū peccat mortaliter si est periurās: qō ⁊ gl. affirmat. Sed hoc intelligendum est qñ ille scit seu vīsilr credit q̄ iurabit falsū: vt ōclarat. b. Aug. i. c. ille q. q. e. Nā al's si quis exigit ab aliquo iuramentum: vel per se vel per iudicem in iudicio ꝓ veritate inuenienda: nesciens si ille falsum iurabit: nō videt arguendus de mortali. Et multo magis iudex exigens iuramētum secundū formam iuris uel ad requisitiōez ptis: cuz debet: nō peccat: etsi sciat illū falsuz iurare fm. b. Thomā. In xxiij. q. i. §. si ār post. c. audiuimus: videtur dicere: q̄ lapsus in uetereꝫ heresim: excōicatus est: vnde ⁊ suspensus ab executione ordinis ⁊ iurisditionis. Et alios excōicare non ualet. Sed nouam heresim cōfingēs ex corde suo: non est excommunicatus. Et cum tolleretur ab ecclia pōt excōicare ⁊ alias agere: cū. s. est ocultus: sed gl. dicit indistincte: q̄ siue veterē sequatur: siue nouaz confingat: est excōicatus: ⁊ alios excōmūicare nō

ualet extra de hereſ. ad abolẽdaz. Ualẽt tam̃ alia que facit dũ toleratur ab eccl̃ia: quia .ſ. ocultus. Si tamen oĩno eſſet ocultus: quia cum nemine exprimit errorẽ ſuum ſm pe. i. iiij. ñ vr excommunicatus: quia eccl̃ia non iudicat nec punit mere occulta: ſed cum ſe in aliquo manifeſtat ſuã hereſiz ꝛſi ocultum ſit: ita q̃ probari i iudicio non poſſit tamẽ excõicatus ẽ. Et idẽ dicit glo. de ſciſmaticis niſi forte in ſummo pontifice: cuz duo crearẽtur ꝛ quilibet crederet ſe papam. Hec glo. ſumaria: ultima tamẽ eius pars uidetur itelligẽda cũ haberẽt iuſtã cãm credẽdi illud: ꝛ rationes eſſẽt vehemẽtes pro utraq; parte ut accidit tpe ſciſmatis inter urbanũ ꝛ clemẽtem. In dicto. §. q̃rens gratianus utrũ lapſi poſt baptiſmũ in crimẽ ꝛ penitẽtes ualeant ꝓmoueri ad ordines ul̃ dignitates uel curã aiarz. Et iam promoti ualeãt poſt lapſũ ꝓmanere in ordinibus dignitatibus iam ſuſceptis ꝛ ad alia ꝓmoueri. Arguit ad partes negatiuam ꝛ affirmatiuã multum diffuſe: demũ dat duas ſolutiones p diſtinctionẽ. Harũ prima ẽ q̃ ſi eos uere penitet nõ ficte poſſũt promoueri ꝛ i ſuis dignitatibus ꝓmanere ꝛ ordies exeq̃: ꝛ ad ſupiores aſcendere. Si ficte peniter: ita .ſ. q̃ nõ odiuz criminis: ſed timor ulitatis: ꝛ amiſſio ꝓpriꝰ gradus ꝛ ambitio celſioris ad pñiam inducit. Et tales nõ oñt ꝓmoueri uel manẽ i ſuſceptis. hec dic̃ i. §. quo igitur. añ. c. vt ꝓſtitueretur aliã ſolutõez ponit in. §. poſſũt ꝛ aliter ante. c. ſacerdotes. ſ. pec cata commiſſa: aut ſunt ocultа: ꝛ ꝓpter talia nõ ꝓhibẽtur promoueri ꝛ permanere in ſuſceptis facta ſecreta penitentia. Aut ſunt manifeſta ꝛ ꝓpter talia q̃ ſcandalizãt: ñ poſſũt nec debẽt promouẽri vel exeq̃ in ſuſceptis. Sed vtraq; ſolutio eſt imperfecta ꝛ ſatis confuſa: nec ſimplr̃ va: ſed cũ additione põt ſaluari. Nã quo ad primã ſolutionẽ diſtinguendũ: quia aut crimina ſũt talia que inducunt irregularitatẽ: ꝛ talibus irreptiti: non poſſunt ꝯnũcũq; peniteant abſq; diſpenſatione ordinari: l̃ beneficari uel uti ſuſceptis: exemplum in enormibus: uel in homicidio: vel mutilatione hereſi ſciſmate. Symonia in ordine ſuſcepto: dignitate et beneficio curato etiam ocultis: in quibus ſolus papa diſpenſat. Et in mediocribus criminibus cum ſunt notoria: vt in adulterio: ſacrilegio: inceſtu: ꝛ huiuſ. in quibus etiam aliquando epiſcopi diſpenſant: Si aũt crimia nõ iducãt irregularitatẽ poſſũt qui illa ꝓpetrarũt ꝛ ꝓmoueri ꝛ uti ſuſceptis ſine aliqua diſpenſatione. pacta tñ penitẽtia iteriori: ſi nõ ad pnitiẽ ſui: ſz ad ſalutẽ uolũt ſaciz ordinis accipe uel uti ſuſceptis. Sed cũ ultius q̃ritur: ſi per ꝓlatos oñt cũ huiuſ criminoſis qui i digent diſpenſatione: diſpẽſari. Tũc habere põt locũ prima ſolutio gratiani. ſ. q̃ non debet: cũ apparet nõ vẽ: ſed ficte penitere q̃uis poſſit: Sed ſi uere tũc põt ꝛ cõgruit cũ eis miſericorditez diſpẽſari ſm. c. ponderet. ꝛ. c. dño ſancto. In hõicidio ex malitia nõ conſueuit diſpenſari ꝛſi poſſit: quo ad aliã ſolutionẽ ſupplẽdũ eſt: quia ſi ocultа talia ſint enormia: que ut dictum eſt inducunt irregularitatẽ: indigent huiuſ. illaqueati diſpenſatione. Si non ſũt enormia per penitentiam ſecretaz purgata nõ impediunt. Manifeſta uero ſeu notoria ſi ſint enormia uel etiaz mediocria ut adulteriũm: ſacrilegium: ſodomiticũ: ꝛ huiuſmõi indigent q̃ ea perpetrarũt diſpenſatõe: ſi nõ ſũt notoria. ſ. per cõfeſſionẽ i iudicio uel cõfictionem: uel euidentia facti que nulla poſſit tergiuerſatione celari: q̃uis a multis ſciãtur non idigent talia diſpẽſatione: ſed pñia priuata purgãtur. Predicta ſatis elici poſſũt ex glo. ſũmaria. di. 50. §. ubi ponũtur multe circa materiã opiniones uarie. In di. i. de pe. querens utrum peccata commiſſa: ſola cordis contritione ꝛ ſecreta ſatiſfactione abſq; ſacramentali confeſſione: cum adeſt facultas: poſſint peccata deleri: vl̃ ſit neceſſaria ipa confeſſio. Arguit pro ꝛ contra ualde diffuſe. Demum in vltimo. §. non determinat: ſed relinquit iudicio lectoris: quaz ſequatur opinionem. Dicit tamẽ gl. ſummaria: q̃ Gratianus q̃uis non determinet: videtur tamen declinare ad hoc: q̃ ſit neceſſaria cõfeſſio ad remiſſionẽ peccatoꝝ: ſi adeſt facultas ad quod facit. c. vltimũ. Eandem queſtionez mouet magiſter ſen. in. iiij. Et ſimili modo idetermi natam reliquit. Sed. b. Tho. in. iiij. ibi i expoſitione littere: dicit q̃ tũc tempõis potuit utraq; opinio ſine p̃iudicio eterne ſalutis teneri. ſ. q̃ pfeſſio eſſet nccia uel nõ: ſz poſtq̃ p inocẽtiũ tertiũ eccl̃ia determinauit: ꝛ p̃cepit oĩbus pueniẽtibus ad vſũ rõis: vt ſaltẽ ſemel i ano debeãt proprio ſacerdoti confiteri: tenere ptinaciter q̃ non ſit neceſſaria cõfeſſio uocalis que fit ſacerdoti: eſſet hereticuz ꝛ ꝯ claues eccl̃ie: uez ẽ q̃ p ſolã cõtritionẽ que ſine ꝓpoſito cõfeſſionis ꝛ ſatiſfactionis nulla eſſet q̃ ꝓtritio cãt ex gratia dei peccata remittũt. Sed habita etiam remiſſione qõ tñ nullus põt ſcire p ſe: adhuc tenet ad cõfeſſionẽ tpe ꝓgruo. Qõ ſi ñ facẽt tempore debito habita opportunitate: q̃uis peccata dimiſſa nõ redirent: tñ incurreret mortale peccatũ ex illa omiſſione: vñ ꝛ damnationem hoc ſecundum. b. Tho. in. iiij. ꝛ al̃. Cui concõdat glo. ſummaria in fine poſt plures opiniones recitatas nõ ueras.

Notandum etiã .§. III.

q̃ glo. decretorum ſunt ſatis autentice ꝛ bone pricipue exponentes textũ qui aliq̃n eſt multum obſcurus ut ſine ipſis male poſſet intelligi: ꝛ de facili qui alia nõ vidiſſet in erorem induceret: vnde ꝛ hereticiq; aliq̃ auctoritates eꝝ iducũt male exponẽtes gl. ẽt ſũmarie q̃ ſi ponũtur in principio diſtinctionũ vel qõnum ſunt communiter bone ꝛ ve

recogitent ⁊ delectentur: vt ⁊.b. Greg. dicit: q̄ plerunq; fit vt rector audita tentatione alterius: ⁊ ipse tentetur. Sed ut subdit citius liberatur a sua: dum fatigatur aliena: si tamē cautus ⁊ timoratus sit. Sed ⁊ peccatoribus volentibus recogitare: ⁊ memorare peccata sua: vt doleant ⁊ confiteantur diabolus instigat: ut in ipa recordatione delectē tur: qō figuratū fuit in persecutiōe ⁊ morte asahelis q̄ insequebaṫ abner ducē exercitus saulis. Naz hasta aduersa retrosum in inguine pcussus ⁊ occisus ē. Sic peccator pseqēs diabolū seu peccatū intendens extinguere eū: aliquando auersa hasta peutit. oū. s. peccati delectatiōe qō destruere nitebaṫ occidit. Et ideo caute ꝓcedendū: nec multum immorādū: qō locū hz ī peccaṫ carnalib⁹. Tertio accedit tentator ad intellectū. Et hoc uel per nature subtilitatē: cum scilicet intellectum suum plenum formis seu similitudinibus omnium rez applicat humano intellectui quod tanq̄ speculū est susceptiuum omnium formarum. Sicut eniz de duobus speculis sibi ex opposito respondentibus: forma que est in vno resultat in alio. Sic forte est in anima humana q̄ forma ⁊ species quam diabolus vult ei presentare: exhibet in sua intellectiua: ⁊ aliquando applicat intellectui eam hūano: ut sibi resultent ita subtiliter q̄ videatur homini: q̄ sint cogitationes sue non diaboli. Et hoc forsitan agit diabolus quando tentat de rebus in corporeis seu spiritualibus que non deprehendūtur in imaginatione corporali. Dicit enim Algazel philosophus de anima: q̄ anima est tabula breuis continens summam omnium que in mundo sunt: in qua inuenitur exemplum omnis rei: secundum quaz sit possibile recognoscere vniuersa. Et isto modo videtur fuisse tentatio angelorū malorum a principio propter quod dicitur. Apoc. ꝛ. xij. q̄ draco iste rufus traxit cauda sua tertiā partē stellaz de celo. i. angelorz: Nā uidētes angeli inferiores mali in intellectiua draconis seu luciferi: speciem seu similitudinem illius superbe cogitationis: qua appecyt ⁊ estimauit sua propria virtute peruenire ad gloriam inde allecti eius exemplo in similem superbiam lapsi de celo cecide runt. Uel etiam aliter ascendit tentator ad intellectum: non quidem directe: sed indirecte. Nam quia secundum philosophum necesse est quēcunq; intelligentem fantasma speculari: fantasia autez est potentia affixa in organo corporeo. Unde ⁊ fantasmata eius id est similitudines rerum apprehensarum per alios sensus non sunt: nisi rerū corporalium. Potest diabolus varia fantasmata suggerē: incitatiua ad mala a quibus intellect⁹ capiat cognitionem. Tam quia peccatum consistit in consensu voluntatis: nō in apprehensione intellectus: etsi voluntas inclinetur ad assentiendum ex obiecto facto per intellectum: non tamen cogitur: propterea dicit Jacobus apostolus. Resistite diabolo ⁊ fugiet a vobis. Et ad hoc facit quod ait apostolus. Ipse sathanas transfigurat se in angelum lucis: quod agit non solum per corporales species quibus apparet sub similitudine sanctorum angelorum: vel sanctorum: vt intellectu apprehendente eum ut angelum bonum: reuerentiam exhibeat: ⁊ demum voluntas assentiat ad aliquod malū. Sed etiā cū tentat de aliquo vicio sub specie virtutis secundum illud. b. Grego. li. xlv. Sepe vicia se ingerunt: ⁊ virtutes se esse simulant. Quomodo hoc operetur diabolus ponit practicaz per multa exempla. b. Grego. di: xxxij. moraḷ. super illud. Cartilago eius quasi lamine. Uel etiam ⁊ tertio accedit tentator ad intellectum: quia vt dicitur in collatione abbatis serenī: Diabolus aliquando intellectui se applicat q̄dam obscuritate ⁊ deformi: ut obscuret mentem humanam: ⁊ obnubilet claritatem intellectus ut in mentis tristiciam maximaz veniat: vel accidiā vel vanum timorem: uel bonorum oblīuionem. Contingit hoc pro corporis debilitate: cum scilicet in illis membris in quibus vigor animi continetur immundus spiritus insidens: eisq; importabile pondus imponens: obscuritate teterrima intellectualis sensus anime inuoluatur. Uel quarto accedit ad intellectum per somnia ⁊ visiones. Luz enim per subtilitatem nature multa sciat nobis ignota: ⁊ ex dispositione elementorum: uel corporum nostrorum plura valeat nobis occulta nosse vt dicit. b. Aug⁹. xxvj. questione. iij. Sciendum.

Prenunciat aliqua futura aliquibus: ut illis sic euenientibus assuefiant tales eis demonijs credere: ⁊ tandem in interitum ducunt: ⁊ ideo nō multum credendum prophetis modernis. Egrediar ait diabolus ⁊ ero spiritus mendax in ore omniū prophetarum. iij. Regl. xxij. Et sic deceptus fuit Achab rex israel. Legitur q̄ quidaz heremite venerunt ad sanctum Antonium vt conferrent cū eo de suis reuelationibus. Beatus autem Antonius predixit seu expressit quedam que eis accidebant sibi in via: a quocunq; homine non intimata: ⁊ inter cetera de morte azini eorum in via. Cūq; illi quererent vnde hoc habuisset. Respondit sibi hoc a demonibus reuelatum: ut ex hoc illi discerent reuelationibus non de leui acquiescendum: cum hoc aliquando procedat a diabolo: vt tandem decipiat: sicut de quodam legitur in vitis patrum: q̄ cum assuetus esset huiusmodi reuelationibus credere tandem reuelauit ei q̄ pater suus veniebat ad eum propter quod occurreret ei. Et addidit. Ipse venit ut occidat te iratus contra te. Et in signum accedit cum bipenni in manu: ut te cum ea percutiat. Unde tu eum prius percute ne te occidat. Quod ille miser credens occurrit patri: ⁊ cum videret bipennem in manu quē a casu

detulerat: non ut eum percuteret: existimauit uere esse quod sibi reuelatum fuerat: vnde gladio quē tulerat patrem occidit: ⁊ diabolus in eum potestatem accipiens subito suffocauit. Accedit quarto tentator ⁊ draco iste ad rationem que facit discursum de vno ad aliud: ut cum suggerit rationi esse falsum: uel impossibile quod predicatur de articulis fidei ⁊ sacramentis: adducens rationes naturales in contrarium: uel cum inducit rationem ad perplexitatem de quo exempla habes ⁊ practicam. di. xiii. Nerui. ibi vide: uel cum inducit rationes ex scripturis ad persuadendum malum: sicut diabolus cum christum tentauit in deserto: ut mitteret se deorsum de pinaculo tēpli inducens auctoritatem psalmiste ad ostendendum ꝙ non lederetur. Scriptum est enim: quia angelis suis deus mandauit de te ⁊c. Mathe. iiii. intendens ex illa sui iectione ad superbiam inducere. Sic ⁊ sanctam Justinam temptauit. Nā accedens ad eam sub specie puelle: ex adiuratōne Cypriani tunc magici: obtulit se ad manēdum se cum ⁊ in perpetua virginitate deo seruiendum. Una autem dierum cepit sibi dicere. Timeo soror mea ne ex ista virginitate nostra amittam⁹ premium celeste quod querimus: ex eo ꝙ facimu⁹ cōtra diuinum preceptum. Gen. ix. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram: quod mādatum omnes antiq̄ sancti impleuerunt. Abraham Dauid ⁊ ceteri. Sed virtute orationis Justine innotuit deceptio eius. Unō facto signo crucis subito euanuit. Similiter de filio regis iosophat: conuerso ad fidem per barlaam dicit Jo. damascenus: qui eius historiam scripsit: ꝙ cum consilio teocle pessimi uiri misse fuissent ad eum seducēdum ⁊ auertendum a proposito castitatis: ⁊ a fide: pulcherrime puelle: ⁊ inter alia filia cuiusdam regis speciosissima ei promittebat se futuram christianam: si matrimoniū cū ea vellet cōtrahē. Et diabolus loquebatur per os eius per auctoritatem ueteris et noui testamenti: ostendens hoc laudabile: ut ad heb. xiij. Honorabile cōnubiū thorus immaculatus: cum ille renuueret: subintulit ipsa uel saltem semel cognoscere: ⁊ ipsa conuerteretur ad fidem ⁊ causa esset sue saluationis: diabolo viriliter restitit. Per hanc viā accedit tentator cum aliquos ad heresim trahit: persuadēs errorem per auctoritates scripture male ⁊ falso expositas: ut q: xp̄s dixit Jo. xiiii. Pater maior me est. Hinc arrius cum sequacibus sumpsit sibi occasiōem erroris dicens filium dei minorem patre secundum deitatem: cum christus ibi loqueretur de se secundum humanitatem. Unde ne quis decipiatur in huiusmodi: recurrendum est ad expositionem ecclesie nō proprio sensui. Tentat ⁊ de fide subtiliter vel de desperatione: ratione ostendens hominem non posse saluari propter multitudinem uel magnitudinem peccatorum: sicut ⁊ tentauit beatus Bernardum: in infirmitate graui constitutum: cui uiriliter restitit ei respōdēdo tentāti: se ñ suis meritis: uel⁹ opib⁹ sz misericordia ⁊ liberalitate Jesu Christi posse saluari: ⁊ hoc sperare. Et in lib. de vñ. donis: refert auctor se vidisse pium ⁊ deuotū religiosum tentatum. Utrum mundus esset aliquid uel somnium tantum. Et vtrum animam haberet. Et vtrum deus esset: ⁊ de hoc vsq̄ ad mortem dolebat a deo: ꝙ i procinctu erat desperationis nisi sanior⁹ usus fuisset consilio: scilicet ꝙ non curaret: quia culpa ei non erat: ex quo displicentiam habebat. Refert idem ꝙ cum esset in quadam ciuitate nquisitor contra hereticos: accessit ad eum mulier nobilis innocens ⁊ deuota: offerens se vt combureretur tanq̄ heretica: cum cogitaret pessima de articulis: ⁊ sacramentis: ⁊ cū irrogaret eā si eis cogitatiōib⁹ assēteret: l' ei placerent. Respondit cū lachrymis ꝙ potius uellet mori ⁊ cōburi: q̄ illas habere cogitationes. Tūc ille consolatus est eam ⁊ confortauit: ꝙ non curaret de eis: sed contemneret: quia non peccabat ex quo ei displicebant. Unde consolata remansit: ⁊ tales tentationes euanuerunt. Accedit quito tentator ad sensualitatem seu appetitum sensitiuum. Sicut enim in primorum parentum tentatione serpens antiquus accessit primo ad euam ⁊ seduxit: ⁊ per eam virum in esu ligni vetiti delectantis. Ita ut dicit magister sententiarum in. ij. lib. diabolus in tentando acceuit ad sensualitatez ut delectetur in aliquo malo quod diabolus suggerit: vt eaz complacentiam in re prohibita pariat viro. i. rationi seu spiritui: ut assentiat: ⁊ licet in sensualitate non inueniatur mortale peccatuz secundum beatum Thomam in prima secunde tamen per eam peruenitur ad mortale: cum ratō assentit obiecto crimini vel etiam cum ratione occupata: ⁊ distracta circa alia: procurante diabolo non repellit talem delectationem sensualitatis in criminalibus: vel reprimere negligit: precipue ad uertens periculum: sicut accidit in delectatione morosa vbi est mortale: propter quod dicitur Jeremi. iij. Usquequo morabuntur apud te cogitationes noxie. Hec tentatio figurata fuit secunduz Origen̄. in ludo hismaelis cum Jsaac: quam apostolus ad Gala. iiij. appellat persecutionem. Dicit enim ꝙ is qui secundum carnem natus est id est appetitus sensualis: persequebatur eum qui secundum spiritum natus erat id est appetitum rationalem. Et quo ad litteram dicitur ꝙ Hisma el iocando ita se habebat tanq̄ vellet ei dominari: vel quia faciebat imagines luteas inducens illum ad adorandum seu venerandum. Sic appetitus sensualis diabolo instigante vult dominari rationali appetitui ⁊ terrena querere: colere: ⁊ venerari. Sed Sara. i. sapientia hoc perpendens

suadet Abrahe viro.i.hoi virtuoso:ut eiciat eā cum agar matre sua idest appetitum sensualem cum apprehensione sensitiua que ipsum generat idest eos coherceat ne dominentur rationi. Per maxime autem conatur diabolus inclinare appetitum sensitiuum ad veneria tanq̄ quid naturale

Et vt magis inclinet: aliquando etiam motus carnis excitat: qui potest esse peccatum si ratio assentiat: uel exprimere: ⁊ ad petram allidē neglīgit. Aliquando etiam arte diaboli per aliq̄ visa: vel audita: vel imaginata tentatio: uel mor illicitus procuratur. Et inexperti quadam curiositate incitati vt experiantur delectationem: vt quid maximum bonum quod turpissimum est: vnde ⁊ maxime erubescibile. Propter quod legitur de quadam virgine deo seruiente: q̄ cum exnimia familiaritate incidisset in peccatum cum quodam sacerdote etiam deuoto: in tantuz dolorem ⁊ confusionem incidit de illa miseria: q̄ pre tristicia mortua est. Ignitas uel incognitas carnis tentationes: diabolus immittit etiam in suos dei. Unde sanctissimus hieronymus de se ait ad Eustochium. Quotiens in heremo constitutus: in illa vasta solitudie que exusta solis ardore horridum monachis prestat habitaculum: putauime romanis delicijs interesse. Horrebant sacco membra deformia. Squalida cutis situm ethiopice carnis adduxerat. Quottidie lachrymeq̄t tridie gemitus. Et siquando repugnantem somn̄ imminens oppressisset: vnde humo vix ossa cohe rentia collidebaz. De cibis ⁊ potu taceo: cum languentes aqua frigida vtantur: ⁊ accepisse aliquid coctum luxurie sit. Et tamen scorpionum socius ⁊ ferarum: sepe choris intereram puellarum: ⁊ i frigido corpore ⁊ carne premor: tua: sola libidinuz incendia pullulabant: hec ille. Unde ⁊ dicitur de diabolo Job penultimo potestas eius in lumbis: ⁊ virtus eius in vmbilico terre: id est permaxime tentat ⁊ sepe superat per vitium luxurie tā viros q̄ mulieres. Incitatiuum enim libidinis in viris dicitur in lumbis: quia inde deciditur semen abeis: quo ad mulieres dicitur in vmbilico: quia ex eo loco in eis deciditur semen. Exempla habes multa in vita patrum: Specialiter de illo patre qui quendam iuuenem multum de hoc vicio tentatum: non est consolatus nec confortauit: sed'dure arguens'in desperationem misit. Quem cum euntem ad seculum abbas Appollo inuenisset: ⁊ audisset consolatus est eum dicens: ⁊ se huiusmodi tentationibus impugnari: ⁊ sic reduxit ad cellam: post quod accessit ad illum senem qui illum ita in desperationem induxerat: ⁊ rogauit deum vt tentationes illius iuuenis ipse pateretur. Quo facto cuz i cellam eius intrasset: inuenit ita eum turbatum: ⁊ quasi amentem effectum pre tentatione carnis: vt uellet ad seculum redire. Sed ille admonuit illum ⁊ dixit hoc ei accidisse: vt discerz compati tentatis: ⁊ non inducere in desperationē Et orante pro eo cessauit tentatio. Exempla patent beatorum Benedicti: Bernardi se immergentis in aquam gelidam: Francisci post flagellum discipline in niuibus permanentis in nuditate. Et in vita patrum de eo qui cum ex cōpassione mulierem meretricem ab alijs missam: vt illum ad peccandum induceret in cellam recepisset de nocte ne deuoraretur a bestijs: dum tentaretur uehementer: posuit digitos manus singulos sigillatim ad lumen lucerne: ut dolore combustionis ignem tentatiōis extingueret: illa videte ex horrore mortua est: sed postea ab eo resuscitata. Nota etiam exemplum notabile in legenda sancti Basilij: de quadam puella virgine quam pater deuotus patri deo vouerat. In cuius amorem quidam iuuenis de seruis patris exardescens: procurauit per opera diaboli ipso fidem abneganti: q̄ illa puella ita accensa est in amorem sui q̄ langueret ad mortem. Unde rogauit patrez obnixe q̄ daret ei illuz in virum alias moreretur quod factum est. Sed Basilius illum reduxit ad penitentiam. Terribiliter diabolus tentat per vitia carnis ⁊ perire multos facit. Narratur i libro de. vij. donis de q̄dam muliere sic seducta a diabolo. Cepit ista apō se cogitare q̄ esset munda ⁊ pura mulier: ⁊ talis q̄ esset digna q̄ dominus faceret ei aliquas consolationes visibiles. Et cum aliquando esset in camera sua sola de hoc cogitans: visus est ei fulgur maximuz in camera sua intrare: ⁊ cum eo quidā rex pulcherrimus constipatus multitudine plurimorum hominum: dicens ipsi timenti q̄ non expauesceret: quia esset Christus cum discipulis suis: veniens ad ipsam consolandam. Cui cum multa blanda dixisset: ⁊ multa ei promisisset: si in eius amore perseueraret: ⁊ ipsa hoc se facturam promitteret recessit promittens ei q̄ eam sepe visitaret. Ueniens similiter secunda vice solicitauit eā ad amplexus ⁊ fedam commixtionem. Qua consentiente fecit eam iurare q̄ non reuelaret alicui familiaritatem suam: sed occultaret ex humilitate: plurima promittens. Tertia nocte in specie nō ita speciosa apparuit. Deinde in forma militis. Alia vice in forma clerici. Alia in forma rustici. Alia in forma mōaci. Postea i forma goliardi Demum mulier perpendens se deceptam a diabolo: accessit ad confessorem totuz negocium referans cum contritione. Ueniens autem ad eam diabolus sequenti nocte: fere insanire videbatur ⁊ comminans ei cum non posset eam opprimere volebat extinguere: sed non poterat. Quotiens autem peccabat etiam venialiter diabolus magis eam terrebat. Quando autem confessa erat ⁊ cō munionem recipiebat: a longe stabat: nec potēat appropinquare: uel ita eam turbare. In vitis

patrum etiam legit̃ur: q̃ quidam sacerdos idolo rum vidit in quodam templo: casu nocte ibi dor miens: sathan aduenire cum maxima multitudi ne: ut iudex: ⁊ cum posito throno ei ab assistenti bus demonijs: exigeret rationem a singulis de ma lis ad que induxerant quos tentabat: vno referen te q̃ fecerat quandam nauim submergi in mare: ⁊ inde multos suffocari: fecit eum sathan rex fla gellare ut inutilem seruum: qui tam parum mali procurasset. Alio vero referente q̃ in quibusdaz nuptijs se reperiens inter conuiuias suscitauerat rixas adeo q̃ multus ex eo sanguis effusus esset ⁊ sponsus ⁊ sponsa occisi. Hunc etiam iussus va pulare tanquã remissum ⁊ negligentem. Sur gens e medio tertius dixit se per .lxx. annos tẽtas se quendam anochoritam in heremo de fornica tione: ⁊ illa nocte obtinuisse victoriam illo collap so: hunc sathan amplexatus est ⁊ coronam capi tis sui ei imposuit: multum collaudans de stre nuitate sua super omnes. Multa exempla ad idẽ induci possent ⁊ quos in vigilia inquinare non valet: in somnis illudit. Nam etsi non iputetur ad culpam: quod in somnis accidit: imaginaria cõmixtio quantumcunq̃ feda: tamen potest esse culpa: cum videlicet ex crapula: vel precedenti turpi cogitatione cum delectatione: uel mentis re laxatione secundum beatum Thomam in. iiij. Et distin. vi. Testamen. Tamen diabolus sic illu dit in somnis vt in talium recordatione experge factus delectetur: uel ut inducat accidiam seu tri sticiam inordinatam. Uel ut perceptionem euca ristie impediat. Sicut legitur in collatione Theo ne. de quodam qui in festis cum debebat cum alijs communicare: talem illusionem patiebatur: ⁊ cum perpenderent patres illum non esse in cau sa huius: consuluerunt q̃ propter hoc non absti neret a communione: quo facto cessauit illusio ta lis. Et sic ostensum est q̃ ex opere diabolj pro cedebat.

Aliso de corni ¶.IIII.

bus hui⁹ draconis: modis scilicet quibus tentat: declarandum est quomodo illudatur: quibus sci licet suffragijs ⁊ modis deijciatur. Dicitur enim draco iste quem formasti ad illudendum ei id est ut ei illudatur. Tenetur autem lij: vt consequu tiue: non causatiue: ut illud ps prime. Malum coram te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis. Non peccatum Dauid causauit iustificationem dei: sed ex peccato Dauid hoc consecutum est: ut deus inueniatur iustus. i. verax in sermonibus su is: illo videlicet ps. cxv. Omnis homo mendax. Uel illud: Ezechie. In quacunq̃ die peccator cõ uersus fuerit omnium iniquitatum eius non re cordabor. Et tunc lij refertur ad illud a delicto meo munda me. Sic ad propositum. Non enim deus creauit angelos seu draconem ut tentet: qa ut dicitur Jacobi primo: Deus intentator malo rum est ipse neminem tentat scilicet ad seducen dum. Sed cum presciret deus eum conuerten dum in draconem malicia sua: ⁊ cupientem ex eo inficere: ⁊ occidere homines: sicut ipse deus ex omnibus malis elicit maiora bona: ita de malicia draconis hoc elicit ex tentationibus eius: vt ho mines proficiant gracia eius resistentes. Sic ergo illuditur cuj superatur ab hominibus. Illuditur cum ei insultatur ⁊ deridetur. Illuditur cum ex eius impugnationibus: dum intendit bonum vir tutis electis subtrahere: eis augetur. Unde beat⁹ Ambrosius. Illuditur ergo diabolus: ut se ipsum morsu suo vulneret: ⁊ contra se armet quem debi litandum putauit de peni. distinct. j. fieri potest.

Primo ergo videamus de modis ⁊ auxilijs q̃ bus draconi illudamus id est tentationes eius vin cendo. Et primum quidez ⁊ principale est dei gra tia: sine qua nil fit secunduz illud ps. lxxxvij. Ni si quia dominus adiuuit me: scilicet per gratiaz: paulominus habitasset in inferno anima mea. Et illud. Nisi dominus custodierit ciuitatem: fru stra vigilat qui custodit eam. Et apostolus. ij. Co rinthiorum. xij. Cum ter orasset vt ab eo aufere tur stimulus carnis id est tentatio sibi fuit respon sum. Sufficit tibi gratia mea. In quocunq̃ mini mo gradu gratia habeatur: sufficit ad resistenduz omni tentationi: si quis velit sequi instinctum ei⁹. Unde ⁊ Job. xiij. pone me iuxta te scilicet per gra tiam ⁊ cuius vis manus pugnet contra me. Si cut autem diabolus: ut dictum est habet multos modos ad tentandum: ita ⁊ gratia dei: ⁊ ecclesia docet multos modos ad illudenduz ei ⁊ superan dum. Unde ⁊ canoñ. quarto dicitur. Nasus spõ se id est discretio eccles.e: quo discernit odores vir tutum a fetoribus viciorum: sicut turris Dauid que edificatur cum propugnaculis: mille clipei pẽ dent ex ea: omnis armatura fortium id est vigor ecclesie qui ẽ ex gratia: qui dicitur ut turris: quia a remotis videt insidias diaboli: propugnacula sunt auxilia angelorum: mille clipei sunt auctori tates scripturarum. Omnis armatura fortium sunt virtutes ⁊ exempla sanctorum Secundũ adiutorium ad illudendum diabolum ⁊ superan dum est oratio Mathei. xxvi. Uigilate ⁊ orate ne intretis in tentationem. i. per orationem ne suc cumbetis: sed vincetis tentatorem. In huius figu ram legitur. Exoð. xvij. q̃ Moises dum perseue rabat in oratione manibus erectis ad celum: exer citus eius vincebat Amelech: dum demitteret manus vincebatur ab Amelech: vt exponit bea tus Hieronymus distinct. xxxvi. Si quis vult. A melech interpretatur lingens sanguinem: ⁊ signi ficat demones qui delectantur in peccatis nr̃is

designatis per sanguinem. Dum ergo mens orat exercitus potentiarum anime vincit tentationuz pugnam. Duz relaxatur z ab oratione cessat deij citur. Et in vitis patrū dicebat abbas Joānes: q̄ monachus immo z quilibet debet esse similis sedenti sub arbore: qui cum non potest effugere malas bestias occurrentes sibi: ascendit arborem: ita homo ascendens ad deum per orationem: vitat morsus demonum. Est enim oratio secundum Damasce. ascensus intellectus in deuz. Tertiū est humiliatio: p̄s. cxiij. Custodiēs paruulos dominus. i. humiles: ne scilicet ledantur a multis lesiuis occurrentibus. Et sequitur humiliatus sum z liberauit me. scilicet a periculis inferni: de quibus locutus fuerit eum inuenisse. i. tedtationes. Legitur de beato Antonio: q̄ in oratione positus vidisset mundum plenum laqueis seinuicem connectentibus: z clamasset. O quis istos euadet. Responsum est a deo. Sola humilitas. Ita enim cōnexa sunt adinuicem vicia: vt qui vnum querit euitare incidat in aliud. Cum enim quis vult vitium gule domare: incidit ad insensibilitatem. Et econuerso cum querit vitare indiscretionem incidit in gulam. Cum tristiciam vult remouere: incidit in dissolutionem z vanam letitiam z ecōuerso. Cum semel diabolus in angelum lucis transformatus apparuisset cuidaz: z diceret se esse Gabrielem archangelum: ille se humilians ait. Vide ne mittaris ad alium. Ego enim non sum dignus ut angelus mittatur ad me: qui subito euanuit. De alio legitur in vitis patrum: q̄ cum demones vellent decipere eum: dixerunt: vis videre Christum. Respondit. Anathematizo pos: z cum de quo dicitis: quia Christo meo credo dicenti. Si dixerint vobis. Hic est Christus: nolite credere: z subito disparuerunt. Quartum est velocitas resistendi: p̄s. Beatus qui tenebit ne scilicet vltra procedant: z allidet mozificando paruulos suos primos motus tentationum ad petram constantie seu resistentie de peni. distinct. iij. In salicib' Poeta scilicet Ouidius: Principijs obsta: sero medicina paratur. Cum mala per longas conualuere moras. Hieronymus. Interfice hostem dū paruulus est. In huius figuram dictum fuit antiquo serpenti. Gen. iij. Inimicitias ponam inter te z mulierem id est animam z semen tuū: quod est suggestio peccati: z semen illius quod est natu ralis instigatio ad bonum. Ipsa conteret caput tuum idest hoc te superabit: si caput id est principium tentationis abhozreat z extinguere conet. Contritus in capite insidiatur calcaneo id est fini operis boni per aliquam elationem: vel incircunspectionem: vel fini vite. Unde in vitis patrum legitur de quodam qui vexabatur ab immundis cogitationibus a diabolo q̄ cum ad quendam sanctum virum recurreret: exponens ei tentationes suas vt pro eo oraret. Cum pluries ad eum rediret pro simili causa: z ille pro eo plurics orasset: admirans q̄ non exaudiretur: vt a tentationibus ille liberaretur ne eis succumberet: ostensum est ei diuinitus: q̄ ille erat in causa: quia non subito immūdis cogitationibus resistebat: sed in eis moram faciebat z iocabatur cum eis. Unde reuertētem ad eum admonuit: ostendens ei defectum suum per exemplum: posuit enim super humerum eius inclinatum saccum plenum terra ut portaret. Et cum surgere vellet ille pater retinebat z detinebat ex parte posteriori. Cui pater ait. Quare non surgis ut portes? Respondit ille non valeo quia tu impedis z deorsum trahis. Sic z tu inquit pater: negligentia z desidia tua impedis defectum orationis mee pro te. Exinde senex cum nō deorsum traheret: sed iuuaret sursum leuari: de facili surgebat z portabat. Quintum est sacre doctrine frequentatio: prouerbiorum. xxx. Omnis sermo dei clipeus ignitus: p̄s. Scuto circundabit te veritas eius scilicet scripture: nō timebis a timore nocturno tentationum scilicet. Sed nō solum est sermo dei armatura defensiua vt scutū sed ut offensiua demonis: ut gladius. Unde apostolus ad Ephesios sexto capitulo postquā dixit. Sumite armaturam dei: ut possitis stare aduersus insidias diaboli: subdit inter cetera arma spiritualia. Et gladium spiritus accipite quod est verbum dei. Ut enim idem dicit ad Hebreos. iij. Uiuus est sermo dei: z penetrabilior omni gladio ancipiti: z̄. Sic dominus noster princeps exercitus ecclesie in deserto tentatus cum auctoritate scripture se defendens diabolum superauit. Mathei quarto: prout in figuram Dauid in prelio singulari cum lapide scripture occidit immanem Goliath: vt habetur primo Regum decimo septimo. Et etiam pene omnia prelia que habentur in sacra scriptura figurant prelia tentationū.

Et in ipsa scriptura habentur remedia contra omnia tentamenta: vt ait beatus Gregorius. in moralibus. Sextum remedium ad vincēdas tentationes est reuelatio tentationum patri spirituali: z permaxime in confessione. Unde in figuram dicitur iudicuz primo: q̄ iudas qui interpretatur confessio factus est dux belli tanquam scilicet precipuus: ad superanda bella tentationum. Ad hoc facit quod dicitur in prouerb. Qui reuelat secreta id est occultas tentationes perdet fidem amici id est diabolus qui erat amicus eius per peccatum consentiendo: non confidit de eo: timens ne reuelet in confessione: vel patri spirituali occultas tentationes: z sic remaneat ipse cōfusus. Quidam etiam patrum dicebat: q̄ nihil ita elidit virtutem demonum: sicut ut si quis reuelet secreta malarum cogitationum sanctis patribus. Nam reuelare socijs nisi sint bñ tiozati

hoc est sibi augere certamen ⁊ alteri periculum. In collat: patrum habetur credo abbatis Moisi: de abbate Joanne adolescentulo: q̄ cuz simularet se cum alijs ieiunare: occulte accipiebat panez quem in secreto comedebat. Cum autem quidā venissent ad visitandum patrem eius spiritualez causa edificationis ⁊ doctrine: contingit eum loqui de hac materia scilicet tentationum aperiendarum patri suo spirituali: q̄ hoc multum vtilitatis afferret. Quibus sermonibus presens Johannes prefatus: conpunctus coram eis manifestauit deceptionem suam ⁊ furtum: ponens in medium panem quem iam acceperat occulte ad comedendum: pater autem suus consolatus est euz: quia non tam ipse q̄ diabolus ex hoc confusus erat: ⁊ sic liberatus fuit a malo illo. Septimū remedium est eucaristie deuota frequentatio: p̄s. xxij. Parasti in conspectu meo mensam. i. eucaristiam in mensa altaris: ponitur enim continens pro contento: aduersus eos qui tribulant nos: ut scilicet non preualeant. Hinc Crisi. Uelut leones flammam inspirantes: sic ab illa mensa domini discedimus diabolo terribiles effecti. In cuius figuram Helyas labore fatigatus: ⁊ tedio ex persecutione Jezabelis: cum dormiret expergefactus ab angelo: ⁊ confortat⁹ subcinericio pane significante venerabile sacramentum: ambulauit in fortitudine cibi illius vsq̄ ad montem dei. iij. Regū xix Octauum remedium est passionis Christi deuota meditatio: ⁊ crucis signatio. Jsaie decimo tertio dicitur. Supra montem caliginosum leuate signum scilicet crucis idest super ceu contra diabolum. Per signum crucis de inimicis libera nos deus noster. In cuius figuram: vt habetur numeri. xxi. illi qui in deserto erant a serpentibus venenati: si aspiciebant in serpentem eneum sanabantur: alij moriebantur. Ita qui tentationibus vrgētur: si ad Christum crucifixum respiciunt: sanantur a tentationibus. Nonum est in aliquo bono occupatio. Sicut enim ocium: vt dicit beatus Bernardus est mater nugarum: nouerca virtutum: omnium tentationum ⁊ malarum cogitatō num nutrix. Propter quod dicit sapiens. Omnia mala docuit ociositas. Et poeta. Uariam dant ocia mentem. Ita econtra dicit magister in. iij. distinct. j. Non facile capitur a tentatore qui alicui bono vacat exercicio. Et ideo ait Hieronymus de consecratione distinctione quinta

Semper aliquid boni facito: ut te diabolus inueniat ocupatum. Unde ⁊ venerabilis Joannes cassi. narrat in contractatu de. viij. vitijs: q̄ cum quidam sanctus vir transiens ante cellam cuiusdam anachorite: vidit diabolum aliquando intrantem: ⁊ aliquando exeuntem. Et ingressus ad illum quesiuit ab eo opera, sua que agebat tūc ⁊ inuenit: q̄ cum stabat bene ocupatus diabolus recedebat a tentatione eius: ⁊ foris cellam manebat: cum autem staret ociosus: tunc diabolus intrabat ⁊ eum tentabat. Decimum ⁊ vltimū est vitatio ⁊ fuga occasionum. Qui enim amat periculum ait. Salomon in illo peribit. Non enim est fortitudinis: sed presumptionis ⁊ temeritatis: exponere se ad pericula: vbi quis potest bene declinare: fugite ait apostolus. j. Corinthiorū vi. fornicationem. non enim melius vincitur istō vicium q̄ fugiendo scilicet occasiones eius: vt cogitationes ⁊ locutiones de ea: quia corrumpunt bonos mores colloquia prauа ait Terentius. Similiter ⁊ malas societates. Dicitur enim vigesima octaua questione prima. Sepe malorum consortia ad crimen inducunt innocentes: quantomagi eos qui ad vicia proni sunt. Sicut enim vt dicitur in p̄s. xvij. Cum viro innocente innocens eris: ita cum peruerso peruerteris. Petrus apostolus cuz socijs apostolis confessus est Christum cum iudeis malis consociatus in domo Cayphe Christuz negauit. Et Jsidorus ait distinctione. lxxxi. Valet q̄ congruum est inde corporaliter euelli: vbi quis illecebris deseruiuit. Et in figurā Loth educto de sodomis mandatum fuit: ut in ciuitate non maneret neq̄ in omni circa regione. Non enim sufficit peccatum dimittere: sed ⁊ circumstantias ⁊ occasiones malorum. Unde ⁊ abstinere ab aspectu vano: ⁊ cibis superfluis. vi. questione. j. Exmerito dicitur. Officium singulorum carissimi non solum oculos habere castos: sed ⁊ linguam ⁊ cor. Hieronymus inquit. Sine cerere ⁊ bacho friget venus. His decem cornibus iusti. confringūtur cornua peccatorum: quibus draco iste infernalis percutit tentando. Ad hoc etiam scilicet vincendum tentationes: vt habetur in libro de septē donis ponitur talis figura pro diuersis remedijs. Fuit quidam cecus: qui volens euadere tirannydem domini sui: ascendit equum ruffum: pretermissis omnibus bonis suis ad locum tutum: puerum equo superposuit: cuius ducatu dirigeretur ⁊ effugeret. Cunq̄ incederent per viam: clamauit puer: dicens. Ecce quidam insequitur nos cum equo nigro: quo audito vrgens cecus equum suū calcaribus euasit: postea mittitur alius a domino cum equo albo ad eum capiendum. Clamat puer insinuans insecutionem eius cum equo albo. Et cecus similiter vrgens equum suum calcarib⁹ euasit. Cum autem paululum processisset clamauit puer. Ecce alius cum equo simili nostro scilicet ruffo venit post nos. Tunc cecus valde timuit: ⁊ cum multum eum insequeretur: ut pene attigeret ad eum: clamauit cecus ad puerum dirige me per viam lapidosam: si forte equus nos insequens deferratur ⁊ fatigetur: Quo facto ex illo equo ruffo fugato: cum alius euz simili equo ruffo insequeretur: dixit cecus puero: vt sumeret viā

lutoſam ꝛ euaſit tutus. Iſte cecus eſt animus noſter ſatis obſcurus. Hic ſi uult euadere tyran nidem diaboli cuius ſerui naſcimur: ꝛ tentatiões eius vincere: debet aſcendere equum charitatis: ꝛ puerum ideſt rationem ſumere ducem itineris ſui ideſt operum. Inſequens eum equo albo eſt diabolus tentans in proſperitate. In equo nigro eſt tentans diabolus in tribulatione. Calcaria q̄ bus debet quis ſe vrgere ad vitandum tentatiões eſt timor ſupplicij: ꝛ amor premij. In proſperita te eniz tentat de ſuperbia: inuidia: auaricia: ꝛ hu iuſmodi. In aduerſitate de accidia: triſticia: ꝛ ira. Sed amor glorie: ꝛ timor inferni omnia facit ſu perare. Equus rufus eſt amor carnalis: ꝛ ardor concupiſcentie: qui perſequitur vehementer: et quaſi capit. Sed ad reſiſtendum huiuſmodi ten tationibus: incedendum eſt per viam lapidoſam ideſt aſperitatis ꝛ abſtinentie. Quartus equus eſt tentatio vanegloie de ſimulata charitate. Sz ad euadendum hanc: incedendum eſt per viam lutoſam ideſt conſiderando ſe vilem terram ꝛ ci nerem ꝛ peccatorez.

Vltimo uidendūz. §. V.

eſt de multis fructibus ſeu vtilitatibus tentatio num: propter quas diabolus illuditur: ut cuz que rit detrimenta homini per tentamenta inferre: p fectum ſuum inducat. Et primo quidem tentatio humiliat ſeu ab elatione preſeruat. Unde apoſto lus ſecundo Corinthiorum duodecimo. Ne ma gnitudo reuelationum extolat me: datus eſt mi hi ſtimulus carnis mee angelus ſathane qui me colaphizet beatus Gregorius. Dum vitia nos ten tant proficientes in nobis virtutes humiliāt. Hic eſt q̄ iſrael Jebuſeum tollerat: vt humana mens de ſe humilia ſentiat. In vitis patrum quidam ad hoc dabat exemplum dicens: q̄ niſi velaret pi ſtor oculos animalis molentis: ad molam verte ret ſe animal: ꝛ comederet ſuos labores. Sic deus permittit cogitationes ſordidas in mente noſtra exurgere: et tentationes: que mentem noſtram obnubilant: ne bona noſtra videamus ꝛ ea per ſuperbiam perdamus. Secundo ten tatio hominem honorabilem reddit. Unde dicit primo Machabeorum ſecundo. Abraham in tē tatione ſua inuentus eſt fidelis: ꝛ ideo reddit ei deus gloriam in gente ſua. Magna vtiq̄ fuit ten tatio quando tentauit deus Abraham: mandās ut immolaret filium ſuum. Geñ. xxij. Bellabat eniz paternus affectus: ꝛ promiſſio prius ei facta: cum precepto diuino. j. pet. j. Modicum ſi opor tet nunc triſtari in varijs tentationibus: ut proba tio fidei veſtre inueniatur in laudem gloriam ꝛ honorem. Legitur in vitis patrum de beato An tonio. q̄ cum viriliter dimicaſſet contra tentamē ta demonum: qui etiam vſq̄ ad mortem pene eū verberauerant: ꝛ proſtratum ex dolore ad maio ra certamina eos prouocantem in diuerſas ani malium ferotium formas viſibiliter apparentes diſcerperent: cum ſenſiſſet diuinam adeſſe preſen tiam i radio lucis emiſſo clamauit. Ubi eras bo ne Jeſu: ꝛ cetera. Cui reſpondit dominus. Anto ni hic eram ꝛ certamen tuum expectabam. Nūc autem quia viriliter dimicaſti: faciam te in toto orbe nominari: quod patet de ſe. Tertio bōa multiplicat ſpiritualia: ꝛ temporalia primo Co rinthiorum decimo. Faciet cum tentatione pro uentum Gregorius. Multum addicit ſibi virtus laceſſita. In cuius figuram Job multipliciter tē tato: adaucta ſunt ei: ꝛ duplicata bona ſua: vt pa tet Job vltimo: vnde in vitis patrum cum diſci pulus cuiuſdam ſenis grauiter tentaretur: ꝛ vt reſiſteret grauiter ſe affligebat. Ait pater. Uis fi li vt rogem dominum: vt auferat a te hanc tenta tionem? Reſpondit: non pater: quia ſentio in ani mo meo ex eo profectum: quia huius occaſione amplius vigilo: ieiuno: ꝛ oro. Tantum ora pro me vt det mihi deus fortitudinem. De quo eum commendans gauiſus eſt. Quarto in multis docet ꝛ illuſtrat. Eccleſiaſtici. xxxiij. Qui tenta tus non eſt: qualia cognoſcit quaſi dicat pauca.

Et in figuram dicitur Judicum. iij. Has igitur gentes chananeorum dereliquit deus ſcilicet in iſrael: vt ex toto non delerentur: ſed aliquando i pugnarent: vt erudiretur hieruſalem in eis: vt ſci rent artem pugnandi: dum enim tentatio iſtigat ad malum: docetur homo q̄ ſi magna operatur ꝛ ſuperat: hoc non a ſe: ſz dei virtute agere: cum experiatur ſepe in minimis quaſi deficere: etiaz ſi nolit. Unde Gregorius. Tentari permittit de us: ut dum per tentationem homo concutitur: imbecillitate cognita fortius ſolidetur: poteſt etiā talia expertus aliter alios docere: ꝛ cautos redde re. Experientia enim eſt magiſtra rerum. Unde ꝛ de Chriſto dicit apoſtolus ad hebreos quarto.

Non enim habemus pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris: tentatuz per om nia pro ſimilitudine abſq̄ peccato: quia ſcilicet i nullo ceſſit. In quo enim tentatus eſt: potens eſt: ꝛ his qui tentantur auxiliari. Quinto conſo lationem ꝛ refectionem ſpiritualem cauſat. In cuius rei exemplum: poſtquam Chriſtus tentatio nes ſuperauit i deſerto: Dicitur Mathei quarto Ecce acceſſerunt angeli ꝛ miniſtrabāt ei. Et Hie ronymus ad Euſtochium de ſe ait cum tentaret tentatione luxurie. Ipſam quoq̄ cellulam meaz quaſi cogitationum conſciam pertimeſcebam: ꝛ mihi iratus: ꝛ rigidus ſolus deſerta penetrabā. Et ut mihi teſtis eſt deus poſt multas lachrymas nonnunquā videbar mihi intereſſe agminibus angelorum. Hinc ꝛ Sara vxor Tobie iunioris

aiebat. Non delectaris deus in perditionibus nostris: sed post tempestatem tranquillum facis scilicet post tentationes quietem mentis: post lachrymationem ⁊ fletum exultationem infundis Thobie.iij. Dicitur a naturalibus de ceruo: q̄ preliās cum dracone: vel serpente: postquā occiderit quasi infectus est flatu eius: ad fontem currens: in aquam se proiiciens: totus refrigeratur ⁊ iuuenescit: sic seruus dei preliatus cum dracone infernali: ⁊ quasi infectus ex tentatione mala ad fluuiū paradisi recurrens: totus confortatur ⁊ vigorat.

Sexto malitiam demonum debilitat. ps. Ladenta latere tuo mille scilicet demones tentantes in aduersitate significata per finistram ⁊ decē milia a dextris idest prosperitate tentantes: tibi autem non appropinquabit scilicet aliquis eorū qui victus a te: cecidit. Dicit enim Origenes ut allegat magister. in. ij. sententiarum: q̄ viri sancti debellantes cum demonijs scilicet in tentationibus ⁊ superantes: diminuunt numerum eorum: ut scilicet tales victi non amplius valeant tentare Quod intelligit beatus Thomas in scripto: quo ad illum qui vicit: ⁊ perfecte vicit tentationes. Sed quocunq; sit: manifestum est q̄ sancti viri vincendo tentationes diaboli: assumunt magnas vires contra eos: vt eis illudant: nec valeant alijs nocere ad petitionem eorum. Sic beata margarita victo demone qui apparuerat ei sub specie hominis compacientis ei de tormētis sibi illatis ad persuadendum: vt assentiret olibrio prefecto: proiecit eum ad terram: pede suo eum calcans: ⁊ dicens. Sternere superbe demon sub pedibus femine. Cui ille. Dimitte me obsecro: satis illusisti mihi. Sanctus vero Basilius pro eo qui fecerat cyrographum sua manu diabolo se ei tradens: reuertenti ad penitentiam: orans cum populo: coegit diabolum ad reddendum publice instrumentum talis obligationis: ⁊ liberauit illum de manibus eius. Septimo alios confortat. Unde dicitur Thobie secundo: Hanc tentationem dedit mihi deus: vt posteris daretur exemplum patientie eius: sicut ⁊ sancti Job. Cum enim quis cōsiderat sanctos etiam tentatos: confortatur: ⁊ nō desperat: quasi solus ipse: uel peccatores ⁊ imperfecti tententur. Et aduertens etiam q̄ illi homines erant: ⁊ tamen dei adiutorio superabant tentationes: inde etiam confortantur ⁊ animantur ad fortiter dimicandum. Etsi titubat: datur sibi occasio recognoscendi debilitatem suam. Unde ⁊ ps. xxv. Proba me domine ⁊ tenta me. i. tentando proba me: non quidem ut tu cognoscas me: quasi prius non agnoscerес: cum omnia noueris sed ut cognoscam me ipsum. Octauo premiorum merita augmentat. Non enim quis meretur ex hoc q̄ non furatur vl̄ mechatur: vel non odit cum super his non impugnetur. Sed cum tentatur de his ⁊ resistit: tunc meritum augetur Jacobi. j. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniā cum probatus fuerit accipiet coronam vite. Unde in vitis patrum legitur: q̄ cum quidam adolescens discipulus cuiusdam sancti senis semel cū eo diceret officium ⁊ pater propter vigilias precedentes dormitasset: pre reuerentia non audebat eum excitare: sed tentatio cogitatiōis irrepsit ei: vt recederet ad cellam suam vadens: ⁊ post tēpus rediret. Sed sibi vim faciens respondebat q̄ licētiam non habuerat a patre suo. Sicq; septies super hoc tentatus fuit. Exinde pater euigilans illū videns astare miratus est: ⁊ post officium dictum cum eo misit ad cellam. Post quod in oratione se tradēs: vidit in celis sedem paratā cū septem cornis desuper. Et cum ille miraretur: ⁊ quereret cui illa parata sedes esset: dictum est discipulo suo. Et cum interrogaret quare septem corone super eam posite erant: dictum est: quia illa nocte septē vicibus resisterat tentationi instiganti eum ad recedendum. Et ideo pro qualibet vice sibi meruerat vnam coronam. Nono tentatio peccata purgat. Sapientie. iij. Deus tentauit illos. i. permisit tentari: ⁊ inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos. Aurum autem in fornace ignis purgatur a mixtura vili: hinc et beatus Gregorius: ait. Ab electis suis temporali afflictione maculas iniquitatuz curat abstergere: quas in eis ineternum non vult videre: de peni. distinctione prima. Si peccatum. In tentatione enim homo affligitur: dum sibi vim infert ne assentiat: in quo magis frequenter anxiatur q̄ per afflictionem corporalem. Unde pacienter ferendo molestiam ⁊ resistendo: purgantur peccata q̄ ad penam debitam scilicet per modum satisfactōnis. Et ad hoc facit quod legitur in vitis patrum: q̄ cum quidam sanctus religiosus ad extrema veniens: timorem ⁊ honorem multum ostendisset ex tentationibus quas paciebatur defunctus apparuit cuidam sibi familiari: in statu glorie se esse affirmans: Et cum ille quereret quare tantum horrorem ⁊ afflictionem habuisset in fine? Respōdit. Nescis scriptum esse scilicet in Job. xl. capitulo quia territi purgabuntur. Decimo ⁊ ultimo in celo coronat. Luce vicesimosecundo ait Christus discipulis. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis: ⁊ ego dispono vobis regnum: ut edatis ⁊ cetera. Non coronabitur ait apostolus. ij. ad Thimo. iij. nisi qui legitime certauerit. Certat legitime: qui resistit ⁊ vincit in prelio tentationum. Unde Apocal'. iij. dicitur Uincenti dabo edere de ligno vite quod est in paradiso dei mei: Hec est fruitio diuinitatis. Et ex his illuditur draco iste: ⁊ serpens antiquus: vt

demum proijcitur in terram inferni: vt dicitur Apocal. xij: adaucta sibi pena ex accidentali malicia tentationum: ⁊ sancti liberati ab eo gratias agunt omnipotenti deo de victoria habita eius gratia. De materia tentationum habes etiã multa supra in prima parte.

De tribulatione maxima que erit tempore Antichristi Capitulum quartum.

Quia tẽtatio maxima fiet hominibus tempore Antichristi ideo nunc de ea. Et quia locuti sum⁹ de diabolo tentante sub nomine draconis. Joan. Apocal. xij. de dracone loquens ait. Uidi angelũ descendentem de celo habentem clauem abyssi ⁊ cathenam magnam in manu sua: ⁊ apprehendit draconem serpentem antiquum qui est diabolus ⁊ sathanas: ⁊ ligauit eum per annos mille: ⁊ misit eum in abyssum: ⁊ clausit: ⁊ signauit sup eum. Et subditur. Postquã consumati fuerint mille anni: soluetur sathanas scilicet draco iste de carcere suo: ⁊ exibit ⁊ seducet gentes. Et de eo etiam dicitur capitulo duodecimo ꝙ draco iste cauda sua traxit de celo tertiam partem stellarum. Quis sit iste draco ipse Joannes insinuat: quia sathanas: angelus descendens de celo ⁊ deijciens ⁊ ligans euz in abyssum: potest dici esse magni cõsilij angelus scilicet Christus qui passus: ⁊ ad inferos anima eius descendens cum deitate: patres d̃ limbo eduxit ligans in inferno insaciabilez homicidam diabolum idest potentiam suam: ⁊ malitiam suam debilitans virtute sue passionis: ne quãtum cupiat nocere preualeat in animalibus. In corporibus autem seuiendo per tyrannos infideles contra Christianos: precipue videtur fuisse ligatus tempore Siluestri imperio ad fidem conuerso. Unde ⁊ in signum huiusmodi. Siluester papa alligauit draconem materialem inficientez ⁊ occidentem populum rome in foueam profundissimam. Dicit autem beatus Gregorius. xxxij. moral. tractans illud Job. xl. Strigit scilicet Beemoth caudam quasi cedruz: ꝙ millenario numero ratione sue perfectionis significat omne temp⁹ ecclesie quantumcunqz sit vtqz ad finem eius idest tempus Antichristi. Unde ponitur numerus determinatus pro indeterminato: post quod dicitur solui draco sathanas de carcere suo qui tempore Antichristi permittitur amplius seuire corporaliter ⁊ spiritualiter per illum pessimum hominem Antichristuz. Et hoc est cauda vbi maxime est venenum draconis ⁊ Beemoth scilicet Antichristum qui in fine ecclesie erit: quaz beemoth qui ad litteram est elephas: quia diabolus ipsum Antichristum valde eleuabit in potentia: ⁊ temporali dignitate super omnes: sicut cedrus est altissima arborum: ⁊ stringet duritia ⁊ feritate. Unde ⁊ tertiam partem stellarum dicitur draco iste deicere cauda: quia per Antichristum multos qui valde resplendebunt in ecclesia doctrina: ⁊ vita deijciet. Uel prosternendo per mortem ad terraz quo ad sanctos: vl' prosternendo multos spiritualiter inducendo ad terrena. Quantum autem sit diabolus tunc tentationibus ⁊ tribulationibus seuiturus dominus noster Jesus insinuat: dicens. Mathei. xxiiij. Erit tunc talis tribulatio qualis non fuit ab initio mundi vsqz mõ: nec fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi: nõ fieret salua omnis caro. Unde ⁊ sit grauitas hui⁹ tentationis tunc beatus Gregorius: vbi supra scilicet. xxxij. lib. moral. sic ostendit: dicens. Uidendum valde est cum beemoth iste caudam suam: ut cedrum subleuat: in quo tunc atrocior q̃ nũc se erexerit surgat. Que enim penarum genera nouimus: que non iam vires martyrum exercuisse gaudemus. Alios eniz improuiso ictu immersus gladius strauit. Alios crucis patibulo affixit in quo ⁊ mors prouocata repellitur: ⁊ repulsa prouocatur. Alios irsutis serra dentibus attriuit. Alios armatos ferro insultans vngula sparsit. Alios belluina rabies morsibus detruncando comminuit. Alios ab intimis viscerum per cutem pressa vis verberum rupit. Alios effossa terra uiuos operuit. Alios demersos in morte precipitium fregit. Alios in se ꝓiectos aqua repleta absorbuit. Alios edax flamma vsqz ad cineres depasta consumpsit. Cum ergo beemoth iste caudam suam in fine mundi amplius dilatat: quid in illis tormentis tunc atroci⁹ exurgit: nisi quod in euangelio dominus dicit.

Surgent pseudo prophete: ⁊ dabunt signa magna ⁊ prodigia: ita ut in errorem mittantur si fieri potest etiam electi. Nunc enim fideles nostri mira agunt cum peruersa paciuntur. Tunc autem beemoth huius satellites scilicet antichristi etiam cum praua ingerunt mira acturi sunt. Pensemus igitur que erit illa humane mentis tentatio: quãdo pius martyr ⁊ corpus tormentis ingerit: ⁊ tamen ante oculos eius mira tortor facit. Cuius tẽ virtus non ab ipso cogitationum fũdo quatitur: quando is qui flagris cruciat signis coruscat. Sic ergo beemoth stringit caudam suam quasi cedrũ quia nimirũ ⁊ altus: tunc erit veneratione prodigij: ⁊ durus crudelitate tormenti: hec. b. Gregori⁹ Et in Antichristo fuit ⁊ erit fortitudo temporal. In sanctis qui vincent tentationes ⁊ tormẽta erit fortitudo spiritualis. Multa reperiuntur de Antichristo pronunciata in sacris scripturis ⁊ ꝑ

doctores declarata. Sed permaxime de eo agitur Dañ. c. vij. ⁊ viij: vt exponunt omnes doctores. Unde ⁊ Xp̄s loquens ⁊ prenuncians de ext minio: ⁊ tribulatione maxima hierosolyme ac ēt afflictione ecclesie durissima per antichristum: q̄ postea cito habitura est finem. inquantū milicis: per finem mundi ⁊ finale iudicium dixit. Math. xxiij. Cuz videritis abhominationem desolatio nis stantem in templo que dicta est a Daniele pro pheta: tunc qui legit intelligat scilicet tunc imple ri illam prophetiam: hec prophetia habetur Da niel. ix. in fine. Ubi postq̄ Danieli fuit reuelatum tempus determinatum future incarnationis in lxx. ebdomadibus annorum: ⁊ de passione Chri sti ⁊ fructu eius: ⁊ destructione hierosolyme per Titum cum romano exercitu dicit. Post finem belli statuta desolatio scilicz hierosolyme: ⁊ pau lo post. In templo erit abhominatio desolationis: ⁊ vsq̄ ad consumationem ⁊ finem perseuerabit desolatio: vt dicit Nicolaus de lira. Abhomina tionem appellant hebrei idola seu idolatriam: que inter vicia maxime est abhominabilis. Ab hominatio ergo desolationis est idolum posituz in templo desolato idest destructo: quod fuit fa ctum secundum quosdam de imagine Tiberij imperatoris quam Pilatus posuerat in templo Sed hoc iam factum fuerat. Unde alij dicūt de imgine Cai imperatoris hoc: quam mandauit poni in templo ut adoraretur: quod fuit factum post decennium a passione domini. Sed meli us videtur exponendum: vt dicit pe. come. in hi storia scholastica: de eo quod gestum est per euer sionem hierusalem per Titum ab Adriano im peratore: qui posuit statuam suam in templo de solato ⁊ euerso vbi archa steterat. Uestigia eniz adhuc quedam ciuitatis remanserant: ⁊ iudei q̄ vndecunq̄ venientes ad locum sanctum redibāt ⁊ multiplicati remouerunt statuam. Et hoc Adrianus audiens: posuit manum suam extre mam: ⁊ fund. tus euertit vrbem et mandauit artissime ne quis iudeorum remaneret in terra illa. Nam ciuitas que postea fuit edificata ⁊ dicta helia: non fuit sita vbi prius erat: sed iuxta

Reddita igitur pecunia cum sua paupertate reuersus est ad quietem suam ⁊ cantus suos: cum ergo temporalia sint fallacia quia promittunt ꝺtem ⁊ non prestant: sed anxietatem ⁊ appetituz earum augent: secundum illud Eccl⁹. Ipsa appositio diuiciarum auget flammam ⁊ maior fit cupido. Ideo qui timent trepidauerunt timore: ⁊c.

Tertio non est ti. §. III.

mendum temporalia amittere: ita q̄ propt̄ hoc deus offendatur quia ipsa sunt defectibilia ad p̄ mansionem. ppter quod dicit magister veritatis Math. vi. Nolite thesaurizare uobis thesauros super terram ubi erugo ⁊ tinea demolitur ⁊ fures effodiunt ⁊ furantur quasi diceret. Ideo non debetis reseruare ⁊ multiplicare temporalia ista bona ⁊ sollicitari circa ipsa timendo ne deficiāt uobis: quia defectibilia sūt in se. Nam si sunt metalla erugo ⁊ rubigo cōsumit. Si panis uel victualia: tinea rodit ⁊ destruit. Si pecunia numerata l' gēme: fures possūt occulte rapere. Si possessiōes et agri ⁊ domus: domini temporales qui ut dicit Isa. i: sūt socij furum: effodiunt. i. diuersas occasiones inueniunt: unde ea auferant: sed q̄ homines non curant quō temporalia multiplicent per fas ⁊ nefas nec faciunt elemosynas subueniendo indigentibus ut deberent: timendo ne sibi deficiāt deus suscitat bella: immittit penurias: infirmitatib⁹ uexat quibus homines temporalia consumāt. vnde. b. Aug. xvi. q. i. Decime. Quod ñ accipit christus accipit fiscus. Dabis impio militi quod non uis dare christo. Uerū ⁊ si certus sit quis ut tēporalia ei i uita non deficiāt: nunquid in mōte que nō tardat: aliquid de his secū deferet: certe ñ. Et ideo inquit p̄s. xlviij. Ne timueris cum diues factus fuerit hō: et cum multiplicata fuerit glia domus eius. Ne timueris. s. amittere temporalia: q̄ ⁊ diues qui habet ea tandem amittit. Et idez firmat Job quod tamen experientia docet diuersi ait cū dormierit nihil secum affert aperit oculos suos et nihil inuēit. Diues hic dormit mente alien⁹ a cōsideratione dei ⁊ periculi sui: ⁊ ppie accidit ei sicut dormienti: qui cum somniet se habē multas pecunias et in conuiuijs letari ⁊ epulari subito expergefactus nihil se habere eorum cernens. tristatur se illusum. Ita qui inhērent temp̄alib⁹ quasi somniant: cum enim estimāt se permanere in eis: ex improuiso subito superuenit mors que dormitio dicitur: quia resurrectur⁹ est in fine mūdi. Moriens autem aperit oculos mentis q̄s hic culpa clausit ⁊ nihil inuenit de temporalibus hic possessis. Sed inuenit nihil q̄ cōmisit. i. peccatū Nam etsi actus peccati aliquod sit in q̄tum act⁹ tñ in q̄tum peccatū nihil nulla natura est: sed defectus rationis: sicut tenebra defectus lumis. exē plum notabile ponit saluator noster in euangelio ut refert Lu. c. xij. de quodam diuite qui cuz ageret suus uberes fructus attulisset: cepit mente estuare ⁊ timere ne sibi deficerent loca ad reponendū tātos fructus. Sed subito cogitatio malitie sibi ipi respondit dicens. Scio quid faciam: destruā horrea mea ⁊ maiora faciam: ⁊ illuc congregabo omnes fructus meos ⁊ dicaz anime mee. Alma mea habes multa bona reposita in annos plurios. Lo mede: epulare: ⁊ quiesce. Lunc̄ ista dicere: et: dixit illi deus. Stulte aiam tuaz hac nocte rapient a te s. demones. Que autem parasti cuius erunt. q. d. tua non tecū portabis: sed oia tibi deficient. Pōit Jo. da⁹. similitudinem in historia iosaphat: uide licet q̄ in quadam ciuitate erat ista consuetudo. Ciues illius eligebant quendā ex ea rectorē ⁊ dñz ipsius ciuitatis: cum omni libertate ⁊ potestate: ut posset facere quod sibi liberet: ⁊ uti omnibus bonis ad placitum: sed transacto anno regni sui: mittebatur ad quandam insulam solus: ⁊ sine alio subsidio bonorum: ubi nil erat ad euz substē tandum: unde oportebat eum deficere ⁊ cito. Cū autem quidam sagax ad tale regimen fuisz assūptus: considerans quid sibi futurum erat: q̄ mittendus ad illā insulam prudenter sibi puidit naz infra illū annum plures misit ad insulam multa ⁊ uaria bōa ⁊ uictualia: ⁊ qui ea custodiret. quo facto post annum illic directus: ex bonis que illic ōstinauerat bene ⁊ copiose uixit: non pre iopia ō fecit ut alij qui non sibi prouiderūt. Ciuitas ista est mūdus iste in quo ⁊ si quis ualeat omnib⁹ bonis eius uti ad placitum: tamen post uitam eius q̄ breuis est ad aliam vitam transire oportet: nec ō his aliquid portare: potest tūc: nisi ea que dū hic uiuit illuc transmittit. s. per elemosynas ⁊ bona opera. Opera enim illorum sequuntur illos dicitur Apoc. xiij. Unde ⁊. b. Ambro. super lucam. Non sunt hominis bona. s. ista temporalia: uera bona non sūt que secum asserre non potest. Sed ut ait bs̄ Laurentius decio: facultates q̄s regis man⁹ pauper i celestes thesauros deportauerūt. s. per elemosynas datas ab eo. Illic ergo trepidaue rūt timore ubi non erat timor.

Quarto non ē ti. §. IIII.

mendū temporalia amittere: q̄ inquinabilia sūt ad transgressionem. Maculāt enim aiam plibus generibus transgressionum propter abusum eaz̄ ppter ea dominus appellat diuitias iniquitatis: cū dicit Luce. xv. Facite uobis amicos de mamona iniquitatis. Mamona nomen est syriacuz: ut ait Hiero. latine diuitie interpretatur. Diuitie āt inique dicūtur: non q̄ in se sint male: sed quia frequenter male acquiruntur: uel male retinent. Ut' eis homines male utuntur. Unde. b. Hiero. Dis diues aut iniquus aut heres iniqui. Et. b. Augu. Uermis diuitum superbia: inde enim se maiores alijs existimant ⁊ alios ō spiciunt: quia p̄alijs abūdāt. Sed ⁊ inordinate homo afficitur ad diuitias ⁊ auare seruat. unde. b. Augu. ad macedoniū. Ja prudenter itueamur quod scriptum est: fideli hōi totus mundus diuitia q̄ infideli autem: nec obul⁹. Nonne omnes qui sibi uident gaudere conquisiti

eisq; uti nesciunt: alienum possidere quincimus hoc certe alienum non est: quod iure possidetur Hoc autem iure quod iuste ⁊ hoc iuste quod bene. Omne igitur quod male possidetur alienum est. Male possidet qui male utitur. Hec. b. Aug. xiij. q. iij. Quid dicam ubi gl. exponit principium huius auctoritatis sic infideli idest auaro q; auaritia dicitur idolorum seruitus: per similitudinem: tali infideli totus mundus nec est obulus: quia quasi nil reputat: sed alia adhuc plura affectat fideli autem totus mundus idest quelibet pars etiam minima eorum que sunt in mundo diuitiarum est pro diuitijs computat Propterea apostolus. vi. c. ad Thimo. discipuli instruit quomodo diuites debeat docere ⁊ cautos facere: dicens Diuitibus huius seculi precipe: non sublime sapere nec sperare in incerto diuitiarum suarum: sed facile tribuere cōmunicare: scilicet alijs res suas ⁊c̄. Nam qui uolunt diuites fieri: incidunt in laqueum magnum diaboli ⁊ tentationem: et in desideria multa ⁊ inutilia que mergunt homines in interitum. Et in figuram huius dominus anathematizauit thesauros hierico: prohibēs ut nullus ex populo israhel de eis acciperet: sz igni comburerentur Josue. Ad insinuandum q; thesauri huius mundi non debent transire in sortez bonorum fidelium: vt expōit Gratianus. i. q. iij. §. Sed obijcitur. Jerico enim interpretatur lūa ⁊ significat mundum mutabilem israhel uidens deum et significat fideles uidentes deum nunc per fidem postea per speciem. Jsti ergo thesauri mundi scilicet temporalia: in quantum mundi sunt. i. non licite habita non debent haberi a fidelibus: sed igni charitatis exponere. i. affectu despicere: ne coinquinetur ab eis. Nec obstat q; diues fuit valde abraham in possessione auri ⁊ argenti ⁊ animalium ut patet in Gene. ⁊ Job. magnus dominus ⁊ diues: quia etsi diuites effectu in rebus: tamen pauperes affectu ⁊ patres pauperum: ut ostenditur in eoruz gestis: quod manifestum fuit per tentationes eorum. Job in nullo turbatus ex amissione omniuz: abrahaz in relinquendo patriam in peregrinando ⁊ habitando in papilionib⁹ Jn oblatione filij ⁊ huiusmodi de talibus eis cōceduntur omēs diuitie ⁊ non coinquinabuntur Sed quis est ille qui inuentus est sine macula in diuitijs qui post aurum non abijt: ipsum sequendo non deuz: nec sperauit in pecunie thesauris. Quis est hic ⁊ laudabimus eum. Ecōtra illic homines mundi trepidauerunt ubi non erat timor i. ratio timendi ista amittere

Quinto nō ē timen. §. V

duz tēporalia amittere: quia sunt impeditiua ad p fectionē. Sicut bonuz est quod omnia appetunt secūdū philosophū in principio ethicorū: ita et vnūquodq; appetit suaz perfectionem: perfectus aūt omnis erit: si sit sicut magister eius ait ch:ist⁹ Luc. vi. Qui ⁊ Math. xxiij. dicit: vnus est magister videt christus. sed vt ait. b. Aug. Omnia terrena contēpsit homo christus vt contēnenda esse mostraret. vbi notādum q; non ea ratione contēpsit pauperrimus factus ita vt non haberet vbi caput suum reclinaret: ne videlicet ex possessione ipsaz rerū ⁊ diuitiarum traheretur inordiato affectu ad ipsa vel nimia sollicitudine occuparetur aut a diuina contēplatione retardaretur. Nihil horū poterat in eo esse. Impeccabilis enim erat dominus iesus dicit Joā. dama: ⁊ continue ania eius diuinitate fruebatur. Sed ideo hoc fecit: vt daret nobis exemplum ⁊ prouocaret ad ista faciendū: vt cū perfecte imitaremur: sciens q; ista tēporalia: ⁊ si non ipsum: tamen nos infirmos multum retrahūt a perfectione: que consistit p̄cipue in contemplatione ⁊ amore diuinorū. Sunt etiam ista temporalia vt visc⁹ propter amorem ⁊ sollicitudinem eorū qui viscus cū tangit pēnas seu alas auium volare non possūt: sed ad ima descendentes de facili capiunt. Sic temporalia alas intellectus ⁊ affectus inficiūt et impediunt ne ad superna libere valeāt auolare. Unde saluator noster inueni que mandata adimplesse se dixerat: ⁊ de maiori perfectione q̄rebat iđt ipse: si vis perfectus eē. vade vende omnia q̄ habes da paupēib⁹ ⁊ seq̄re me. Mach. ix. Non q; ipa perfectio consistat in ipa paupertate ⁊ abrenuntiatione omniuz sed q; hoc est instrumētum valde acōmodum veniendi ad perfectionem: vt determinat. b. Tho. scōa scōe. Quod etiaz firmat venerabilis Jo. cassia: in coll'. prima Abbatis Moisi. Hoc etiam intellexerūt gentiles philosophi qui vt magis liberi essent ad speculationem veritatis temporalia ista contēserūt ⁊ de socrate dicit. b. Hiero. xij. q. ij. gloria. Socrates ille theban⁹ homo quondaz ditissim⁹: cū ad philosophandū athenas pergeret: magnū auri pondus abiecit: nec putauit se posse virtutes simul ⁊ diuitias possidere. Nos suffarcinati auro christū pauperem sequimur: ⁊ sub pretextu olie pristinis operibus incubantes: quomodo possumus aliena fideliter distribuere qui nāa timide reseruamus. Hec ille. Alius philosophus ni fallor: anaxagoras ad studiū sapientie pergēs: i mare proiecit pecunias q̄s hēbat dicens. Abite male cupiditates: demergo vos ne demergar a vobis. Hoc de pluribus in genere refert lactantius in principio instit. Multo tamen perfectius christicole ista temporalia ⁊ delitias ⁊ diuitias ⁊ gloriam contenserunt timētes ista habere non illa perdere. Nam ⁊ de beato Antonio in vitis patrz legim⁹: q; cū iret per desertū: ⁊ in via repisset massam veri auri: quā potuisset licite accipere cuz in

thesauris nullius de propinquo fuisset: sed pro derelicto esset fugit ab ea sicut a facie serpentis timēs ne a cupiditate eius traheret effect⁹: ad montem pergens: solitudinez querēs: vt honores vitaret: ⁊ nō delitias: sed austeritatem augeret: ita qui vult ad montez contemplationis ⁊ perfectionis ascendere: vt aptius ⁊ facilius agat: oportet qō onera temporaliū dimittat ⁊ sursū tendat. Nec ita timeat amittere temporalia: vt perdat vel minuat eterna: sicut plurimi faciūt: qui illic trepidauerunt timore: vbi ñ erat timor. i. ratio timēdi.

Sexto non ē timē. §. VI.

dū temporalia amittere: quia obligatoria. Cuilibet enim nostrū dicturus est christus in fine vite. Redde rationez villicationis tue. i. dispensationis circa temporalia. Quod expresse testat. b. Aug. in libro de paruulis ad petrū: dicens. Homines quia rationales facti sūt: de se ⁊ de omnibus rebus quas in vsū acceperūt vite presentis: rationē reddituri sūt deo: ⁊ pro suorum actuū qualitate recipiēt penam aut gloriaz. xv. q. i. §. Ex eo autez Non ergo habet quis timere temporalibus carere: cū per hoc deobligetur a reddenda ratione: in quo qlibet merito timere debet: cū subtilis sit illa examinatio: nec quicq̄ iudicem supernuz possit latere: ⁊: pro quolibet defectu pena parata sit In parabola de talentis varijs cōmissis a domino suis: vt cum eis negociando superlucrarēt narratur Math. xxv. seruus ille qui vnicū talentum acceperat: qz non illud ad lucrū exposuit: ⁊ hoc ex timore ne illud amitteret: redargutus a domino eo priuatus condemnatus fuit. Ista tēporalia bona et diuitie et potestas seu prelatio ⁊ honores talentum a domino datū sunt: operante si licito modo habentur vel permittente si idebite. Obligatus est qui ista habet ad reddendam rationez: quomodo his vsus fuerit. Etsi ñ multiplicauerit videlicet virtuose ea disponēdo: ⁊ sic inde merita augendo: sed ociosa tenuerit: non dādo pauperibus: nō corrigendo ⁊ instruendo subditos: si potestatem habet non dirigendo ad deuz intētionē in gloria ⁊ honoribus. Utiq̄ his bonis priuatus demū condemnabitur ex neglectu suo: etiam si alis bonus videatur nō rapiendo aliena: nō vsurpādo officia: uō ambitiose ea querendo. Et ppte rea notabiliter dicit Greg. i homel'. dicte euangelice parabole de talentis. Dec lectio euangelij cōsiderare nos solicite admonet: ne nos qui plus ceteris in hoc mūdo accepisse aliquid cernimur: ab auctore mundi inde grauius iudicemur. Duz enī augentur dona: rationes etiā crescūt donorū. i. obligationes ad reddendū rōez de vsu eorū. pp qō dicit Grego. Quisquis sacerdotiū idē intellige de prelatura ⁊ dignitate adipisci desiderat: prius vires suas cū eo quod subiturus est onere meciatur ⁊ si impar est abstineat: ⁊ ad id cum metu etiam cui se sufficere existimat accedat. i. q. i. Non est putāda. Non ergo debet timeri amittere: sed ad ipa accedere. Nā ut dicitur Sap. vi. Exiguo concedi tur misericordia: sed fortioribus fortior istat cruciatio: ⁊ iudicium durissimū fiet his qui presunt Et dicitur exiguus: qui modicū habet de temporalibus bonis: ⁊ qz paruz recepit: ō paucis habet reddere rationem: ⁊ si deliquit misericorditer pūitur. Sed fortes sunt qui mūdo abundāt tēporalibus vt diuitijs: dignitatibus: ⁊ honoribus: ⁊ isti committūt fortia. i. grauia peccata: timore ñ amittendi potentiā: dignitatē: diuitias: ⁊ honores: ⁊ iō fortior sequitur in eis cruciatio. Unō ab abrahā dictum fuit diuiti epuloni. Recordare qz recepisti bona in vita tua ⁊ lazar⁹ similiter mala: nūc āt hic consolat. tu vero cruciaris. Lu. xvi. q. d. quia fuisti potēs i diuitijs ⁊ dignitate: etsi qua bona secisti recepisti bona in vita tua: et premia eorum: ⁊ ideo nūc crutiaris propter fortia peccata tua. Lazarus vt exiguus ⁊ mendicus: si qua peccata cō misit: mala penarū recipit paupertatis ⁊ infirmitatis per que sibi concessa est misericordia uenie: nē autem consolatur in requie. Sicut ergo nō timet homo deobligari a reddenda ratione de debitis: factis: sed timet obligari: cū rō est intricata: vnde habet timere confusionē ⁊ punitionē: ita non dz temporalia amittere sed habē: cū ō singulis horz sit debitor ⁊ habeat reddere rationem deo. Uerebar oia opera mea inquit Job sciēs q̄ nō parces delinquenti. Qui tamen ut patet ex gestis ei⁹ omnibus temporalibus optime utebatur. Sed mundani illic trepidauerūt tiore ubi nō erat timor.

Septimo non est. §. VII.

timendū amittere temporalia: quia nociua. quis enim est ille qui timeat amittere que sibi nocent. Certe nullus: immo optat talia ab eo remoueri. Sed tēporalia plurimū nocumēti inferūt anime ⁊ corpori. Nam ut dicit i prouer. Diuitie congregate ē malū domini sui de multis quottidie audimus: q̄ occidūtur violenter a seruis suis: vel subditis suis: vt haberent diuitias eorum uel dñium Tales semper manēt in timore: qui nō paruz cutiat eos ne talia amittāt. Unde Dionysius tyrannus sicilie: cuz quidā amicus suus laudaret eum de diuitijs ⁊ potētia beatū dicēdo. Ille voluit per exēpluz ostendere ei infelicitatē suam ex contiuo timore suo. Inuitauit enī illū ad prandendū secū ⁊ ordinauit q̄ super caput eius vbi residere habebat in conuiuio amicus ille. gladius accutissim⁹ penderet filo eneo subtilissimo: qui nō videretur ligatus ex solario affixo. Cūq̄ ille loco predicto i cōuiuio locatus fuisset ex iussiōe tyrānī ⁊ gladiuz

aspexisset pēdētem super eum: epulis uarijs ⁊ exquisitis appositis: uix ille cibum sumebat cuz maxima anxietate timens ne momento ad momētū gladius caput eius impeteret. Uidebanturq; ei mille āni vt cōuiuium ita solēne finiretur: ut periculum euaderet inde recedēs: finito itaq; cōuiuio surgentibus illis e mensa: interrogauit tyrānus quare ita tristis ⁊ anxius ⁊ non letus fuerat epulatione tam solemni. Assignauit ille causam. scilicz timorem casus gladij ⁊ sue inde mortis. Qui dixit. Tu ita timuisti vnius gladij periculum: quantū ergo ego timere debeo: qui habeo nō vnum: sz multos gladios supra me? Quomodo ergo me dicis beatum: qui dego in tāta anxietate timoris? Et cum multa iste tyrānus egisset ad uitandum pericula amissionis temporalium: vt de nullo cōfiteret: tādem ea amisit ⁊ ad inopiam deuēit. Ultra mala ⁊ afflictionem huius uite i temporalib⁹ tandem deducūt ad penas eternas propter abusum eorum. Unde Jacobi. v. Agite nūc diuites: vllulate i miserijs q̄ aduenerunt vobis: diuitie vestre putrefacte sūt ⁊c: que ibi habes. Et Luc. vi. Ue uobis diuitibus qui hic habetis consolationem vestram. Ue importat damnationem eternam secūdum. b. Hierony. Illic ergo trepidaueūt timore mundano: ubi nō erat timō. Et q̄ temporalia ista noceāt aūme ⁊ corpori: ostēdit. b. Amb. dicēs. Omnes cupidi: omēs auari: giesi lepraz cuz diuitijs suis possident: ⁊ male quesita mercede: ñ tam patrimonij facultatem q̄ thesaurum criminum congregauerūt eterno cruciatu ⁊ breui fructu hec ille. i. q. i. Cū ordinaretur. Nocuerūt bōa temporalia diuiti epuloni quo ad aiam post mōtem. Nam quia dimisit fratribus suis q̄ eis abutebantur: augebatur ex hoc ei pena i inferno tanq̄ occasionem prebenti uitijs illorū: ⁊ ꝓpterea petebat saltem ad fratres suos mitti lazarum: ut eos admoneret abstinere a vitijs ⁊ malo vsu temporaliuz: nō quia compateretur perditionem eorum sed sibi ipsi ne augeretur pena. Illic ergo trepidauerunt mūdano timore ubi non erat timor: idest iusta causa timoris: sed seruandum est q̄ tobias admonuit filiuz suum: dicens. Noli timere fili mi scilicet timore isto mundano. Pauperem quidez vitam gerimus: sed multa bōa habemus si timuerimus deum scilicet timore qui est donum spūs sancti ⁊ abstinuerimus ab omni peccato ⁊ feceri mus bene Tobie. c. iiij.

De timore carnali. Cap. III.

Secundus timor dicitur humanus seu carnalis: quo. s quis ita timet incommoda carnis uł etiam mortem ipsam: q̄ deum offendit mortaliē contra aliquod preceptorū faciendo: vel venialr preter precepta agendo. Contra quem ait saluator Mathe. x. Nolite timere eos qui occidūt corpus: ⁊ post hec nō habēt amplius quid faciāt. q. d. animam ledere nō possunt ⁊ rationez assignat b. Augusti. quare est repellēdus iste timor: dicens. Timendo mortem carnis tue: dabis mortez anime tue. Quanta uia est confiteri christuz tanta mors est negare ipsum. xi. q. iij. Non soluz Negatur autem christus: nō solum uerbis negādo fidem christi: uel se esse christianum sicut fecit Petrus cum timore mortis negauit se esse christi discipulum Math. iiij. sed etiam factis: secūdum illud apostoli ad titū. i. c. confitentur se nosce deū factis autem negant. s. male operando: sicut fecit aaron q̄ populo isrł postulanti ut faceret ei deos qui precederent eos ⁊ quos adorarent: timens ne denegando occiderent eum: sicut ut collegam suum sputis occiderant: quia eos arguebat de tāta stultitia vt dicūt hebrei: acquieuit eis: anulos aurium quos ei ad hoc obtulerāt i ignem prohijci ens liquefiendos. Unde opera diaboli subito formatus est uitulus aureus quē adorauerūt. Exo. xxxij. Certe timor iste humanus mortale in eo fuit: vt ostendit Gratianus de pe. di. ij. §. Opponit de isto timore carnali potest intelligi illud ps. liij formido mortis cecidit super me: timor ⁊ tremor uenerūt super me: ⁊ contexerūt me tenebre. fomēdo mortis ē ꝓpruus: quia ut dicit philosophus. Mors est ultimū terribilium: timor ab ira quo ad alias penas ⁊ infirmitates corporales: tremor ab extra in membris qui manifestat interiorem. Et ista sunt peccatū: quando veniunt super hoiez Unde dicit super me: homo autem est homo per rationem: quando igitur tantus est ut sit sup hominem idest dominetur rationi: tunc est mortale ⁊ inde tenebre peccatoruz contegunt hominez ⁊ obscurāt: sed septem rationibus obijciendus est iste timor carnalis quo ut pena carnis euitet male agitur.

Primo propter §. I. dei uoluntatem cui nos debemus conformaī nec ei possumus resistere. Uiuo ego ait dominus per Isaiam q̄ consilium meuz stabit ⁊ omnis uoluntas mea fiet: fit uolūtas dei semper uel de nobis sine merito nostro et utilitate: cū. s. nō concordam⁹ cum beneplacito suo. Ad nobis: et cū merito nō: quando confortamus nos cū ea. Sed mors et uita a dño deo inq̄t sapiēs. i. Eccī. i. de uolūtate et operatione ei⁹. Ego occidam ait ipse Deuť. xxxij et ego uiuere faciam: percutiam. s. infirmitate: et ego sanabo ⁊ non est qui de manu mea possit eruere. Et sicut terminus est prefixus a dei voluntate de uita ⁊ morte hominis: secūduz illud. b. Job xiij. Constituisti terminos eius qui preteriri non

poterūt:ita ⁊ de sanitate et infirmitate. Nec dia bol⁹ qui habet maximā potestatez supra corpōa iferiora:potuit grauí vlcere ipm percutē Job ni si licētiatus a domino:quūmo nec in gregē por corum intrare ⁊ vexare:nisi de uolūtate domini vt habetur Math.viij. Timere ergo mortem uł alia affligentia corpus:ut per hoc quis deum offē dit est agere contra voluntatem dei que sanctissí ma ⁊ iustissima est. Unde Cypria. Quā preposte rū q̄z puersū est ut cū dei volūtatem fieri postu lemus:s.i oratione domica:cū euocat nos de hoc seculo et accersit:non stati volūtatis eius imperio peamus:obnitimur ⁊ reluctamur:⁊ puicatiū mo re seruorū ante ꝓspectū domini cū tristitia ⁊ me rore perducimur exeūtes hinc necessitatis vinculo nó volūtatis obsequio:et volum⁹ ab eo p̄miꝰ ce lestibus honorari ad quē venimus inuiti.xiij.q.ij Propter istuz ergo timorem tenebre cōtexerunt nos:q: multa mala fiūt ad ista euadenda. Sed vt ait petrus in prima canonica.c.iij. Sí quid pati mini propter iusticiam beati. Timorē aūt eorum s.qui iferūt uobis molestias ne timueritis:sed sā ctificate deū i cordibus uestris.

Secūndo timor hū.§.II

manus et carnalis ē abīciēdus propter dei fidelē largitatez promittit.n.largaz remunerationē:su stinentibus constanť afflictōes carnis:⁊ mortē ip saz ꝓpter eū. Qui.n:odit aiam suaz in hoc mun do:ait ipe in vitā eternā custodit eā. Jo.xij. Odit autez quis aiam suā i hoc mūdo.i.fz vitā mūdia lē et criminalem:qui carnē affligit nec cruciať ab horret et mortez non timet:ut ꝓpterea vitānda a vtute recedat:⁊ iste peruenit ad vitam eternam et gloriosā. Expectamus:ait aplus ad phił.iij.salua torē nostrum dñz iesū christū:qui reformauit cor pus būlitatis nostre.i.deiectū afflictū et humilia tū:corpori claritatis sue.i.corpori suo gloso. Nec deficere potest a promissione:q: ut ait ps. cxliij. fidelis deus.i.uerax in ominbus vbis suis: soluēs ⁊ implens proculdubio q̄ promisit et multo largi us et abūdantius q̄ meruerim⁹. Non eni sūt cōdi gne passiones temporis huius ad futurā gloriam que reuelabitur in nobis. Ad Ro.viij. Sup quo uerbo ait.b. Aug. in sermone fremat mūdus: se uiat:mūdus:corruscet armis imcrepet linguis q̄d faciet ad id q̄ accepturi sumus.q.d.nihil est oīs cruciatus corporis respectu future glorie. Hac cō sideratione permotus:vnus ex septē cum mīe sub antiocho passis:nec legez dei etiaz i minimis cere monīꝰ transgrederentur linguā postulatus ut ei abscideretur:aiebat. E celo ista possideo:et nunc hec ipsa.s.mēbra propter dei leges despitio:q: ab eo ipsa me receptuz spero. Sed et mater eorum iā sex filīs corā ea mēbratiz truncatis timēs ō. vij adhuc superstite et adole scētioři:non de mōte cō poris sed aie:ad tollerātiā mortis aiauit: dicens. Peto nate vt aspicias ad celū ⁊ ad terrā ⁊ ad oīa que in eis sunt ⁊ intelligas q: ex nihilo fecit ea de us ⁊ hōinū gen⁹:⁊ ita fiet vt non timeas carnifi cē istuz:sed dignus tuis fratribus effectus te i illa miseratione recipiā.ij.Mach.vij. Sic ⁊ inuictus martyr christi vicētius:cū torqueretur ⁊ grauio ra adhuc ei cōmiarentur tormēta ad datianum tyrānū aiebat:O venenosa diaboli ligua:tormē ta tua non timeo:sed hoc solū valde metuā:quo te fingis mihi velle misereri.s.parcēdo ⁊ a tormē tis cessando:si sacrificauero dīs tuis. Nolo gl̄iaz meaz minuas:minuēdo aliquid de supplicīs. Ita ⁊ Moises inquit aplus ad heb.xi.magis elegit af fligi cū populo dei:q̄ temporalis peccati habē iu cūditatem:aspiciebat.n.i remūerationē. Fide reli quit egyptū ñ veriť animositatē regis:iuisibilē enim tā q̄ videns sustinuit. Non ergo timendū.

Tertio est timor.§. III.

carnalis abīciendus ob euitandā dei seueritatem Ex dictamine rationis naturalis ē illud eligi: Fer re minora volo :ne grauiora ferā:potius quis ele git vna die in carcere affligi q̄ per annum:potius amissionez reruz q̄ uite:magis abscisionē manus q̄ capitis:vnde ⁊ manū parat ad uitandū percus sionē capitis. Cū autem diuina iusticia nullū ma lū permittat impunitū:⁊ sine comparatione i fu turo etiā in purgatorio nedū in iferno quis acer bius affligatur:etiā pro uenialibus q̄ quacūq̄z in presēti uita pena corporali. Est.n.inquit.b. Au. ille ignis purgatorij miro modo grauis:excepit.n oēz penā quā hic aliquis passus est de pe.dis.vij. ideo non est timēdū sed eligenduz ⁊ optādū cōp⁹ hic affligi:per ieiunia:uigilias:peregrinationes:⁊ firmitates ⁊ cruciatus q̄ illic reseruare:uel deū p pter timorez huius offendere. Qui timet pruinā ueniet super eū nix:dicitur Job.vi.id est q̄ timet penas temporales:⁊ propter hoc abstinet a bo nis operibus penalibus:incidet in futuras q̄ gra uiores sunt. Et ut dicitur Apoc.xviij. Quantuz se glorificauit ⁊ in deliciis.s.corporis fuit:tātū da te ei tormentū ⁊ luctuz. Econtra non iudicabit ō us bis in id ipm i tribulatione nau.i.fz aliā trans latione p quo nostra que est Hiero.dicit. Nō cō surget duplex tribulatio.i.qui hic affligetur pati enter ferendo:⁊ se ad deuz in passionibus conuer tendo non affligetur in alia uita hic sufficient pu nitus. Unde.b. Hiero.super dicta auctoritate: si uobis deus rigidus crudelis ⁊ cruentus videtur: quia genus humanuz diluuio deleuit. Sodami tas igne ⁊ sulphure egyptios mari submerserit:si lios isł substrauerit in deserto: scitote ideo ad p sens reddidisse supplicia:ne in eternum perirent.

xxiij.q.v. Quid ergo quod intelligitur de illis q̄ inter flagella ipsa cūpuncti sunt: ⁊ ad penitentiaz reuersi. Nō ergo timēde pene corporis temporales: que breues ⁊ tenues sūt respectiue: sed eternales. Et hoc est quod dominus noster iubebat attendere: dicēs Math.x. Timete eum qui potest animā ⁊ corpus in gehēnā perdere. Narratur in li.de.vij.donis q̄ cum pater familias iaceret mortuus dum ei pararentur exequie: circa mediā noctē surgens terruit omnes qui aderant: ⁊ uadens ad ecclesiā gratias deo egit de sui resuscitatione. reuersusq̄ domū omnia bona sua in tres partes diuisit: vnā vxori: aliaz filijs: tertiā pauperib⁹ distribuit. Et ad heremuz pergens cellā iuxta fluuium aque gelide construxit. Et cū frigus erat: vestitus in illuz fluuium se iactabat: ⁊ vsq̄ quasi ad vite extrma morā ibi trahens: egressus in aquaz calidissimā introibat: sic frequentissime per hunc ⁊ alios modos se crutians. Et cuz ab alijs super his argueretur de indiscretione ⁊ sui ipius occisione. Respondebat si aspexissetis que ego uidi: maiōa horum faceretis. Dixit enim q̄ egressus de corpore spiritus ductus fuit a quodam uiro lucido. s. āgelo i uallez maxime longitudinis ⁊ latitudinis. Cuius vnū latus erat plenum flāmis feruentibus aliud plenum gelu ⁊ grandine furentibus. Eratq̄ vtrūq̄ latus plenum animabus transeuntibus ō flāma ignis ad frigus intensum ad quod facit illō Job. xxiij. Transibunt ab aquis niuiuz ad calorem niniuz. Postea duxit euz per tenebras dēsissimas: viditq̄ globos ignium de baratro ascēdentiuz: animasq̄ inde ascendentes ⁊ reincedentes in modū fauillarū: ⁊ fetorem sensit inde exalantez: intollerabilez fletum audiuit et eiulatum incomparabilem: ⁊ teterrimos demones forcipes ⁊ fuscinulas igneas habentes: ⁊ cum capere uoluerunt ⁊ in ignē illuz prohijcere. Sed ille lucidus qui eū duxerat demonibus imperauit ne eum contingerent: quia dominus mandauerat eū ad corpus reduci: vt si vellet penitentiam ageret de preteritis. Sin autem ad loca illa deueniret. Reuersus ergo ad corpus: quia recolo que uidi nō timeo istas penas corporeas vt euadā eternas: simile factū narrat uenerabilis Beda ī gestis anglorū li.v.c. xiij. Et illuz virū vocat drūghelinū: ⁊ refert hoc accidisse. Anno domini sexigentesimo primo.

Quarto timor hū.§.IIII

manus est euitandus: propter carnis hostilem cōtrarietatem debilitandam: non timet quis illō vnde hostis debilitatur eius: sed vnō fortificatur. caro autem est hostis anime secūdum illud gala.v. Caro concupiscit aduersus spiritum a deo: ut euz ad mortez eternam inducat propter quod idem apostolus ait ad Ro.vij. Uideo aliā legē in membris meis: repugnantez legi mētis mee ⁊ captiuuz me ducentem ⁊c. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. i. de corpore cuius concupiscentia que est lex membrorum sēsualitas: inclinans ad delectabilia ⁊ horrens grauia: ⁊ per hoc debellās contra rationez que est lex mētis querit eam suffocare. Et ad idez dicebat prophe ta Micheas.c.vij. Inimici hominis dōestici eius Di sunt domestici nostri quinq̄ sensus: signati secundū Crisp. per quinq̄ fratres diuitis epulonis: secū cruciandos in infemo. Quando autem sunt magis domestici: tanto sunt periculosiores: nulla enim peior pestis ad nocendum: q̄ familiaris iimicus inquit Boetius de cōsolatione. Dinc ⁊. beat⁹ Ambro. in lib. de penitentia tractans i illud ps. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena: dicit. Si caro menti repugnat: nec subdita est animi gubernaculo ⁊ mentis imperio aliena terra est: que nisi domatur cultoris exercitio: fructus nō potest charitatis penitentie ⁊ pacis afferre: hec ille. Et sic impedit caro aliena. i. repugnans menti: q̄ non apte ⁊ lete cantetur canticuz domini. i. fiant bona opera. de pe. di. iij. In salicibus obseruandum autem quod ibi subdit. b. Ambro. videlicet sane cum caro repugnat: mens ad deum semper debet esse intenta: ut scilicet tiore eius abijciatur timor carnalis. Cum igitur cāo affligitur ⁊ torquetur inimicus noster debilitatur propterea dicebat apostolus. ij. Cozin. xj. Cuz enī infirmor tunc fortior sum ⁊ potens. scilicet spiritu. Quod etiam confirmat. b. Ambro. dicens. Quod nocet corpori iuuat spiritū de pe. di. i. Potest fieri. Dec intelligens quidam sanctus abbas: ut legitur in libro de. vij. donis. Cum lumen oculorum amisisset ait. Gratias ago deo meo: qui me vindicauit de aduersario meo scilicet corpore: q̄ mihi solebat tot mala inferre per istos duos proditores ⁊ raptores oculos meos. Dicitur. n. treñ. iij. oculus meus depredatus est animā meaz. De beato etiam Francisco legitur: q̄ cum in oratōe maneret: uidit cateruas demonum super domū discurrentes cum strepitu tanq̄ ei nocere uolētes Qui cōcitus exiens ⁊ crucis signum sibi iprimēs dixit. Ex parte omnipotētis dei uobis dico ōmones: ut quicquid uobis permissum est: faciatis in meo corpore. Omnia enim libēt̄ sustiebo. Quia cum maiorē inimicum non habeam corpore uī dicabitis me de aduersario. dū in ipso uice mea exercebitis vltionem. qui confusi disparuerunt. Ex quo igitur per infirmitates ⁊ afflictiones corporis. debilitatur ipsū qui est inimicus noster ⁊ p mortem occiditur: non est timenduz carnalit: ut per hoc deuietur a bono.

Quito tior carnalis.§.V

est refrenandus propter ueritatem clarius intuendam. philosophus in libro ethicorum: ponit sūmam hominis felicitatem cōsistere in actu supme potentie que est itellectus erga nobilissimū obiectum quod est deus idest in speculando summaz ueritatem. Sed corpus ad hoc impedit: Naz omnis nostra cognitio ortum habet a sensu secūduz philosophum: z ideo itelligi non potest deus ab anima in corpore mortali existente: in sua pura z nuda essētia: dum vtitur sensibus corporeis: qz quicquid intelligit per modum rei corporalis intelligit. Sed spiritus est deus ut dicitur Joā. iij. nō corpus uel res materialis. Et ideo impedit cōpus animam a perfecta cognitione. Et hoc ē qō dicitur Sap̄. ix. Corpus quod corrūpitur aggrauat aniam: z deprimit terrena inhabitatio sensū multum cogitantem z difficile estimamus que i terra sunt: z que in prospectu sunt cum labore inuenimus: que autem in celis sunt: quis inuestigabit. Et hinc plotinus philosophus: vt refert Augu. de ciui. dei: dicebat fugiendum esse ad clarissimam patriam: ubiqz patere omnia. Et Licero li. de senectute. Mors nō est lugēda: quaz immortalitas anime sequitur. Meditatum debet esse ab adolescentia: vt mortem negligamus: sine qua meditatione tranquillo aimo nemo esse potest: cum certissimum sit moriendum: z quo tempore incertum. dum in his corporis compaginibus inclusi sumus munere quodam necessitatis z graui opere perfungimur. Est enim animus celestis z altissimo domicilio depressus: z quasi demersus in terram: locum diuine nature eternitatiqz contrarium. Hec ille. Apostolus etiam notitiā que habetur hic de diuinis: assimulat cognitioni paruuli que est imperfectissima: dicit enim. i. Cor. xiij. Cum essem paruulus cogitabam ut paruulus: loquebar vt paruulus: z sapiebam vt paruulus. cū autem factus sum vir: euacuaui que erant puuli: Non ergo timenda est mors: vt per hoc desideretur virtus: que ducit ad perfectissimam cognitionem z felicitatem. Sed z in vita presenti afflictiones corporis restringunt animum: vt acutior sit ad intelligendū veritatem. Isa. xxviij. Uexatō dabit intellectū. Et. b. Grego. Oculos quos culpa claudit pena aperit. In cuius etiam figuram habetur Tobie. xi. qz fel piscis positus super oculos eius aperti sūt ei oculi: quia. s. amaritudo afflictionis corporalis reducit hominem ad cognitōem z illuminationem. Et de platone legitur: qz scholas tenebat in locis pestilentibus z asperis: ut ex hoc scholares essent magis in se ipsis recollecti ad percipiendum veritatem doctrine: z nō distrahe rentur in ima ex loco amēo. Manasses rex iuda impiissimus non se recognouit z sua scelera nisi flagellatus z corpore captiuatus. iiij. Reylti. mo. Remouendus est ergo timor iste

Sexto timor hūa. §. VI.

nus est contemnendus propter christi conformitatez assequendam Magna est gloria sequi regez factorem suuz. i. imitari. Rex autem z creator noster est dei filius. Ipse autē non ita timuit afflictōnes corporis: qz propter hoc se abstraheret a durissima passione z morte ignominiosa: ut nos a morte liberaret. Quinimo a plāta pedis vsqz ad verticē non fuit in eo sanitas. Nonfuit aliqō mēbrum quod in passione sua pena careret. Qz aūt Joseph nutritius eius reuersus de egypto cuz paruulo iesu z matre eius: timuit ire in iudeam vbi regnabat archelaus filius herodis vt dicitur Mathe. ij. ne. s. occiderent pueruz sicut quesierat pater eius. Et qz etiam non uolebat ipse homo factꝰ z predicator in iudeā ambulare: quia querebant eum iudei interficere: nō hoc ideo fecit quasi nollet mortem subire: sed quia nūdum uenerat hora passionis eius: prudenter euitans occasiōes argumenti malignitatis eorum. Quia ergo si decet sub capite spinoso membrū fieri delicatum: non timende sunt z fugiende: sed appetende afflictōes corporis ut conformemur capiti nostro. Dicit. n apostolus ad Ro. viij. Quos deus presciuit hos z predestinauit: conformes fieri imaginis filij sui hoc igitur exemplo ut scuto circūdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno ait p̄s. lxxxx Timor nocturnꝰ est timor afflictionis corporal'. nox enim significat aduersitatez sicut dies prosperitatez. Sed veritas dei. s. dei filius: exēplo suo ut scuto protegit nos: ut nulla ex parte vtutē deseramus propter timorem afflictiōis.

Septimo tior hū. §. VII.

manus ē ptemnēdus: quia tollit mētis libertatē. Non bene pro toto libertas uenditur auro. Sed ut hic iulius celsus. Terror hominibus cōsilium mētēqz eripit z mēbra debilitat. Nec est cōtra qz phūs dicit i lib. ethicorū qz timor facit hoies cōsiliatiuos: quia hoc intelligitur quando est rōne regulatus: quia timendo mala que possunt occurre re: inducit timor z sollicitat ad cogitandū quomō possit obuiari rationabiliter. Sic z Moises audiens qz notū factuz erat occisio facta egyptū per euz: timēs pharaonem secessit in madian: qui tamen nō timuit quādo oportuit pharaonē increpare: sed timor humanus quo. s. tiet: psecutio: cruciat': corporis mors: ipa z huiusmodi tollit libertatē mētis: cuz quis agit ꝫ id quod dictat ul' dictare debet ratio: ut mala illa euitet. Hic timor inducit ad incantationes z superstitiōes multas. ut sanetur corpus cum dānatione anime. xxvi. q. vij. Non obseruetis. Hic tior peruertit iudicia. Dicit enim. b. Grego. xi. q. iij. Quattuor modis hūanū

peruertitur iudiciuz.s.amore:timore:cupiditate: ⁊ odio.hic timor tollit libertatez increpationis prelatorū quo ad tyrannos contra quos dicitur Joan.x.Mercenarius ⁊ qui non est pastor:videt lupuz venientē ⁊ fugit:⁊ lupus rapit ⁊ dispgit oues Mercenarius dicitur prelatus:qui non habet curaz de salute animarū:sed de lana ⁊ lacte.Lupus vēiens.i.tyrānus vel hereticus vel rapiens iura ecclesie:fugit mercenarius dū tacet prelatus nec talib⁹ resistit:vt fecit Thomas cantuarienſ: non timēs mortem sibi cōminataz ⁊ tandem illatam. Et.b. Ambro.non acquiescens imperatori in dando ei vnā ecclesiā pro arriannis hereticis:vt patet.xxiij q.viij.Conuenior prohibēs theodosium ab ingressu ecclesie propter homicidia procurata:vt .ij.q. iij.Luz apud thessalonicaz.Et ex huius tiore carnali prelatorum:multa mala sequūtur in eis ⁊ ouibus.Hinc.b.Grego.in pastorali:Sepe rectores i prouidi humanaz gratiam amittere formidātes loqui libere recta pertimescūt ⁊ iura ueritatis uocez nō iā.gregis custodie pastoruz studio:sed mercenariorum vice deseruiunt nē.di.xliij.sit rector. hinc ⁊ Nicolaus papa ait.d.e. Dispensatio celestis seminis nobis cōmissa est ve si tacuerimus:ve si nō sparserimus.Qz cum vas electionis cōmidet ⁊ clamet:quanto magis cuilibet exiguo metuēdū est. Non ergo timenduz ne dicatur.Illic trepida uerūt timore nē.

De timore naturali. Cap.IIII.

Tertius timor ē naturalis.Conuenientius primo deber poni tuz quia cōmunior est nō solum omnibus hominibus ineſt:sed etiam in brutis.nā passiones sunt subiti motus excitati in parte sensitiua:quam habemus cōmunez cuz irrationabilibus:sed perfectior est quod etiam patet ad sēsuz Naz fit eis cōminatio verberuz et huiusmodi:vt timētes fugiūt:Tuz etiam quia in alijs tioris speciebus reperitur virtus vel vicium i actuali:sed ñ in tali motu naturali:cum non excedit limites suos.Passionibus eni nec laudabiles nec uituperabiles sumus sm philosphuz li.ethicorū. Et ratō est quia non sunt in nostra potestate:sed preueniunt iudiciuz rationis subito:⁊ ideo nec eis meremur uel demeremur:de hoc timore potest intelligi illud p̄s.ij.Seruite domino in timore ⁊ exultate ei cū tremore quz timorem naturalem habeatis vt alias passiones nec vitare potestis: vt tales motus non sustineatis quū mala menti occurrūt vt parata:ita tamen timeatis vt domino seruiatis nec propter vitanda illa mala a domino ⁊ eius obedientia recedatis:⁊ ita tremeatis in aduersis ꝙ ratione exultetis in domino,Vel sic ita seruiatis domino timendo eius punitionem ne sit seruilis talis timor vt propter euitandam solum punitionem seruiatis ei sed exultate.i.amore ⁊ cū gaudio bona propter eum faciatis cum tremore ñuerentie.Et quia saluator noster sūplit naturaz nostrā humanam cuz omnibus proprietatibus eius naturalibus que defectū nō important:Ideo et ipse timorē habuit naturalem secūdum illō Matth.xxvi.Cepit ieſus tedere ⁊ pauere ⁊ mestus esse In hoc tamē differentia fuit inter ipsū ⁊ nos:qz cum passio timoris vel alia exurgit in nobis fortiter:obūbrat aliquantuluz lumē rationis ⁊ obscurat:quod in christo non fuit sed semper ratio seueriſſima.In animabus separatis dicitur esse timor secūduz illud virgilij.Hinc metuunt:cupiūt gaudentqz:dolentqz:cū tamen sensitiuam nō habeant:quia affixa est organis corporeis quib⁹ carent non ꝙ proprie sint in eis ipse passiones cum alteratione ut hic:sed sunt motus uolūtatis i eis similes passionibus modo suo. Diuerse autez ⁊ auerse opiniones fuerunt inter stoycos ⁊ pipateticos quorum princeps aristoteles fuit. Nā stoyci dicebant timorem et alias passiones non cadere i animo sapientis:sapientem vocantes virtuosū pipatetici autem asserebant eos vtiqz cadere in sapiente:sed ab eis non deduci.i.non vinci:nec a v̄tute discedere.b.Aug.autem li.ix:de ciu.dei. c.v. dicit:ꝙ ista contrarietas erat magis verbalis ꝙ realis.Nam ꝙ stoyci dicebant non cadere timorez ⁊ alias passiones in animo virtuosi:non intelligebant de primis motibus passionum:sed de dñio earum super rationē.i.ꝙ vincuntur a passionib⁹ Et ꝙ peripatetici dicerent cadere eas in mēte vtuosi:non intelligebant de dominio earum i mente sed de primis motibus eorū proprius tamen loq̄bantur peripatetici. Et ꝙ sic intelligerent stoyci ponit.b.Aug.Exēplum cuiusdam phi stoyci. Qui cum pluribus alijs per mare nauigaret:tempestate ualida exorta ⁊ periculosa: philosophus ille totus expalluit ex timore:periculum cernens Cūqz cessasset tempestas:mox ut securitas prebuit colloquendi vel garriendi locum quidam ex illis quos nauis illa portabat:diues et luxuriosus cepit illudere philosophum illū stoycū:eo ꝙ extimuisset ⁊ palluisset in ea tēpestate:cum ipse diues mansisset intrepidus.At ille aristippi socratici responsū rettulit:Qui cum in re simili eadem v̄ba ab homine simili audisset.respondit illū merito pro anima nequissimi nebulonis non fuisse sollicitum:se autem pro aristippi anima timere debuisse.illoqz depulso: agellius qui nauigabat cum eis:quesiuit ab ipso philosopho de causa pallōis cuz stoyci asserāt timorem ⁊ alias passiones non cadere in animo sapientis.Tūc phs prodidit de sarcinula sua libz epitecti stoyci i quo erant ōcerta senonis ⁊ crisippi.qui fuerūt pricipes stoycoz

in quo habebatur non esse in potestate hominis fantasias. Utrum ꝛ quando veniant in animo: ꝛ ex terribilibus fantasijs necesse est animū moueri ita ut paulisper expauescat metu. uel tristitia ? trahatur tanꝙ his passionibus preuenientibus rationis officium: sed non assentiri eis: hoc enim volunt esse in potestate nostra. ſ. assentire vel dissentire rationi. Idꝙ esse differentie inter sapiētem ꝛ insipientem: ꝙ sapiens non cedit ꝛ assētit passionibus: sed insipiens. i. malus ascentit: recedens. ſ. a uirtute p passionē timoris uel alis hec. b. Aug. ix. li. de ciui. dei. c. v.

Donit autez dama. §. I

scenus sex species timoris. ſ. segnitiem: erubescētiam: verecundiam: admirationē: stuporem: ꝛ agoniam adde. vij. qui est effectus exterior timoris ꝛ dicitur tremor: sufficientiam illarum sex specierꝫ i. quare tot sunt assignat: sic. b. Tho. prima secū de. q. xliij. Cum timor sit de malo futuro qō excedit potestatem timentis: vt. ſ. resistere non possit Sicut bonum hominis: ita ꝛ malum potest considerari: uel in operatione eius: vel in rebus exterioribus In operatione hominis potest malū dupliꝛ timeri. primo labor grauans naturam: ꝛ sic cauſatur segnities: cum. ſ. quis refugit operari ꝓpter timorem excedentis laboris. Secūdo turpitudo ledens opinionem: ꝛ sic si turpitudo cauſatur in actu cōmittendo: sic est erubescentia: si sit de turpi iam facto: sic est uerecūdia. Malum uero qō i exterioribus rebus consistit: triplici ratiōe potest excedere hominis facultatem: ad resistendū ei ꝓ ratione sue magnitudinis: cum. ſ. aliquis considerat aliquod magnū maluꝫ: cuius exitum considerare non sufficit: ꝛ sic est admiratio. Secūdo rōe turpis consuetudinis: quia scilicet aliqō malum inconsuetum nostre considerationi offertur: ꝛ sic est magnum nostra reputatōe: ꝛ hoc mō ē stupō qui cauſatur ex insolita imaginatione. Tertio rō ne improuisionis: qz. ſ. promoueri non pōt: ꝛ sic futura infortunia timentur: ut dicitur agnonia. Tremor autem est effectus timoris: ꝛ ab eo cāuſ huius ratio est ꝑm. b. Tho. prima secūde. q. xlij. quia in timore calor ab exterioribus ad interiōa contrabitur. Remoto autem ab exterioribus calore qui membra continebat remanent membra frigida ꝛ ꝓpter hoc accidit in eis tremor. Tremor enim ex frigiditate cauſatur propter quod tremūt mēbra timentiuꝫ timendū. Et primo tremit cor: eo ꝙ in timore calor deserit cor: secundo tremit uox propter uicinitatem artarie uocalis ad cor. tertio tremit mandibula inferior propter continuitatem. Quarto sequitur strepitus dentium propter eandem rationem. Quinto brachia ꝛ manus propter connexionem ad pectus: ubi ē cor: tum quia hec mēbra sunt magis mobilia ꝓpter quod in timētibus genua tremūt secūduꝫ illud. Isa. xxxv. Confortate manus dissolutas ꝛ genua debilia roborate: dicite pusillanimes confortamini ꝛ nolite timere. Ecce deus vester ipse veni et ꝛ ſaluabit uos. Est etiam effectus timoris contractio virtutis naturalis ad interiora: ꝛ inde coloris mutatio: uel in pallorez uel in ruborem: cū verecūdatur quis. Sed declaratio horuꝫ vl' multa alia de timore i q̄tuꝫ passio naturalis: hēs plene supra in prima parte titulo. vi. c. x.

De istis septē mo. §. II.

dis timoris qui in se non sunt peccatum quo ad primos motus qz naturales: sed quo a secundos fūt peccata uel merita secundum ꝙ in eis ratō negociatur dirigendo eos in malum vitij: uel in bonū virtutis. Habetur in sacra scriptura. Nam ab vltimo inchoando qui est tremor dicit Isa. possedit tremor hypocritas ꝛ in presenti cū detegunē eoruꝫ falatie: ꝛ in morte conscientia remordente ꝛ in damnatione inferni vbi dicitur esse fletus et stridor dentiuꝫ. Math. xiij. qui est effectus tremoris. In bonum dicitur de tremore p Isaiā. Sup quem requiescet ſpūs meus: nisi sup humilem et quietuꝫ tremētē sermones meos. Et de Jo. bapt: cāitur cū christū baptizauit. Babtista cōtremuit nec audet tangere sanctum dei uerticē: sed clamat cū tremore sanctifica me saluator. De agonia dicitur Lu. xxij. de christo: factus in agonia prolixius orabat i qua ita sensitiua eius exterrita ē timore mortis sibi presentate: ꝙ factus est sudor eiꝰ sicut gutte sāguinis decurrētis in terram. Sz rōi timorē illū subtrauit: dicēs. Non ꝙ ego volo. ſ. secūdum instinctuꝫ naturalē ꝛ sensualē qui horrēt mortez: sed sicut tu. Unde ꝛ surgens ab oratione nō fugit: sed obuiā processit proditori. Ad hanc agoniā veniens ſuſanna vxor ioachim: cum duo illi senes iueterati dierū malorum sollicitabāt eā ad adulteriū cū eis perpetrādū: cōminando ei si nō assentiret: diffamationē ꝛ mortem ait. Angustie mihi sunt undiqꝫ: ꝛ quid eligam ignoro. Si eni hoc egero mors. ſ. anime mihi est. Si nō egero: nō effugiam manus uestras. ſ. qz me accusabitis. Et ſubito in hac agonia posita subtrauit tiorem infamie ꝛ mortis rationi: dicēs. Uerūtamen melius mihi ē absqꝫ opere. ſ. peccati incidēi manus uestras ꝙ delinquere i ?spectu dei mei Dan. xiij. Sicqꝫ exclamauit succurſum. Et licet illi senes incuſaſſent: deus mirabiliter liberauit eam a morte vt ibi patet. In illa agonia posite alie mulieres quas predicti senes incitabāt ad maluꝫ submiſerunt rationē timori. ſ. assentiendo illis ne diſſamarent ꝛ accuſarēt eas timēdo. Unde eis dixit Daniel quādo examinauit, Sic faciebat filiab⁹

ꝑsecuti sunt iniuste. Cicatrices aūt q̄ in eius corpe apparebunt: nō ptinebūt ad aliquā ifirmitatē: sz erūt inditia maxime vtutis: qua xp̄s p passionis ifirmitatē de hostibus triūphauit. Exprobatissi mā aūt mortē ostendet: nō sensibiliter oculis eā i gerēs: acsi tūc eā pateret: sz ex his que apparebūt inditijs p̄terite passionis. hoies in recogitationez p̄terite eī mortis adducet. Unde⁹ dī q̄ ex ipsis cicatricibus nulla deformitas apparebit: sz radij lucidiores solis exibunt. Quarto sciendū q̄ iu dex Christus: ⁊ si in hūanitate ab hoibus videat ⁊ ideo dicit sibi dari iuditiuz ꝑm illud. Deus iudi tiū tuū regi da: ⁊ iustitiā tuā filio regis. s. Christo Judicabit tamen resuscitans oēs ⁊ sentētiā, pferēs glorificatiōis ⁊ oñationis virtute sue diuinitatis: que cū vna sit eius ⁊ patris ⁊ spiritussancti: ⁊ cō munis operatio eoz: iō a tota trinitate fiet opus iuditij. Dicit tn̄ p̄ dare iuditiū filio quia ipse ori go seu p̄ncipiū trinitatis: pducens alias psonas ⁊ non pducta. Et dicit dare iuditiū soli filio: q̄ ipe solus cū incarnatus fuerit: solus in hūanitate nāa oibus oñdet. Decet eni vt iudex ab oibus iudicā dis videat. Sz a malis eī diuinitas nō videbitur: q̄ cū deī sit eēntialr ipa bonitas: sine gaudio vide ri nō pōt. Sz gaudiū oīe excludit a dānatis. Isa. vlt. Tollat ipius ne videat gloriaz dei. In vidēdo aūt hūanitatē Christi: ⁊ si in se gloriosā: nullā ide consolationē habebūt mali. In potestate eni ē cō poris glorioſi demōstrare se vel ocultare vt non videat: quinimo habebūt inde ex visione illa ma li maximā penā ita vt dicūt montibus: cadite sup nos: ⁊ collibus cooperite nos: ⁊ absconditе a facie agni: vt dī in Apoc.. Sicut eni gloria amici maxi me delectat: ita p̄ oriū gloria ⁊ p̄tate ūmici maxie cōtristat: mali aūt Christū odiūt in quātū punien tē: ⁊ iō gloria eius i iuditio ē eis penosa. Unū Isa. xxvi. dī. Uideāt ⁊ cōfundant zelātes pplī. i. iuidē tes: ⁊ ignis. s. in iuditio eos deuoret. Sz electi etiā de visa hūanitate valde gaudebūt secundū illud Jo. x. Ingrediet ⁊ egrediet ⁊ pascua ūeniet. s. refe ctionis eterne. Ingredit quo ad diuinitatē cōtem plādā: egredit quo ad hūanitatē. Quito videbūt ē quos iudex xp̄s iudicabit. Et dicendū ꝑm. b. Tho. in. iiij. di. xlvij. q̄ oēs hoies. Unū dī Apo. j. Ecce venit in nubibus. s. ad iudicandū: ⁊ videbit eum oīs oculus. Sz notādū: q̄ ad iuditiū duo p̄ti nēt. s. discussio meritoz: ⁊ retributio p̄miozum i. glorie vel pene ꝓut egit quisq̄. Quātū g̃ ad ꝑm s. receptionē p̄miozum: oēs iudicabūt bon: pfecti ⁊ ipfecti: ⁊ fideles ifideles: eo q̄ vn⁹ quisq̄ recipiet ex diuia sñia p̄miū: cozel pōdēs merito. Et hoc ē q̄ ait aplus. Oēs astabimus ante tribunal xp̄i: vt referat vnusquisq̄ ꝑm ea que gessit in corpore siue bona siue mala. Oēs g̃ in iuditio apparebūt. Et rō huius est: q̄ p̄cas iuditiaria xp̄o hōi colla ta: est i p̄miū hūanitatis: quā in passiōe exhibuit

Ipse aūt sua passione ꝓ oib⁹ sanguinē suū fudit⁹ quātū ad sufficiētiā: sz nō i oib⁹ habuerit effectū ꝓpter ipedimētū i aliquibus ūuentū ⁊ iō cōgruuz ē vt oēs hoies ad iuditiū cōgregent: ad videndū eius exaltationē i hūana natura: ꝑm quā cōstitu tus ē a deo iudex viuoz ⁊ mortuoz. Quātū vo ad p̄mū. s. discussionem meritoz: hoc non fit nisi vbi ē aliq̄ cōmixtio meritoz bonoz cum malis. Unde illi qui edificant sup fundamētū fidei auz argentū: ⁊ lapides p̄cioſos: diuinis seruitijs totali ter ilustrētes: quia nullā admixtionē alicuius mali meriti hñt: in eis⁹ discussio meritoz nō hz locum: sicut illi qui rebus mundi penitus abiectis solicite cogitāt solū que dei sūt: ⁊ iō saluabunt: sz nō iudi cabūt pfecti pauperes: de q̄bus in. §. sequēti dicet Illi vo qui edificāt sup fundamētum fidei viue: li gnū: fenū: ⁊ stipulā: q̄. s. amāt secularia ⁊ implicā tur terrenis: ita tn̄ q̄ xp̄o nihil p̄ponāt. In eis dis cussio meritoz locū hz: ⁊ hi vtiq̄ iudicabunt: sz saluabunt: Sz q̄ i ifidelibus nō ē fidei fundamē tum: quo sublato oīa opera sequētia rectitudine pfecta itētionis carēt: cū nulla p̄mixtio bonorum sit in eis cū malis: q̄ oīs actio infidelium peccatū ē. i. sine merito: iō infideles dicunt nō iudicari. s. q̄ ad discussionē meritoz nō quo ad cōparitionem ⁊ punitionem. qui eni nō credit iā iudicatus ē ait xp̄s. Jo. iij. Jā eni nota ē ecclesie eius dānatio. Et sic intelligitur illud. Jdeo nō resurgūt impij i iudi tio. i. infideles i iuditio. s. quo ad discussionē. Sz fideles mali in q̄bus manet fidei fundamentū: ad minus fidei actū laudabilē hñt q̄uis non sit meri torius sine charitate: tn̄ q̄tū est de se est ordiatus ad meritum: iō ipsi iudicant quo ad discussionez sed damnant. Sexto de quibus iudicabit con siderandū. Et dicēdū: q̄ de oībus actibus interio rib⁹ ⁊ exterioribus: Eccs. vlt. Lūcta que fiūt adduc cet dñs in iuditiū: siue bonū siue malū. Et sap̄. j. dī. Qui loquit iniqua nō pōt latere: nec p̄teriet illū corripiēs iuditiū ⁊ i cogitationibus impij iter rogatio erit. Sz ⁊ de bonis operibus iudicabunt hoies: videlicet si cū debitis oibus circūstantijs fa cta fuerint. Unde dñs p ps. lxxiij. Cū accepero tē pus. s. in fine mūdi: tūc eni tēpus quod mensurat motu primi mobilis subtrahet: cessante motu ipi us mobilis primi. Ego inquit iustitias iudicabo. i. discutiā opera iusta: si cū debito mō sint facta: vñ b. Greg⁹. ad mauritiū imperatorez. Multa sunt que de illius iuditio hoies ignorant. Nā fortasse qui vos laudatis ille reprehēdet: ⁊ quos vos vitu peratis ille laudabit. xi. q. j. Sacerdotibus. Et q̄n tū quidē ad iuditium discussionis: hoc locum nō habet in angelis bonis vel malis. b. Tho. vbi su pra: quia nihil permixtum est in eis: in bonis oīa bona: ⁊ in malis omnia mala. Sed ad iuditiuz re tributionis cum sit duplex eoz retributio: vna re spondens ꝓpriis meritis angelorum: ⁊ hec fuit ab

initio vtriq; parti facta: alijs in beatitudinem sublimatis alijs in ifernum dimersis. Alia retributio est que respondet bonis ⁊ malis meritis per angelos procuratis ad homines. Et hec retributio in iudicio finali fiet: quia ⁊ boni angeli amplius gaudium habebunt de salute eorum quos ad bonum meritum induxerunt: ⁊ mali angeli amplius torq̃bũtur multiplicata maloꝝ ruina quos ad malũ incitarũt. Et sic in angelis fiet iudiciũ indirecte: i quantũ actus angelorũ fuerunt quodãmodo cõmixti actibus hominũ: incitãdo ad bonũ uel malum. Septimo videndum in quo loco iudicabit. Et videtur q̃ i valle iosaphat: qui videtur eẽ inter montem olíueti: vñ dñs ascendit in celum: ⁊ montem syon vbi facta fuit vltima cena: ⁊ descendit spiritussanctus super apostolos die pentheco stes. Dicit enī Joel. iij. Cõgregabo omnes gentes ⁊ deducaꝝ eas in valle Josaphat ⁊ disceptabo cũ eis. Et quãuis ad litterã possit intelligi cõprehendendo etiam circũstantias dicte vallis quia valde multi ibi ꝓtineri possint: pñt i dicto spatio iudicari precipue cum mali in terra resurgant iudicãdi: boni vero in aera subleuandi quia celestia dilexerunt Christo occurrentes in aere apparenti. beat⁹ Aug⁹ tñ videt in. xx. de ciui. dei: magis hoc referre ad interpretationẽ noīs: q̃ ad locum illum nominatum. Interpretatur enī Josaphat iuditium domini vel dom⁹ iudicat. q. d. Congregabo omnes ⁊ deducam eos in iudicio nõ cuiuscunq; sz domini: absolute. s. omnium. Et sic incertus videtur esse locus iudicij terrestris: in quo peccatores terrenis dediti: manebunt iudicandi. Paruuli etiaꝝ resuscitati: etsi nil hic audierunt ⁊ cognouerũt de Christo: ꝓpter defectum etatis in qua mortui sũt ⁊ ipsi Christũ videbũt iudicẽ: ⁊ deũ eẽ ꝓgnoscent Dicit aũt .b. Tho. vbi supra: q̃ licet ꝑ certitudiez sciri non possit de loco: tñ ꝓbabiliter colligi põt ex scripturis: q̃ circa montem olíueti descendet ad iudicandum: sicut ⁊ inde ascendit i celum. Uñ angeli dixerũt. Sicut vidistis eum ascendentẽ i celũ ita veniet. Cum ergo Christus sit iudex in hoc iudicio cui omnia sunt nuda ⁊ aperta: ⁊ nil iultũ dimittat de peccatis: quãtus tremor ẽ futurus q̃n iudex est venturus: cũcta stricte discursurus? Uñ beatus Grego⁹ in moralibus. Di qui in corporib⁹ reperiri poterunt: quãuis fortes ⁊ perfecti sint: q⁊ in carne sunt positi: non possunt in tanti terroris turbine nullius formidine cõcuti. Sed misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum ait. b. maria. Luc. j. s. timore initiali.

locus vbi iudicabit

Quinto tractan .§. VI.

dus est de iudicibus assessoribus cum quib⁹ Christus iudicabit. Dicitur enim Isa. iij. Dominus ad iudicandum veniet cum senatoribus populi sui. Et hi qui sũt assessores: dñs Jesus expressit dicẽs: Math. xix. Uos qui reliquistis oĩa ⁊ secuti estis me: in regeneratione. i. in vltima resurrectione in q̃ homines q̃i iterum regenerantur resurgẽtes ad vitam imortalem: cũ sederit filius hois. s. ad iudicandum: sedebitis ⁊ vos sup sedes duodecim iudicantes. xij. tribus ⁊c. Pro horuz declaratione sciendum: q̃ iudicare dicitur septẽpliciter. Primo ex se ⁊ auctoritatiue. Et hoc est ꝓprie dei auctoritatiue. Et hoc ẽ ꝓprie dei trinitatis. Nam iudicare fm. b. Tho. in. iiij. di. xlvij. arti. ij. q̃sito. i. ẽ pro prie illius qui hz potestatẽ ⁊ dominiũ in alios: cuius regimini subdunt qui iudicant. Uñ eius est in alios ius ferre seu dicere vel dictare. Judicare enī est ius dicere vel dictare ⁊ hoc agere ex se propria auctoritate ẽ dei ps. lxxxxv. Judicabit orbem ⁊re in equitate. s. de⁹: ⁊ populos i veritate sua. Secũdo iudicare fit delegatiue. i. ex alio accipe auctoritatẽ iudicãdi. Et hoc cõuenit Christo in quãtum homo: qui vt dī actuũ. x. cõstitutus ẽ a deo iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. Et Joh. v. Potestatẽ dedit ei pī iudiciũ facere: qz filius hois est. Ipe enī in illa assumpta hũanitate oĩbus se manifestabit: ⁊ oẽs boni ⁊ mali eũ videbũt: ⁊ talẽ potestatẽ sibi ad iudicandũ collatã. Tertio dicit aliquis iudicare q̃si causaliter ⁊ ꝓpatiue: vt dicatur illud iudicare: vñ apparet alios iudicandus. Et fm hoc dicunt alíq̃ iudicare fz Tho in quãtũ ex ꝓpatione eoꝝ. Alij uidicandi ostendunt sicut dicuntur niniuite iudicare generationem iudeoꝝ: fz illud Christi. Uiri niniuite surgent in iudicio: ⁊ iudicabũt generationem istã: quia peniaz egerũt ad ꝑdicationẽ Jone. Math. xij. Sic aũt iudicare ẽ cõmune bonis ⁊ malis in iudicio. Nã niniuite ⁊si tunc ꝑdicante Jona cõuersi sũt postea recidiuãtes ⁊ peiora agẽtes: reprobi facti sunt fm. b. Hiero. de pe. di. iij. ⁊ a babyloniꝝ exterminati. Sic ergo iudicabunt iudeos: quia ex illo opere sue cõuersionis ad simplex verbum Jone: ostendent q̃ iuste cõdemnãdi fuerint iudei: quia Christum dñm ꝓphetaruz toties audire predicãtẽ noluerũt. Sic ẽt põt itelligi illud apli. j. Cor. vi. An nescitis qz ãgelos iudicabimus. s. malos: quia cum homo in corpe fragili tot incitamenta ad maluz habeat ⁊ bella paciat: ⁊ tamen superat omnia ideo non recedens: oñditur per hoc q̃ iuste angeli mali condemnentur: q̃ nullam carnis fragilitatem habentes vt incitamẽtum ab alijs a deo per superbiam recesserunt.

Quarto dicitur iudicare q̃si interpretatiue. Interpretamur aliquem aliquid facere: qui facienti consentit. Unde illi qui consentiunt iudici: sententiam eius approbando vt iustam fm. b. Tho. iudicare dicuntur. Et hoc est cõmune omnium electoruz sic iudicare approbatiue. Uñ dicit sap. iij. Judicabunt sancti nationes ⁊ dominabuntur populis. Et in ps. de sanctis dicit. Gladij ancipites i

manibus eoꝝ: ad faciendam vindictam in nationibus increpationes in populis ꝛc. Ut faciāt in eis iudiciū ꝓscriptū: gloria hec ē oīb⁹ sanctis iudicādo. s. ꝑ modū approbatiōis. Quīto dī iudicare declaratiue: sicut si liber in quo continet lex dicatur iudicare: quia lex declarat quid ꝛ quomodo iudicanduꝝ esset. Et sic cū Christus dicat. Quos deus coniunxit homo non sepet: cū fit diuortiuꝝ legitimo modo: non dicitur homo separe: sed lex qz lex sic iudicat ꝛ declarat faciendū. Et sic Christus ait iudeis. Joh. xij. Qui me spernit ꝛ non accipit verba mea: ego non iudico eū sz sermo meus quē locutus sum: iudicabit eum in nouissimo die

Sexto dicit iudicare testificatiue. Cum tota vis iuditij ad ferendū sniam consistat in testiū dictis: quia in ore duoꝝ vel triū stabit omne verbum Math. xviij. s. vt verum ꝛ firmum habebit. Jō testes in dicendo super quo fit iuditiuꝝ: possūt aliquo modo dici iudicare: quia ex dictis eorum rē absoluitur vel cōdēnatur: Et qz in finali iuditio magis mētaliter ꝙ vocaliter exercebitur illud iudiciuꝝ: vel etiaꝝ si vocaliter vtute diuina vnicuiqz innotescent merita ꝛ demerita sua: dictante ꝓscientia. Jdeo conscientia vniuscuiusqz quodaꝝ mō iudicabit eū Aplus. Testimonium illis reddente conscientia sua ꝛ cogitationū accusantium ꝙ ad mala. s. aut defendentium quo ad bona: in die q̄ iudicabit deus ꝛc. Uñ. b. Aug⁹. Quādo deus iudex erit: testis alius non erit: nisi cōscia tua Inter deum iudicem ꝛ causaꝝ tuam noli timere nisi cōscientiam tuam. ij. q. iij. Custodi. Septio dicit iudicare quis assessoric. Et de isto vltimo modo nunc agimus. Di per similitudinē dicunt iudices: in quātum sedent in loco eminenti tales assessōes vt iudex facit. Et secundum hunc modum q̄ ꝑfecti viri quibus iudiciaria potestas ꝓmittitur: ſm illud supra inductum. Sedebitis super sedes duodecim iudicantes per honorabilem confessionez: quia superiores ceteris in iuditio apparebunt occurrentes Christo in aera. Sed istud ait. b. Tho. vbi supra non videtur sufficere ad promissionem domini ꝛplendā dī: qz sedebitis iudicantes. Uidetur enim iuditium cōfessionis superaddere aliq̄d Est igitur alius modus iudicandi assessorie: qui ꝑfectis viris conuenit in quantum in eis cōtinētur decreta diuine iustitie. Unde Apocal. xx. dicitur. Inditiū sedit ꝛ libri aperti sunt. Et per hunc modum hanc iudicationem Richardus de sancto victorie exponit. Unde dicit. Qui diuine contemplationi assistunt: quia in libro sapientie quotidie legunt velut in cordium voluminibus trā scribunt: quicq̄d iā perspicua veritatis intelligentia cōprehendunt. Quid enim sunt iudicantium corda i oi veritate diuinitus edocta: nisi quedam canonū decreta. Sz qnia iudicare ꝓprie importat actionē in alium ꝓcedentē: ideo ꝓprie loquendo iudicare dī: q̄ sniam loquēdo i aliū fert Sz iudex principalis hoc agit ꝓpria auctoritate: delegat⁹ ät sibi cōmissa. Assessor in ꝓposito q̄ sniam tam ꝑlatam in alios manifestat. Eoꝝ igitur iudicare: ē sentētiam alterius auctoritate latam in aliorum notitiam quasi sententiam lataꝝ nūtiare. Et hoc modo perfecti viri iudicabunt assessorie: qz alios ducent in cognitionē diuine iusticie: vt sciat quid eis pro meritis debeatur: vt ipsa reuelatio iustitie iuditiū dicatur. Nec ē icōueniēs dic. b. Tho. vbi supra aliquos sanctoꝝ quedā alijs reuelare: vel ꝑ modum illuminatiōis: sicut superiores angeli inferiores illuminānt: vel per modū locutionis q̄n inferiores superioribus loquunt. Aduertendū ät q̄ ista dignitas assessorie iudicandi: nō dat oībus sanctis: sz solū pauperibus ſm illud Job. xxxvj. Pauperibus tribuit iuditiū. Et dñs Jhs. Uos q̄ reliq̄stis omnia ꝛ secuti estis me: sedebitis ꝛc. Rō autē quare paupertati debet iuditiaria potestas est triplex secundum. b. Tho. vbi supra. Primo rōe cōgruitatis: quia volūtaria paupertas est eorum: qui oībus que mūdi sūt cōtemtis: soli Christo inherent: ꝛ iō nō est in eis aliq̄d qō eoꝝ iuditiū a iustitia deflectat. Unde idonei ad iudicāduꝝ redduntur: quasi veritatem iustitie pre oībus diligentes. Secūdo congruit hoc per modum meriti quia humilitati respōdet exaltatio ꝑ merito. Inter omnia aūt que hominē despectū faciunt i mūdo p̄cipue est paupertas. Unde excellentia iudiciarie potestatis pauperibus ꝓmittit: vt sic qui se ꝑ pter Christū humiliat exaltetur. Tertio qz paupertas dispōit ad predictū modū iudicandi. Ex hoc enī q̄ aliquis recte iudicare ꝛ sentētiare dicet: req̄ritur q̄ coꝝ habebit edoctuꝝ omni diuina virtute ꝛ quia alijs potens erit manifestare. In progressu autem ad perfectionē primū qō relinquenduꝝ occurrit: sunt exteriores diuitie: quia hec sunt vltio acq̄sita. Quod autem est vltimū in constructiōe: est primum in destructiōe: ꝛ sic paupertati respōdet iuditiaria potestas: in quātū ē prima dispositio ad potestatē predictā. Sciendum tertio q̄ non quibuscunqz pauperibus tribuit ista iuditiaria potestas assessorie. Nec etiam ex hoc soluꝝ q̄ voluntarie sint pauperes: sicut Socrates ꝛ Diogenes: sed illis q̄ relinquētes omnia: sequūt Christū secūdum perfectionez vite ſm. b. Tho. vbi supra. di. xlvij. ar. ij. queſito. ij. Et ꝑ aliquos tria requiruntur ad iuditiariam potestatem istam consequendam. Primū est abdicatio curarū tpaliuꝝ: ne impediat animus a sapie pceptione. Secundo requirit habitus erga diuina iustitiā sciram ꝛ obseruatam. Tertio q̄ illam iustitiā alios docuerit. Et sic doctrina erit perfectio: cōplēs merituꝝ iudiciarie potestatis. Et quāuis fuerint aliqui multū diuites: vt Abrahaꝝ: Dauid ꝛ huiusmōi q̄ fuerūt maioris meriti vt extimari potest ꝙ aliqui veri

pauperes pfecti: nō ē icōueniēs: si q̄ hoc accidēta le p̄miū pauperibus det: vt iudicēt alios qui etiaz sunt excellentioris meriti: quātū ad p̄miū essentiale. Nā ꝛ inferior pōt iudicare superiorē: non ex sua auctoritate: sed ex sibi delegata. Ponit Albertus magnus super missus ē: septē gradus paupertatis: quoz primus ē dare superflua persone put persona sonat in dignitatē: ſm illud Thobie iiij. Da elemosynā: ꝛ nō auertas faciē tuā ab vllo paupere. Si multū fuerit tibi: abundāter tribue. Si parū: ꝛ illud libēter impertiri stude. Secūdus ē dare supflua: nō solum persone: sed ꝛ nature ſz illud Luce. xi. Quod superest. ſ. nature: date elemosynam ꝛ ecce oia mūda sūt vobis. glo. p̄ter victuz ꝛ vestitum. Tertius gradus dare etiā necessaria. glo. etiam valde necessaria: cū p̄mis diuidam⁹. Quartus ē: dare nō solū sua: sed ꝛ se ipz: sequendo Christū pura ītētione. ſ. ppter deum: nō ppt mūdi gloriā: vt veri religiosi: secūdū illud. Si vis pfectus esse: vende oia que habes: da pauperibus ꝛ sequere me. Mathi. xix. Quitus ē passionibus sedatis mente deo inherere: ſm illud. Nostra conuersatio in celis est. Sextus gradus est relinquere sua ꝛ se ipsuz ꝛ vltra hoc laborare ppr̄ijs manib⁹ vt necessitatē tribuat pacienti: p̄out fecit Paulus apostolus: qui laborabat ppr̄ijs manibus vt p̄beret sibi ꝛ suis de necessarijs: p̄out ipse refert ad cor. Septimus gradus est dare oia ꝛ se ipsum spiritu ꝛ corpore laborare: vt pascat p̄mum cibo spirituali doctrie: qui gradus melior ē p̄ioz. Nā vt dicit. b. Greg⁹. Melius est reficere animā semp victurā. q̄ corpus moriturū. Et ad hunc graduz vī ptinere pauptas cui datur iuditiaria potestas: quē gradū ponit. b. Tho. supra in tertio mēbro i mediate. Sciendū ēt ſz. b. Tho. post. b. Aug. in. xx. de ciui. dei: q̄ cuz dī a Christo sessuros sup xij. sedes: intelligendum est: non solum. xij. hoies iudicaturos cū Christo: vt assessores. Cum enī loco Jude annumeratus sit Mathias: cū. xi aplis reliquis: vbi erit sedes Pauli qui plus oibus laborauit:. Sed per duodenariū numerū: significata ē iudicantiū oīm multitudo: ppter duas ptes septenariū. ſ. tria ꝛ quattuor. Nā tria ducta p̄ q̄ttuor ꝛ ecōuerso: cōstituūt. xij. Septenarius aūt est numerus significans: vniuersitatem. Nā omne tempus currit p̄ septenariū ebdomadarū vel pp hoc duodenarius significat vniuersitatē iudicantium quia constat ex duplici senario ꝛ Senarius ē numerus pfectus significans vl q̄ ad litterā. xij. apostolis loquebatur: in quoz persona hoc oibus eorū imitatoribus p̄mittebat. Et per. xij. trib⁹ isrl intelliguntur oēs fideles iudicādi. Ex quattuor enī ptibus mūdi. ſ. oriente: occidente: austro ꝛ aquilone: erunt fideles i fide trinitatis: sancti homies iudicandi a Christo ꝛ assessoribus eius pfectissimis viris pauperibus vt declaratum est. Tria enīz re p̄sentant fidem viuam trinitatis: ꝛ quattuor partes mundi quattuor vt dictū est: ꝛ tria ducta per quattuor constituunt numerū duodenariū. Seruite ergo ait ps: dño in timore: ꝛ exultate ei cū tremore: sed initiali vel filiali: quia beatus vir q̄ metuit dñm: in mādatis eius cupit nimis ait idē.

Sextum quod est. §. VII

valde timendū in finali iuditio: ē accusationum multiplicatio. Quia enī iuditiū istud erit ordinatissimū: ꝛ secundū ordinē iuris ut ait Ambrosius iudicis non est sine accusatore dānare: ꝛ ideo dñs Jesus Judam cum fur esset non abiecit quia accusatus non fuit. g. q. j. Manifesta. Erit igit in illo iudicio accusator diabolus: qui est pessimus ꝛ callidissimus: de quo dī Apoc. xij. Proiectus est i terrā. ſ. ifernalem accusator noster sathanas: qui accusabat fratres ante deū die ac nocte. Et. b. Aug. ad Julianū comitē ait. Presto tunc erit diabolus recitans verba p̄fessionis nostre: obitiens nobis q̄cunq̄ fecerimus ꝛ in quo loco ꝛ i qua hora peccauimus: ꝛ quid boni tūc facē potuimus: dicturꝰ ē. n. ille aduersarius. Equissime iudex iudica hūc meū esse ob cu pā: qui tuus esse noluit p̄ gratiaz. Tuus est p̄ naturā: meus est ob miseria: tuus ob plasmationē: meus ob suasionē: tibi inobediens: mihi obediens: a te accepit imortalitatis stolam: a me accepit hanc pānosam q̄ indutus ē tunicā. Tuā dimisit: cū mea huc venit. Equissime iudex iudica hunc esse meum ꝛ mecū esse dānādū: heu heu. poterit ne talis aperire os q̄ talis erit ut cum diabolo deputetur. Legit i libro de. vij. donis edito a fratre Raymūdo ordis p̄dicatoruz: q̄ asserit vidisse illum episcopuz cui cōtigit flebiliis casus iste. Quidā episcopus cuz egrotaret: apparuit ei diabolus dicens q̄ citabat eū sūmus papa p̄ euz: ꝛ assignauit ei diem quā ei nominauit: in qua vt dicebat oportebat cū ratione ꝛddere ō ām̄istratōe sua. Cui in die assignata visū ē ei: q̄ ipse trahebatur coram papa i causa: ꝛ q̄ diabolus q̄ ei appāuerat contra: de eo petebat ius a papa ō administrationibus suis qualiter. ſ. administrauerat i officio p̄oratus q̄ p̄ius habuerat ōnde abbatissatus: quod postea habuerat: ꝛ demū i offitio epatus: fuerat enīz niger p̄ioz: albus abbas ꝛ postea epus. Cū autem requireret de offitio p̄oratus: ꝛ nesciret reddere rōez: ꝛ postea de offitio abbatissatus: i qua respōsione magis defitiebat: ꝛ postea maxime in rñsione de epatu. Cū ergo defitiēs in rñsione peteret aliam diez sibi assignari: allegans q̄ non fuerat i dicta rñsione p̄meditatus: assignat ei alia dies pemptorie illi diei valde p̄xima: i qua debebat iudex p̄cedere ad sententiam diffinitiuā Cuz autē anxius super hoc euigilaret fortiter: ad clamorem eius conueniret familia eius: cuz autez hoc indicasset pluribus: die sequenti apparuit ei

diabolus qui prius ei apparuerat: vrgens eum ad veniendum coraz sūmo iudice: p rōe reddeda Qui cū nondū se paratum clamaret z eius aspectum horreret: z diabolus eū ad hoc magis vrgeret inuitum: omnibus astātibus surrexit de lecto in quo iacebat volens effugere demonem. Cum autem surgeret cum impetu ipegit in columnam peteng inducias z elisо in eo capite cecidit z expirauit. Secūdus accusatoz eoz erunt sancti hoies a quoz consortio peccātes recesserūt: vel quos in presenti contumelijs affecerūt vel iniurijs: vel q̄rū festa fregerūt: vel quoz loca pphanauerūt. Unō dī sapie. v. Sabūt iusti in magna constantia. s. ad accusandū aduersus eos qui se angustiauerunt: z qui abstulerūt labores eorū. Uidētes aūt. s. repro bi turbabuntur timore horribili. Et apoc. vi. dī: q̄ sancti clamāt. Usqueq̄ dñe sanctus z verus: ñ iudicas z vindicas sanguinē nostrū ab his q̄ sunt in terra? Et dictū est illis. Sustinete modicuz donec impleatur numerus fratrū vestroruz: vsq; s. ad iuditium. Ad hoc etiam facit q̄ narrat Hie. turon̄: videlicet q̄ duo nequā presbyteri: cū cōspirassent cōtra sanctū Sydoniū aluernoz episcpū. Aliter eoz egestiones emisit: sicut arrius heresiarcha subito. Et visus est a sūmo iudice accusatus a sancto Sydonio dānari: vinciri: z in imis carceris in angustijs detrudi. Alius vero cū mortuo beato Sydonio ambitiose z violenter occupasset episcopatū: cū inuitassent ciues ad cōuiuiuz: per pincernā citatus a sūmo iudice cadēte de manu eius calice subito expirauit. Tertius accusatoz erit totus mundus. Sap. v. Armabit creaturā. s. ad accusandū ad vltionē inimicoz dei. b. Grego. Si queris quis te accusabit: dico: Totus mundus: offenso enim creatore: offenditur totus mūdus. Cris. In illa die nihil est q̄d respodeam. vbi celuz: z terra: aqua: luna: z sol: dies: z nocte: z totus mūdus stabūt cōtra nos. s. ad accusandū. Dicere posset terra si loqueret. Ego istos iniquos peccatores sustinui: vt per me ambularent. Ego eis dedi virides herbas: pulcherrimos flores: suauissimos fructus ex arboribus. Alia plurima: metalla preciosa: z lapides: vt ꝓmuni creatori seruirent: z ipsum ex his laudarent. Et ipsi oīb' abusi sunt: non deo: sed suo ventri seruiendo: z ideo a me absorbeantur. Et aqua dicere poterit. Ego me ipsum prebui eis in refrigeriū cōtra estus: i lotionem contra maculas. In materias sacramentorum contra peccata. In transitum per naues ad negociandum. Pisces in me natantes in cibū. At ipsi in malum vsi sunt: z ideo a me submergātur. Aer etiam. Ego: dicere posset: dedi eis spiramentum vite: pluuias: auium multitudinem innarrabilem. Et quia in his conditorem suum et nostrum non cognouerunt: in me suspendantur: suffocentur. Ignis autem quia sine caloze meo vi-

uere non potuissent: sed ingrati de vsu meo fuerūt: a me sine consumptione semper exurantur. Sol luna z stelle ac celi celoruz. Quia lumine nostro non sunt vsi: ad querendum lumen eternum: eo priuati perpetuis tenebris occupentur. Et quia in ore duoruz vel triuz stabit omne verbum: vt dicitur Mathei. xviij: non deerunt testes in iuditio isto. Et vnum quidem habebit supra se. s. deū Iere. xxix. Ego vero iudex z testis dicit dom̄in' Malach. iij. Ero testis velox omnib' maleficis: adulteris: periuris ꝛc. Qui non solum est verus: sed ipsa veritas z non ex auditu: sed ex visu. Ad hebreos. iiij. Omnia sunt nuda z aperta oculis eius. nihilq; ei ignotum. Unde ipse Christus deus z homo verus iudex z testis. Nō eni repugnat in hoc iuditio vt in humano: scilicet vnam personā simul esse iudicem z testem: qui veritas est z vt testis manifestabit occulta hominum: vt iudex sentētiabit. Et sententiando exprobrabit peccatores vt ait Cris. in hec verba. Ego propter vos homo factus sum: propter vos delusus: alligatus: cesus: z crucifixus. Ubi est tantarum iniuriarum mearuz fructus? Ecce precium sanguinis mei: quem dedi i redemptionem animarum vestrarum. Ubi est seruitus nostra quam mihi pro precio sanguinis mei dedisti? Ego super gloriam meam vos habui cum essem deus apparens homo: z viliorem me omnibus rebus vestris fecistis. Uaz omnem rem vilissimam dilexistis amplius q̄ iustitiam meam z fidem. Dec Cris. Secundus testis est intus scilicet conscientia ad Romanos. ij. Testimoniuz illis reddente conscientia sua: z cogitationibus accusantib' z defendētibus in die qua iudicabit dominus. Accusantibus. i. remordentibus: quo scilicet ad mala opera: defendentibus. i. excusantib' a malo: quo ad bona opera. b. Augustinus. xi. q. iij. Sentit. de. b. Aug'. quicquid vis: sola in cōspectu dei conscientia non me accuset. i. testificetur. Ubi notādum ſm. b. Tho. in. iiij. di. xlij. q. vltia q̄ quia oportet q̄ in omni iuditio testis z accusator habeat eorum notitiā que in iuditio versant: in illo autem cōmuni iuditio omnia opera hominum in iuditium venient: ideo oportet q̄ omniuz suoz operū quisq; tunc notitiā habeat. Unde cōscie singuloz erūt quasi quidā libri: cōtinētes res gestas ex quibus iuditiū procedet: sicut etiā in iuditio hūano registris vtunt homines. Et isti sunt libri de quibus apoc. xx. dī. Aperti sūt libri: z al' liber apert' ē q̄ ē vite: z iudicati sūt mortui ex his que scripta erant in libris ſm opera illoz. Et ſm b. Aug. xx. de ciui. dei: per libros sic apertos significant sancti noui z veteris testamēti: in q̄bus deus ondet que mandata fieri iussisset. Sed per liburz vite de quo subiūgit: itelligūtur ꝓscie singulorum que dicūtur singulariter liber vnus: q; vna virtute ꝺiuina fiet: vt cunctis ad memoriam sua facta

reuocent. Et hec vis in ꝙtum reducet ad memoriam hominuz facta sua: liber vite dr. Uel alit dici pōt z planius: q per libros primos intelligantur cōsciētie singulorz: z per aliū librū intelligatur sē tētia iudicis in eius prudentia descripta: reprobat b. Aug. in. xx. li. de ciui. dei: vt quod dicit de libris apertis intelligat de aliquo libro materiali: z materialibus litteris scripto: quia nimis magnus eēt liber ille: in quo scripta essent oia facta pur vnius hois ne dū omniū hominū mūdi: z nimiū tēpus requireret ad legendū ab oibus tm librū. Sed intelligendū ē modo predicto. Quāuis eni secūdum b. Tho. vbi supra: multa merita vel demerita a memoria excidant: tm nullū eorz erit qō nō remaneat aliquo modo in suo effectu: ḟa merita q nō sūt mortificata: remanebūt in premio qō eis redditur. Que aūt mortificata sūt manēt in gratitudinis macula: qua augeā ex hoc: q hō post p gr̄az susceptā peccauit. Similiter z demerita q nō sūt per penīam deleta remanēt in reatu pene: q eis debetur. Que aūt pnia deleuit: manet i ipsa penitentie memoria: quā simul cū alijs meritis in notitiā habebūt. Uñ i quolibet hoie erit aliquid ex quo possit ad memoriā sua opera reuocare: z tamē ut b. Aug⁹. dicit, principaliter ad hoc diuina virtus opabitur. ¶ Tertius testis erit angelus bonus: z p̄cipue q datus est vnicuiq ad custodiaz: de quo pōt intelligi illud Job. xvi. c. Ecce testis meus i celo: z cōscius meus in excelsis. Et illud reuelabunt celi. i. angeli iniquitatem eius. s. testificādo contra peccatores de malis eorz. Quāuis autem nūc angeli nō sciant cunctas cogitationes hominū: tamē diuina virtute operante tunc sciēt. Nā vt dicit. b. Tho. in. iij. di. xliij. q. vltia. In vltimo z cōmuni iuditio oz q diuina iusticia oibus euidenter appareat: q nūc in plerisq latet. Sentētia aūt dānātis vel premiantis iusta esse nō pōt: nisi secūdū merita vel demerita pferat. Et sicut oz q sicut iudex z assessor iudicis merita cause cognoscāt: ad hoc q p iustā sniam pferant: ita oportet ad hoc vt iusta snia appareat. Q oibus sniam pgnoscētibus merita inotescāt. Uñ sicut vnicuiq nota erit sua p̄miatio vel dānatio: z oīb⁹ alijs inotescet: ita oportet q sicut quilibet sua merita vel demerita reducet ad memoriam: ita etiam z aliena eius cognitioni subiaceant. Et hec est communior z probabilior opinio q̄uis magister sniarū in littera inducta. d. xiij. dicat cōtrarium. s. q per peccata q̄ delera sūt per penitētiā: in iuditio alijs non patefiāt Sed ex hoc sequeret q nec etiā penitētia de peccatis illis pfecta cognoscat in quo multū detrahere tur glorie sanctorz z diuie laudi: qui tā misericorditer sanctos suos liberauit. Quia ergo oia merita vel demerita p̄cedentia: facient aliquā qualitatē in gloria vel in miseria resurgentis: iō exterioribus visis poterūt cuncta in conscientijs videri ab oibus z angelis z hoibus. Et ex hoc angeli boni videntes apte peccata malorz: quātūcūq; occulta: poterūt cōtra eos testificari vt dictū ē: z precipue diuina virtute hoc operante: vt snia iudicis oibus appareat iusta. Si quis vult saluare dictū magi sē tētiarū: pōt dicē q peccata iustorz nō veniēt in notitiā vt peccata sed ut dimissa. Ex dictis quia tres sunt accusatores z tres testes: cōscientia: angeli: z hoies: cōsequenter videdū est: quō hoc erit: q oia merita z demerita propria z aliorz a quolibet vno intuitu videant? Nam de dānatis dicitur sapientie. v. q intra se gemētes z penitētiam agentes: dicēt. Quid nobis profuit superbia nostra z iactantia diuitiarum. Et sic descendunt ad particularia sigillatim consideranda. Et glo. super illud Job. viij. Induetur cōfusione dicit: q viso iudice mala oia ante oculos mentis vsabunt. Judex aūt videbit subito. Et tm pbus dicit in. ij topicorz: q non cōtingit simul plura intelligere. Circa hoc igitur dicit. b. Tho. vbi supra q est duplex opinio. Quidā eni dicunt q oia merita z demerita simul aliquis videbit: sua z aliena in instanti. Quod q̄dem de beatis facile credi pōt: quia omnia in vno videbunt. s. deo: z sic nō ē icōueniens: q plura simul videāt z intelligāt. Sed de damnatis quorū intellectus non est ita eleuatus: vt possit deum videre: z in eo omnia alia: est magis difficile. Et iō alij dicunt: q mali simul omnia videbunt peccata sua in genere. Et hoc sufficit ad accusationem illam z testificationem: que debet esse in iudicio: vel absolutionem. Non autem videbunt omnia simul: descendendo ad singularia. Sed hoc non videtur consonum dictis. b. Aug⁹. in. ij. de ciuita. dei: qui dicit omnia mentis intuitu enumerabuntur. Quod autem in genere cognoscitur: non enumeratur. Unde potest eligi media via scilicet q singula considerabuntur: non tamen in instanti: sed in tempore breuissimo: diuina virtute ad hoc adiuuante. Et hoc est q. b. Augustinus dicit ibidez: q mira celeritate enumerabuntur. Nec hoc est impossibile quia in quolibet paruo tempore sūt infinita instantia in potentia. Et sic qō ait aplus j. Lor. xv. Omnes quidē resurgem⁹ sed non oēs imutabimur. In momēto: i ictu oculi: i nouissima tuba. Tuba ista vt dictū est supra: est vtus diuia ad resuscitandū. In momēto dicit. i. tēpe breuissimo z quasi ipceptibili: nō autez omnes imutabūtur. i. de statu miserie ad statum glorie: quia non mali sed boni tantum.

3 testes

Septimū ualde. §. VIII.

timendū circa iudicium: est snie iustissime ireuocatio Uoluntati enim eius ait aplus quis resistit: q̄i. d. nullus. In humanis iudicijs quia iudex pōt errare: ideo inuentum est remedium appellationis: per quam sententia lata potest rectrarari:

ꝛ pluries: ſꝫ per ſuperiorē vt patet. ij. q. vj. ꝓ totū. Sed a ſententia Chriſti iſta appelari non poteſt. quia ſuperiorem non habet tum quia in notorijs a correctione ꝛ punitione criminum non releuat vt illa eſt: tū qꝛ errare non pōt: vnde dicit extra ō ſen. excōi. A nobis: q̄ iudiciū eccleſie fallit ꝛ fallit ſed iudiciū dei nec falli nec fallere poteſt. Timeat ergo eum omnis terra: Ab eo aūt commoueant omnes inhabitātes orbem ait p̄s. Quāuis au tē diſcuſſio illa finalis iudicij magis credatur eſſe mentalis ſecūdū. b. Auguſtinū q̄ vocalis ſꝫ vt re preſentatis vnuſcuiuſq; conſcientie meritis ꝛ de meritis: q̄libet ex ſe videat q̄ iuſte iudicandus ad premium vel penam: tamen in predicatione ad populos qui ꝑmuniter ſunt rudes nec intelligere valent interiora ꝛ ſpiritualia: niſi per exteriora ꝛ corporalia magis etiam mouentur: ideo magis cōgruit predicare diſcuſſionē eſſe vocalem. ꝛ cum predicto ordine: q̄ ſolum mentalem. Et precipue etiam: quia non reperitur expreſſe contrarium. ſ. quin poſſit ibi eſſe aliqua diſcuſſio vel increpatō vel dulcis ad ſanctos Chriſti inuitatio: ꝛ ſi in breuiſſimo tpe: quia dicit. In momēto: qō etiā referri pōt ad ipſam generalem reſurrectionem. Et in euangelio vt dī Math. xxv. Tunc dicet rex his qui a dextris erunt electis Uenite benedicti patris mei percipite regnum ꝛc̄. Non ſolum autem diſcuſſio erit ꝛ retributio de operibus miſericordie corporalibus: de quibus fit mentio ibi. Eſurii enim ꝛ dediſti mihi manducare. Sitiui ꝛ dediſtis mihi bibere ꝛc̄: que continentur in hoc verſu. Uiſito poto cibo redimo tego colligo condo. Ultima tamen iſtarū ſeptē que eſt ſepelire mortuos non ponitur in euangelio: quia minus vtilis ꝛ neceſſaria: ꝛ quia homines ex ſe ad hoc inclināt: non ſolum ex humanitate: ſed etiam ex neceſſitate: ne remanentibus cadaueribus inſepultis: aer corrumpatur ꝛ alios inficiat: ſed etiam fiet diſcuſſio ꝛ retributio ꝛ magis de operibus q̄buſcunq; iuſtis: que ſub illis cōprehenduntur ſpiritualiter intellectis. Eſurit enim Chriſtus ſalutem noſtraꝫ ꝛ ſitit. Qui ergo ſe exercet in operibus bonis arduis: iſte famelcentem paſcit: qui operibus bonis magis facilibus inſiſtit: hic potat Chriſtum ſitientem: facilius eſt enim bibere q̄ comedere. Qui ergo iſta negligit: Chriſtum eſurientez. i. auide deſiderantem bona opera eius non paſcit: ſed famelicum dimittit. Similiter qui ignorantem docet viam ſalutis: hic paſcit verbo pane ſcilicet vite et intellectus: ꝛ aqua ſapiētie ſalutaris potat. Quē nudum vides virtutibus manifeſte: ꝛ bonis monitis ꝛ exemplis habitibus virtutuꝫ corporis: nudum Chriſtum veſtis. Si vagabunduꝫ per diuerſos errores inuenis: ꝛ ad domum tuam eccleſie reducis: hoſpitem colligis. Si infirmum in via dei ꝛ imperfectum toleras: ꝛ infirmitatibus eius prouides: admonendo: vel corrigendo: orando: infirmum Chriſtum viſitas. Si in captiuitate poſitos obſtinationis eruis vel in captiuitate purgatorij ſubuenis miſeris: incarceratos redimis. Luꝫ mortuo in peccatis ne infamia putreſcat vitia eī⁹ occultas: nec diuulgas indebite manifeſtando: mortuū ſepelis. Contraria agendo ſcilicet diffamādo peccatores: non iuuando in purgatorij carcere detentos: ꝛ maxime de his legatis que ipſi fecerunt. Nō tolerando infirmos: ſed adiuuando econtra ad infirmandum per mala exempla ꝛ ſuaſiones illicitas: ad errores inducendo: virtutibus ſpoliando alios: bonis incitamentis ꝛ inſpirationibus Chriſti non aſſentiendo: Chriſto per hec ſubuenire recuſas: ꝛ ideo penas eternas formidare habes: ſic miſericordes miſericordiam glorie: ſecundū illud p̄s. cxi. In memoria eterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit. Auditio mala erit illa: quā audient reprobi: cum audiēt Chriſtum dicētem. Ite maledicti in ignem eternuꝫ. Mala vtiq; erit illis: quia nociua: ſed bona quia iuſta. Quarto ſciendum: iuditium illud fore iuſtiſſimum: vñ p̄s. Judicabit orbem terrarum in iuſticia: ꝛ populos in equitate. Septem ſiquidem modis peruertitur iudiciū: vt notatur. xi. q. iij. Quattuor: ꝛ q̄t tuor ponit in textu. b. Gregor. dicens. Quattuor modis humanum peruertitur iudicium: timore: cupiditate auaritie: odio: ꝛ amore amicitie vel cōſanguinitatis. Addit glo. tres alios. ſ. imperitia ſeu ignorantia. Nimia compaſſione miſerie alterius: rigoris ſeueritate. Sed nil horuꝫ poterit eſſe in Chriſto veridice. Nam quo ad primuꝫ nullum timebit. Nam ut dicit Job nono capitulo. Si fortitudo queritur: robuſtiſſimus ē. Et Dañ. vij. dicitur: q̄ antiquus dierum dedit poteſtatem filio hominis venienti in nubibus ſcilicet ad iudicandum: honorem et regnum: ꝛ omnis populus: tribus et lingue ſeruient ei. Et poteſtas eius poteſtas eterna que non auferetur. Nullum ergo timebit: quia potentior omnibus: ſꝫ omnes eum timebunt: p̄s. lxxxix. Quis nouit poteſtatem ire tue: ꝛ p̄e timore tuo iram tuam dinumerare. Ira dei ait. b. Hierony. non eſt concitati animi furor vt noſtra: ſed iuſti ſupplicij ꝓſtitutio de pe. di. j. Criſoſt. Plangēt ſe ſuper ſe omnes tribus terre: quia nec reſiſtendi virtus contra eum: nec fugiendi facultas ante faciē eī⁹: nec penitentie locus nec ſatisfaciendi tempꝰ. Ex angustia eni oīz rerum nihil remanet in eis p̄ter locum. Lupiditate diuitiaruꝫ corrumpi nō poterit iuditiū xp̄i: quia ditiſſimus eſt. Mecuꝫ ſunt diuitie ꝛ gloria: ait ipſe prouerbijs. viij. opes ſupbe ꝛ iuſtitia. Et ꝓpterea mandauit dñs in veteri lege de iudicibus Nō accipietis munera a quoq̄: quia munera excecant oculos ſapientum: ꝛ peruertunt verba iuſtorum. Unde narrat Juſtinus: q̄ cum Cyrus

rex instituisset quendam ad iudicandum: cum se mel reperisset cupiditate pecunie corruptū: ⁊ muneribus iniuste iudicasse: fecit eū deprehendi: ⁊ pellē eius fecit desiccatam ponere super sellam: vbi filꝰ illius iudicis sedebat ad iudicandum loco patris: vt sibi caueret a cupiditate munerum: prouer. vi. Non accipiet pro redemtione dona plurima. b. Augustinus expectatur dies iudicij: ille equissimꝰ iudex: qui nullius potentis personam accipit: cuiꝰ palatium auro argentoq; nullus episcopus: abbas vel comes corrumpere poterit. Et beatꝰ Bernardus: veniet dies illa: in qua plus valebunt pura corda: q̄ astuta verba. Ille enim iudex est qui non falletur verbis nec flectetur donis. Non ergo poterit iudicium illud peruerti pecunia sicut fit humanis iudicijs. Unde dicit isidorus li. de sūmo bono. Cito violat auro iusticia nullāq; ptimescit reus culpam quaz redimere nūmis extimat. xi. q. iij. pauper. Odio puetitur aliquādo iudiciū dum. s. iudex odit reum sicut dominus Jhs iudex futurus odio iudeorum iniuste iudicatus ⁊ pdēpnatus propter quod dicit de eis ipse per psalmistā Odio habuerunt me gratis. i. sine causa et ratiōe Sed deus iudex nullam suam creaturam odit. Dicitur enī sapientie. xi. Nihil odisti domine eorum que fecisti. Nec obstat quod ait Salon. s. altissimus odio habz peccatores: quia hoc refertur ad eorum culpam non naturaz que in se bona ē: ⁊ hanc diligit deus: culpam detestatur. Quomodo enim odio haberet: quos tanta diligentia creauit: tanta benignitate gubernauit ⁊ supportauit: tanto labore crucis redemit. Unde ⁊ eos exprobrans dicet secunduz. b. Augꝰ. Ecce manus quas perforastis. Ecce pedes quos confodistis. Ecce latus qō aperuistis: ⁊ tamen intrare noluistis. s. per dilectionem veram. Dicuntur peccatores omnia hec fecisse: quia propter eoz peccata hec passus ē Christus Apocal'. i. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Quarto iudiciū contingit iniustum fieri propter amorez amicitie vl' parentele. Et sic herodes ut placeret Herodia de vxoi vel potius adultere: iniuste iudicauit Joannem baptistam ad mortem. Et Herodes antipater occidit Jacobum ⁊ apprehendit Petrū ad idem: vt iudeis placeret. Sed amicitia parentela vel preces nil ibi valebunt. Unde virginibus fatuis que rogauerunt sapientes vt darent eis de oleo suo. Responderunt: ne forte non sufficiat nobis ⁊ vobis: ite potius ad vendentes ⁊ emite vobis. Mathꝰ. xxv. Et. b. Hieron'. Cum ante tribunal Christi venerimus nec Noe nec Job nec Daniel scimus nos posse iuuare. s. orationibus vl meritis sed vnusquisq; onus suum portabit. xiij. q. ij. in p̄senti. Nullus ergo sanctorum quantūcunq; amicitia vel parentela coniunctus in hoc seculo: orabit pro damnato aliquo in illo iudicio: nec ipsa pyssima virgo Maria mater misericordie: que nunc assidue interpellat p nobis: quia pgnoscūt hoc deum non velle. Et si per impossibile posito rogarent: non exaudirentur: prouer. vi. zelus ⁊ furor viri. i. Christi: non parcet in die vindicte scilicet iudicij nec acquiescet cuiusq; precibus. Crisos. Nec parentes pro parentibus: nec angeli pro hominibus intercedent. Quinto peruertitur iudicium per imperitiam seu ignorantiam. b. Aug. Judiciaria potestas hoc exposcit ut quod habet iudicare discernat. i. intelligat de pe. di. v. Judex autem iste omnia nouit. In ipso enim vt ait apostolus sunt omnes thesauri sapientie ⁊ scientie dei. Et ad hebreos quarto. Omnia nuda sunt et aperta oculis eius. Leo papa. Jsta est scientia sūmi iudicis. Iste tremendus eius aspectus: cui peruium est omne solidum et apertum omne secretum cui obscura clarent: muta respondēt: silenti um confitetur: ⁊ sine voce mens loquitur. Unde contra ipsius sapientiam nil valebunt allegationes aduocatorum: sophismata philpsophorum: nec preclarissima eloquia oratorum: nec astutie versutorum: secundum enim beatum Thomam in. iij sententiarum. Nouit Christus etiam in quātum homo omnia que vnquam fuerunt sunt et erunt i actu. Unde ⁊ omnes operationes humanas: cogitationes: ⁊ affectus malorum ⁊ bonorū: cum de his omnibus habeat iudicare. Non ergo per ignorantiaz aliquam fiet aliqua iniusticia alicui: sed regnabit rex ⁊ sapiens erit: ait Jere. pphe ta de eo ⁊ faciet iudicium ⁊ iusticiam in terra.

Sexto peruertitur iudiciū cum iusticicia: per nimiam compassionem ⁊ misericordiam: cum videlicet ex p̄sideratione pauptatis vel familie alicuius reus non punitur vt decet. Unde. b. Ambrosius xxiij. q. iij. Est iniusta misericordia de qua i lege diuina scriptum est. Non misereberis illius. Saul quia ex misericordia. Agag hostium regem nō occidit: offensam incurrit quia contra diuinā sētētiam que hoc prohibuerat seruari cum fecit. Unde ⁊ beatus Augustinus. c. se. Ne amisso iudicio seis in mala causa pauperi misereris: cuius siparcis sacello: percutis cor: ⁊ tanto audaciorē reddis: quanto viderit sibi iustuz fauere. Et. b. Greg. qui dei iudicium oculis suis proponit semper timens ⁊ tremens in omni negocio formidat: ne de iusticie tramite deuians cadat. Idem distinc. xlv. Omnis qui iuste iudicat: stateram in manu portat: ⁊ in vtroq; penso iusticiam ⁊ misericordiam gestat. Sic iudex Christus i suo iudicio misericordiaz prestat iustis: remunerans vltra meritum. Justiciam reddens vnicuiq; mercedem secundū suū laborem ⁊ amorem: peccatoribus similiter iustitiam punies secundū demerita: misericordiaz cru

cians circa condignuz. Non tamen ita miseretur q̄ a penis eternis liberet vnquā: vt Origenes ⁊ q̄dam alij dixerunt ⁊ falso: quia esset iniusta misericordia ⁊ iusticia esset sepulta: sed misericors et miserator ⁊ iustus ait p̄s. Septimo offenditur in iudicio ex nimia seueritate: cum punit mala q̄s vltra debituz iusticie: puta meretur quis membri amissionem ex maleficio ⁊ eum condemnat ad mortem. Sed deus iudex vt omnium rerum ita ⁊ supplicioꝝ ⁊ grauitatem peccatoꝝ habet ⁊ nouit mensuram ⁊ vnicuiq̄z reddit secundum opera sua mala mensuram conuenientem pene: correspondentem grauitati culpe. Et licet in ipso iudicio seuerissimus appareat: hoc erit reprobis. Nam electis totus benignus ⁊ dulcorosus: ad quod innuendum angelus qui ad monumentum nuntiauit Christi resurrectionem: erat aspectus eius ut fulgur: ⁊ vestimenta eius vt nix alba: quia vt dicit ibi Gregorius. Christus in vltima vniuersali resurrectione vt fulgur exterrēs seueriſſimus reprobis apparebit: electis suauis ⁊ decorus: vt nix alba Albedo enim multum habet de luce Malech tertio. Quis stabit ad videndum eum? ipse quasi ignis. Judicabit ergo dominus in iusticia et equitate. Dicitur autez equitas rigor iusticie dulcedine misericordie temperatus: et sic non erit nez tanta seueritas ut tollatur omnis misericordia eius vt dictum est: nec tanta misericordia ut tollatur iusticia quia indebita esset. Quinto aduertendum q̄ terribilis et seuerus appareat reis: iudex iste appa ret ex prolatione sententie contra eos cum dicet. Discedite a me maledicti ite in ignem eternum: qui paratus est diabolo et angelis eius. Mathei viceſimoquinto. Discedite ait separati a consortio sanctoꝝ. Qui vt dicit Isaias trigesimoquinto capitulo. Gaudium ⁊ letitiam obtinebunt: quo ad corpus ⁊ animam: et fugiet ab eis dolor: quo ad miserias corporis ⁊ gemitus quo ad tristiciam mentis. Exibunt enim angeli in consumatione seculi ait Christus: et separabunt malos de medio iustoꝝ Mathei decimotertio. Discedite a me qui sumfons vite: veritas prima: sapientia summa: bonitas uel benignitas immensa: gaudium perfectissimum: pax infinita: gloria eterna. Isaie vltimo. Tollatur impius ne videat gloriam dei. Maior est hec pena subtractionis scilicet visionis dei: omni gehenna ait Crisostomus. Discedite a me maledicti: ideo maledicti: quia maledicti qui declinant a mandatis dei: ait psalmus. Et quia trangressi estis mandata legis diuine: ideo incurristis omnes illas maledictiones pessimas: declaratas in Deutrono. contra transgressores legis. Et quia afflixistis me in decimis ⁊ primitijs: iō in penuria omnis boni: vos maledicti estis: ut dicitur Mal. iij. Nam si quid boni fecistis: non dedistis primitias scilicet intentionis recte: quod est primum in fructibus operum nostroꝝ deo: sed mundo: faciendo bona non ad dei gloriam sed mundi. Nec decimas dedistis: vt scilicet quod perfectum est in actibus vestris deo attribueritis: sed vobis ipsis retinuistis: ⁊ ideo in penuria boni maledicti estis. Et quia maledixistis israel id est fidelibus ecclesie: detrahendo: irridendo: nocendo: malis exemplis ad mala opera inducendo: ideo incurristis imprecationez Isaac dicentis. Qui maledixerit tibi maledictionibus repleatur Genesis. xxvij. Discedite ergo a me maledicti. Et quo ire debeant subdit: in ignem. Discedite a me maledicti in ignem eternum: quia ignis cupiditatis exarsit in corde vestruz: ut omnia terrena magis dilexeritis q̄ me: ⁊ iusticiam meam. Ideo ite in ignem terrestrem: qui etsi vilius cruciet animas ⁊ corpora vestra. Et quia igne concupiscentie consumpti estis: voluptatibus vos immergendo: ideo in ignem ite qui ita affligat: vt tedeat vos ⁊ peniteat: sed inutiliter delectationum vestrarum. Et quia cum supercedit ignis malus: non vidistis solem rationis ⁊ iusticie: ideo ⁊ nunc ignis qui in se est lucidus ita fit fumosus ⁊ ferulentus: q̄ videre non valeatis nisi que vobis ad penam sint. Discedite a me maledicti in ignem eternum. Quia enim offendistis deum eternum: creatorem ⁊ redemtorem vestrum bonum infinitum: vt correspondeat pena ipsi culpe ⁊si non in intentione: saltem in extensione: ideo ista pena et ignis erit vobis eterna: iuxta illud Isaie vltimo. Ignis eorum nō extinguetur: et vermis eorum non morietur. Discedite inquam a me maledicti in ignem eternum. qui paratus est diabolo. Quia sub p̄n cipe ipso diabolo militastis deorsum per superbiam fluente: rebellantes vos a legitimo domino vestro: nunc militiam vestram iub ipso stetamini: vt quem habuistis incentorem in culpa: habeatis tortorem in pena ignis: qui paratus est diabolo. Et quia multimodis vitijs vos immersistis: ad pue incitabant diuersi angeli sathane: ideo ⁊ nunc illorum societatem habeatis: seruientes dīs alienis ab omni misericordia: qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. Discedite inquam a me maledicti in ignem eternum: qui paratus est diabolo ⁊ angelis eī. O q̄ anguste tunc vie reprobis ait beatus Gregorius in moralibus. Superius erit iudex iratus. Inferius horrendum inferni chaos. A dextris peccata accusatiua. A sinistris infinita demonia ad supplicium trahentia. Intus conscientia vrens: exterius totus mundus

tremunt potestates celi celorumq; uirtutes ac beata seraphim: qui non cessant clamare una uoce dicentes. Sanctus: sanctus: sanctus dñs deus sabaoth. Hoc refert Jsaias audisse. s. seraphim clamantia. Sanctus ꝛc. ante thronum diuine maiestatis. Jsa. vi. Et quid est iste clamor: quedam admiratio cū reuerentia circa mysterium. s. trinitatis. Et ut ait. b. Bernardus. Trinitatem personarum i vnitate essentie querere. s. curiose ꝛ per rōnes temeritas ē. s. i uita pñti. Credē pietas ē. Nosse: uita eterna est. Equidem cū dñs mittere uellet moysen ad filios israel ad significandum eis ex pte sua: q; uolebat liberare eos de seruitute egyptiaca: dixit moises dño. Si interrogauerint me filij israel: quis est qui mittit te: ꝛ q̄ est nomen eius: quid dicam? Rñdit dñs. Ego sum qui sum: hec dices filijs israel. Qui est misit me hoc est nomē p pñsumū dei: q̄ nulli alij conuenit. Nam cū oia creatura mutetur saltem cogitatione ꝛ affectiōe: ēt angelica: q; mō unum mō aliud cogitat: ꝛ duz cogitat aliud q̄ prius: iam non est illud q̄ prius: q; mutata est: propter q̄ dī Eccs. i. Oia vanitas i. subdita mutabilitati solus deus ē: q; semper est id: q̄ nec ulla cogitatione uel affectiōe mutatur. Mal. Ego deus ꝛ non mutor: ꝛ ps. Tu āt idē ipse es. Et Boe. stabilisq; manens dans cuncta moueri. Unde ꝛ Aristo. cum alijs phis uocant deū cāz primam ꝛ cām cārum: que immota mouet alias cās. Unde. b. Bernar. i. v. de considerationē ad eugenium. Quid est deus. R̄. qui est. Merito nihil competentius certificat quid deus est. Si. n. bonum: si magnum: si uerum: si sapientem dixeris: uel aliquid aliud: in hoc uerbo īstauratur quod est. Nempe hoc ē ei esse: q̄ oia hec esse. Si centū milia addas: non recessisti ab esse. Si ea dixeris: nihil addidisti. Si ñ dixeri nihil minuisti. Quid est deus: sine quo nihil est: tam sine ipo esse: q̄ ipse sine se esse non pōt. Ipse sibi: ipse oibus est. Et p hoc quodāmodo solus est: q; suum esse ꝛ omniū esse est: sicut oia i ipso: ꝛ ipse in oibus est: cui secula non accesserūt nec coeternum. Ex quo omnia per quez oia: i quo oia. Non est in deo nisi deus: q̄ hz hoc est. Et iō sūme timendus est. ps. xxxiij. Timete dñm oēs sancti eius: qm̄ nihil deest timētibus eum: qm̄ qui deum timet: eum hz. Deus āt est omne bonum: ꝛ ideo nihil deest timētibus eū. Et genus cum simus dei dixit quidam poeta: ut i ducit paulus i sua predicatione: ꝛ hētur in li. actum: in ipso viuimus: mouemur: ꝛ sumus. b. Bernardus super cantica. Deus non longe est ab uno quoq; nostrum: qui esse oiuz est: sine quo omnia nihil sunt. Sed ut magis mireris. Nihil eo est presentius: nihil eo icomprehensibilius. Quid est. n. unicuiq; rei pñtius q̄ esse suum? quid incomphē sibilius q̄ esse oium? Sane esse oium dixerim deum: non q̄ illa sint que deus est: sed quia ex ipso: per ipsum: ꝛ in ipso sūt oia. Jpse oium factor: a q̄ sunt oia fca hec ille. Et iō debemus timere: ne peccando se subtrahat a nobis: ꝛ nihil scimus. Nam pccm dī nihil fm. b. Aug. q;. s. non est aliqua natura: ꝛ nihil fiunt homines. i. merētur anihilari: cum peccant: uel nihil sunt in esse spuali: q̄ est p gr̄iam. Legitur de quodā tyranno: q; multa mirabilia audisset dici de deo: vocauit ad se phm doctissimum qui talia dicebat: mandans ei ut omnino sibi declarasset: quid esset iste deus. Rñdit ille phs rem esse difficillimam: ꝛ iō multo tpe egē ad ipsum ostendendum. Dedit sibi multum spaciuz tpis: post q̄ illud sibi demonstraret. Aduenīēte āt termino conuento cum quereret a pho rñsionem dixit ille se adhuc non potuisse inuenire: immo adhuc plus tpis indigere. Qui ꝛ aliuz terminum prolixum ei prorogauit: ꝛ cū semper in fine termini aliud adhuc poscere: dixit tyrann⁹. Me irrides. At ille. Non irrideo princeps. Sed quanto plus de eo cogito ad inueniendum: tanto magis immensitatem maiestatis uideo: ꝛ ineffabilez esse nec posse attingi ad eum diffiniendum.

Secundo timēdus. §. II.

est deus timore reuerentiali propter eius potētie i mensitatem. vnde cū dñs dixisset Deut. x. Quid deus petit a te: nisi ut timeas eū. Et quasi rōnem huius timoris assignans moi. ait. Jpse. n. est dē deorū ꝛ dñs dñantium: deus magnus: potēs: ꝛ terribilis. Et Ecc̄. Unus. n. est deus oipotens: rex potens: ꝛ metuendus nimis. Job. Scio dñe q; omnia potes. Et hester. xiij. In dictione tua dñe cūcta sunt posita: ꝛ nō est qui resistat maiestati tue. Potest āt deus oia nisi que important defectum indecentiam uel contradictionem fm. b. Tho. in sūma: q; huiusmodi posse pertinet ad defectū potentie: unde deus peccare non potest q;. b. Augu. Solus ille dicitur oipotens. s. deus: qui cum oia possit: peccare non pōt: q; peccare posse non ē aliquid posse sed impotentie: de peni. di. ij. in fi. Similiter ambulare per se nō pōt nec esurire nec comedere: q; hec conueniunt corpori: nec decet ista spm sanctus ꝛ sps sanctus est deus Jo. iij. hz tñ et dat uirtutem creaturis hꝰ faciendi. Similiter cū dicit. b. Hiero. Cum oia possit deus: hoc non pōt virginē suscitare pꝰ ruinam: vt. s. fit virgo integritatem carnis hñs cum sit corrupta: hoc. n. iplicat contradictionē: q; sit aliqua uirgo ꝛ nō virgo: potest tñ coronare corruptam. s. penitentē: ꝛ dare sibi aureolam uirginitatis: ꝛ carnē reintegrare. Et quāuis oipotentia patri attribuatur per appropationem: tñ non solum oipotens pater sed omni potens filius: oipotens sps sanctus. Nec tres tamē oipotentes: sed vnus oipotens inquit anastasius. Et vna est omnipotentia. Ecc̄. iij. ca. Magna potētia dei solius ꝛ ab humilibus honorat. Nec

ãt oĩpotentia dei manifestatur ĩ cunctoꝝ creatione. Jn ipiorum iustificatione ⁊ glr̃atiõe. Jn miraculorũ operatione. Quantum ad creationẽ dicitur. Qui viuit ĩ eternum: creauit oĩa simul. Viuit in eternũ solus deus: qui solus cũcta creauit. Creare est de nihilo aliquid facere: qõ requirit infinitã potentiam. Nulla ãt creatura hz potentiaz nisi finitam: nec põt operari nisi ĩ preiacentẽ seu presuppositam mãz. Sicut faber cultellũ facit ex ferro preexistente. Nec ẽt natura operatur ĩ instanti sicut deus sed successiue: deus ãt creauit oĩa sil̃ in principio mundi. Nec obstat qõ in ꝓmo ca. genẽ. dr̃ deũ ĩ sex diebus creasse diuersa genera rerum: qr̃ moi. loquebatur ppl̃o rudi: qui õ operib⁹ ĩma ginatur deum operari ad modũ hoĩum: hoies ãt ut apparet non faciũt plura simul sed unũ p⁹ aliud: ⁊ iõ ꝼm capacitatem illoꝝ dixit deum illa in pluribus diebus fecisse ꝼm. b. Aug. uel dr̃ deũ creasse oĩa simul q̃tum ad materias rerũ ⁊ formas substantiales. Sed ĩ illis sex diebus addite fuerũt illis rebus creatis quedam ꝓprietates accidẽtales respectu cuius dicũtur facte in ĩ illis diebus ꝼz. b. Tho. in sũma: vel sic ꝼz. b. Grego. ⁊ bedaz fuerũt fca successiue totaliter per iteru alla illorũ dierũ: tũc intelligitur creasse oĩa simul ĩ mente sua idealiter: qõ fuit ab eterno. Secundo apparet dei oĩpotentia in iustificatione ĩpioꝝ: hoc. s. iustificare dicit. b. Aug. maius esse q̃ creare celuz ⁊ terram. i. melius. Potior. n. est gr̃a q̃ natura. Natura est data in creatiõe rebus: gr̃a datur in iustificatione hoĩbus: que habiles facit ad gr̃iam diuine fruitionis: ad quã inducere non põt tota uirt⁹ nature. Hoc ãt. s. iustificare est solius diuine potentie ifinite. Nã per iustificationẽ tollitur culpa mõtalis: que hz debitum pene ifinite extensiue. i. perpetue: qr̃ contra bonum ifinituz. Et sil̃r conferre gr̃iam que est ualoris infiniti: qr̃ conducit ad ifinitum ꝓmiũ. O ies ãt creatura est uirtutis finite in se: ⁊ iõ nulla põt ꝓducere effectũ ifinitũ. s. remittere culpã: ⁊ dare gr̃iam. Unde Jo. baptista ait. Potens ẽ deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Mat. iij. ifideles ⁊ quoscũq; induratos: ut lapis ĩ peccatis: iustificare ⁊ rõnabiles facere imitatores fidei ⁊ uirtutum abrahe: cui ⁊ filiꝰ fuit fca ꝓmissio terre ꝓmissionis. Nec obstat qõ ait xp̃s Mat. ix. Filius hoĩs hz ꝓtatem ĩ terra dimittẽdi pcã: nã filius hoĩs est ⁊ filius dei: ⁊ in quantũ deus põt dimittere pcã ⁊ iustificare: qr̃ uirtute deitatis non uirtute hũanitatis. Tertio apparet eius oĩpotentia ex miraculoꝝ opatione. Deus. n. qui creauit oĩa: ⁊ si oĩbus dedit certas uirtutes ⁊ ꝓprietates: ⁊ ut cãis secũdarijs ꝓtatem ꝓducẽdi quosdã effectus naturales. Retinuit tñ sibi ꝓtatẽ agendi ad placitũ ĩ rebus supra cursũ ⁊ consuetũ naturalis uirtutis. Et hac ꝓtate utitur in miraculis. Non. n. hz natura uel aliqua creatura ꝓtatez reducendi ꝓiuationẽ ad hĩtum: vt q̃ mõtuus. fũ scitetur: cecus uideat: mut⁹ loquatur: surdus audiat: q̃ sol firmetur in celo sicut sub Josue: uel reuertatur retro: sicut sub Ezechia: ul̃ sit eclipsis solis ĩ luna quintadecima sicut ĩ passiõe x̃pi ⁊ alia ĩ numera. Hoc fieri non põt a creatura: sed solum diuina potẽtia. Que miracula deus inumera fec̃ ĩ uarijs tẽporibus ad cõfirmationẽ fidei per se ⁊ per scos suos: non q̃ ipsi sci uirtute sua hoc facerent: sed uirtute dei ut ĩstrumẽta ducta ab eo. Uñ oõne ꝓmissa ad deum quẽ cognoscebãt auctoreꝝ eorum. Oĩum ãt miraculorũ maximũ ipsa unio diuinitatis cũ nostra humanitate ĩ vnitate persõe. Ad hoc ut canit eccl̃ia: tremũt uidẽtes angeli uersa uice mortaliũ culpat caro: purgat caro: regnat deus dei caro. Quod pauet celũ: stupet terra: oĩs creatura miratur ẽt celestis: usus nõ obtinet: ignorauit rõ: mens non capit hũana: ait. b. Diero. Jn hoc mysterio ipletur incarnatiõis repñtantur in sacramẽto eucharistie: vbi dñs fecit memoriã mirabiliũ suorũ eĩcã dando timẽtibus se timore initiali. Uidentes ergo turbe miracula: vt dr̃ Mat. ix. timuerũt dicẽtes: vidimus mirabilia. Dicebat philippus rex francoꝝ: ut hẽtur in li. de. vñ. dõis cum audiret tonitrua magna: ⁊ tremeret. Recte iste est dicendus rex potẽtissimus: q̃ solo nutu suo facit alios tremere ⁊ timere. ꝑs. Qui respicit terraz ⁊ facit eaz tremere.

Tertio timetur .§.III.

deus a scis ẽt patrie ⁊ angelis timore reuerẽtie ꝓpter suã imensã sapiam: sẽper ĩ mũdo apud quascunq; natiões sapientes ĩ quacũq; facultate: biti sunt ĩ timore reuerentie: a principibus ⁊ popul̃. Unde ⁊ Sap̃. viij. dicit sapiens. Hẽo propt̃ hanc s̃piam claritatem ad turbas ⁊ honorẽ apud seniores. Facies principũ mirabuntur me. Et ifra. Timebũt me reges horrendi audiẽtes ⁊ i multitudie bonus uidebor: ⁊ in bello fortis. Quod totũ p ex empla pz. Nam Joseph filius Jacob uẽditus in seruum: ⁊ postea obprobriose incarcerat⁹. Demũ ꝓpter sapiam diuinã que reperta est in eo: exponens sõnia ꝓphetica pharaõis de futura fame p septẽ annos: ac prudẽtia prouidens: exaltatus fuit mirabiliter saluator nũcupatus: ⁊ hitus ĩ timore ⁊ reuerentia apud fratres ⁊ alienígenas. Sic moises propter sapiam suã apud egyptios ⁊ apõ hebreos reueritus oẽs metuere faciebat. Sic Daniel cuz anania: azaria: ⁊ missaele pleni diuina sapientia ĩ sũma reuerentia erãt apud darium ⁊ alios principes. Aristoteles ĩ phia sapiẽtissimus habitus est ĩ timore et reuerẽtia apud alexandrũ: et sic de alijs. Sed qr̃ oĩs sapia a dño deo ẽ: ⁊ cum illo fuit sẽper: ⁊ est ante euũ Eccl̃i. j. Et oĩs sapia h⁹ mũdi stultitia est apud deũ. i. i cõparatiõe diuine sapie ignorãtia ẽ: iõ sũme metuẽdus ẽ ⁊ reuerẽdus

deus ꝓpter īmensitatem sue sapie. Unde dī Eccī.i. Arenā maris pluuie guttas ⁊ dies seculi quis dinumerauit: q.d. nullus. Altitudinē celi ⁊ latitudinez terre ⁊ profundum abyssi quis dimensus est: q.d. nullus. Sed tanta est profunditas diuine sapiētie: vt oīa ista dinumeret: ⁊ sciat ⁊ guttas aque maris ⁊ grana arene: ⁊ capillos capitum: ⁊ frondes arboꝝ: ⁊ cogitatiōes ⁊ affectus hoīum oīa distincte nouit i sapia sua. Oīa que fca sunt: ⁊ que fiunt: ⁊ que erūt circa actus hominū iteriozes ⁊ exteriozes: oīa aīa xpi nouit: i quo sunt oēs thesauri sapie ⁊ scie dei: diuinitas āt eius cū patre ⁊ spū sco vna nouit non solū creata quecūqz sed ēt infinita alia: que deus pōt facere: q̄ tn nō faciet. Magnus igitur dns ⁊ magna uirtus eius: ⁊ sapie eius non est numerus: ait ps. Et oculi dñi lucidiōes sole: vt dī Eccī: circūspicientes oēs uias hoīum: ⁊ pfundū abyssi: ⁊ cozda hoīum. Et iō ut ait. b. Hiero. Oīa que faciunt scī: i conspectu dei faciūt: siue comedāt siue bibant: siue aliud faciant: de pe. dī. j. Et vident. i. cōsiderant deū oīa fca eozum scire: ⁊ iō timent ⁊ reuerentur: sicut ⁊ quilibet timet et erubescit coram sapiēte uiro peccare. Unde et. b. boetius i fi. de phīca cōsolatione ait. Magna est uobis īdita necessitas ꝓbitatis: cū agatis āte oculos cūcta cernētis. Et si uis scire nobilitates huiꝰ sapie: nota q̄ hētur sapie. vij. ubi dī. Est i illa sapiētia spūs itelligentie sanctus: vnicus: multipler. Subtilis: mobilis: disertus nobilis: incoīquinatꝰ: certus: suauis: amans bonū: acutus: qui nullū uetat bñfacere: bñanus: benignus: stabilis: certus: securus: oēm bñs uirtutem: oīa ꝓspiciens: qui capiat oēs spūs itelligibiles ⁊c. Et q: sapiētis est ozdinare: ex maximo ozdine vniuersi: qui nūq̄ ōficit oī ditur maxia sapia eius. ps. Statuit ei i eternuz q̄ creauit permanētia i seculū seculi. i. sēper duratura preceptū posuit: ⁊ non preteribit. Istud p̄ceptum ē naturalis iclinatio ⁊ ordinatō diuine executionis: que nunq̄ deficit. Sed q̄ mirabilius et incōprehensibilius est: cum hō uel angelus quicunqz sapia sua non uideat actu: ⁊ itelligat: nisi unuz distincte i una applicatione itellectus ad cognoscēdum: nec illud q̄ itelligitur sit ipse itellectus: nec itellectiua potētia sit eē eius: sed distincta realiter: nō sic est de sapia dei: qz oīa cognoscit distincta uno actu itellectus: nec itellectus eius uel itellectuz ab eo: put est i ipso ē aliud q̄ eē: ⁊ essētia eiꝰ: una sapia sicut ⁊ essētia i tribus personis: q̄uis filio attribuatur ꝓ appropriationē Eccī. i. Fons sapiētie uerbū dñi in excelsis. Timete ergo eū omnes sancti eius: ait ps.

Quarto timēdus. §. IIII.

est deus ⁊ reuerēdus ꝓpter suā sūmam bonitatez ⁊ beniuolentiam: fm diony. bonū est sui ipsiꝰ diffusiuum ⁊ cōicatiuū: ⁊ q̄to bonum est maiꝰ: tanto magis est sui cōicatiuuz: sicut ēt experiētia hoc docet i bonis hoībus: q̄ bona sua tpalia uel spūalia vt doctrinā cōicant alīs. Deus igitur gl'iosus: cū sit sūmum ⁊ ifinitum bonum: uolēs suā bonitatē cōicare: mūdū creauit cū īnumeris creaturis cuiuslibet conferēs bonitatē aliquam fm capacitatē creature ipsius: adeo ut melioz esse nō posset i spē illa. Dei. n. pfecta sunt opera Deu. xxxij. ait moi. Perfectū dī: cui nihil deest ad eius cōpletuz eē tale. vñ ⁊ plato phs. Que cā deo faciendi mundū: ⁊ rndit. Bonus est bona fecerit. q.d. Bonitas sua iduxit ad mūdū faciendū. Et uidit deus cuncta que fecerat: ⁊ erāt ualde bona. Heñ. i. Singula iquit. b. Aug. i encheridion bona oīa vo simul ualde bona: q: ex his resultat uniuersitatis ozdo: i quo id q̄ malū dī loco suo positū bñ stat: ut cōparatione eius eminētius comēdet bona. Oppositā. n. fm phm iuxta se posita magis elucescunt: q̄tū. n. pstat uituperatiōis cōsideratio alicuius uitij: tanto exinde sequtur maioz cōmendatio ⁊ laus uirtutis sibi cōtrarie. Sed ⁊ adeo potēs ⁊ bonus est deus gl'iosus inquit idē. b. Aug. in encheridion: q̄ nō pmitteret aliq̄ malū eē i operibus suis nisi ide eligeret maius bonū ad pfectionē. s. vniuersi: vt pfectionē tyrānozum ad cozonationem martyzz ⁊ hmōi. Spes āt rerū sūt sic numeri fm phm. Jn numeris āt hoc reperitur: q: numerꝰ superioz cōtinet iferiozem: ⁊ ad minus in vnuz excedit. Sicut denarius numerus cōtinet nouenariū ⁊ octonariū ⁊ alios iferiozes: ⁊ ad nouenariuz addit unū: ad octenariū addit duo: nouem. n. ⁊ unū constituūt decē: ita accidit i spēbus creaturaruz: quelibet spes hz saltē unū gradū essētialē bonitatis. Alia spes nobilioz: illū gradum continet i uirtute saltē: ⁊ addit aliū gradū bonitatis essentialē: alīs esset eiusdē spēi: vt uerbi gīa: lapis hz unū gradum bonitatis essētialis: q: hz esse: planta que est alia spes vel genus creature: hz ultra esse aliū gradum bonitatis. s. uegetari. Aial aliud genus creature nobilius hz ultra eē ⁊ uegetari aliū gradum bonitatis. s. sētire. Et cū aialia bestiarū ⁊re uolatiliū celi ⁊ pisciū maris sint īnumerabilia: hñt ēt inter se diuersos gradus bonitatis essētiales: ꝓpter quos dīnt spēs: lz nobis sint ignoti: vnde una ē maioris bonitatis essētialis ⁊ nobilioz altera: sic mus pfectius aial musca: musipula nobilioz mure: canis pfectioz musipula: equus pfectius aial cane et sic de alīs. Hō uero ultra esse uegetari ⁊ sētire hz aliū gradū bonitatis essētialis nāliter. s. intelligē. Et lz oēs hoīes sint eiusdē spēi natura: ꝓpter q̄d dicē porphirius. Participatiōe spēi oēs hoīes sunt vnus hō: tn sūt ualde differētes i bonitate accidētali gīe: fm quā collocātur postea boni i diuersis ordinibus angelozz fm. b. Grego. Perfectiōe aūt gīe maximus sēs in uia est minoz infimo omniuz angelozz beatozum: q: hic uiatoz ille cōprehēsoz

ꝓpter qꝰ dixit xp̄s de Joanne baptista Mat.xi. Quo nemo maior inter natos mulierū. Qui mi nor est i regno celorū: maior est illo: tūc non erāt i regno nisi angeli. Angeli āt fz dionysiū .c.b. tho. in prima parte differūt nō solū numero sed ꝫ spe unus ab altero: sicut differt equus a boue: bos a leone ꝫ hmōi. Unde oz dicere ꝙ quilibet imedia te superior hz unū gradū bonitatis essentialē ma iorē ad imediate inferiorem: ꝫ sic ēt maiorē gradū bonitatis gr̄e ꝫ glie. Habet g̃ ifimus āgelus maio rē perfectionē q̃ maximus scs i mundo: secūdus maiorem pfectionem primo angelo: tertius maio rem secūdo: ꝫ sic de alijs. Et cū angeli infimi ordi nis sint plures numero q̃ oēs hoies mundi: q̃ do plures fuerūt: qz quilibet hz angelū ꝓprium ad sui custodiā: cū sint milia miliū quasi inumerabi les: ascēdendo gradatim de gradu bonitatis uni⁹ ad aliū maiorē per singulos angelos. Quis iā ua leat cōprehendere nedū effari: quot gradus maxi me bonitatis pfectionis gr̄e ꝫ decoris hēbit supre mus i ordie angelorū ifimo: ascendendo ad alios ordines superiores qui quāto sūt in ordine supe riori: tāto sūt in numero multo maiori superiori i feriori ordie ſm dñm Jo. dñici: qz maior perfectō sine cōparatione est i spiritibus q̃ i corporib⁹. Sz i corporibus elemētaribus ꝫ celestibus hoc oñdit ꝙ supiora corpora sūt notabiliter maiora q̃ iferi ora: sic aqua maior terra: aer maior aqua: ignis spera maior aere. Primū celū. s. lune mai⁹ spera tota elementari. Et secūdum celū maius primo: ꝫ sic de alijs. Et hoc q̃tum ad quātitatē cōtinuā: que i corporibus reperitur. Et cū quātitas cōtinua nō sit in spiritibus: uidetur ꝙ hec perfectio quāti tatis debeat saluari saltē in quātitate discreta. s. numerali: vt superior ordo sit maior numero ife riori multo magis. Quātus ergo ꝫ qualis erit su premus archāgelus: q̃ excelsior supremus i ordie pncipatū: ꝫ sic de alijs. Quid ergo erit de supmo seraphi bonitatis: pulchritudinis ꝫ pfectiōis. Et qz super oēs choros angelorꝫ exaltata ē bt̃a Ma ria mater dñi: multo maior bonitas ꝫ pfectio gr̃e ꝫ glie reperitur i illa. Et sine cōparatione i xp̄o hu manitate pmaxia. Nō tū pueniens ad ifinitā bo nitatē ꝫ oēm pfectionē deitatis: q̃ vna ē i p̄re 'filio ꝫ sp̃u sc̃o: ita g̃ trinitas bt̃a cōicauit gradus uari os bonitatis in creaturis: ꝙ nihil ab ea diminutū est: sed oēs illas pfectiones sine mixtura alicuius defectus: q̃ tū mixtura est i creaturis: sibi retinuit ꝫ excellētiora: cū. n. infinita bonitas: dulcedo: pul chritudo: ꝫ sapia: ꝫ potētia eius: nulli totū cōica uit: qz creatura cū sit finita nō ē capax ifiniti. In creaturis ēt angelis ꝫ hoibus bonitas ē accidētal: ꝫ pōt adeū sse ꝫ abesse subiecto ꝓter subiecti cō ruptionē. In deo āt ē essētialis ꝫ mutari non pōt sicut nec essētia sua. Et iō dixit xp̄s cuidā uocāti eum magīm bonū. Nemo bonus nisi solus deus Luce. s. per essētiā. Nā ꝫsi oīs creatura bona sit: nō tū per essētiā sed p accidens additū essētie. Et qz bti aperte uident illā infinitā bonitatē: auerti ab ea nō pñt: sed timore reuerētie subditi clamāt. Bñdictio: ꝫ claritas: ꝫ sapia: ꝫ gr̃arū actio: honō: uirtus: ꝫ fortitudo deo nr̄o. Apoc. Mittentes co ronas suas ante tronū eius ex timore reuerentie: admirātes imensitatē bonitatis eius. Et q̃l bet ēt uiator dicere dz cū p̄s.lxv. Introibo in domū tu am ecc̃lie militātis: adorabo ad tēplum sc̃m tuum ecc̃lie triūphātis i timore tuo. Bonitas. n. uirtuti ē: q̃ maxie dz ꝛuereri fz ēt ethnicos aristo. ꝫ alios.

Quintū quod ual .§.v.

de ē reuerēdū i deo: ē quo ad suā infinitā pietatē ꝫ miam. Nā ſm ap̄l'm pater ē miarum: ꝫ deus to tius cōsolationis. Per effectū ꝫ ꝓprietatē rei ꝺue nitur i cognitionē cāe eius: sicut p fumū ꝺuenim⁹ i cognitionē ignis. Oēs āt creature sūt q̃dā effect⁹ p̄me cāe ipsius. s. dei. Illa āt creatura clarius nos ducit i cognitionē diuinā: q̃ melior est ꝫ infinitati magis ꝓpinqua. Hec āt ꝓculdubio mia ē. Quid n. p̄ciosius uita? Pellex ꝓ pelle: ꝫ cuncta q̃ hz hō ꝺabit pro aia sua. i. uita. Job.ij. Et tū p̄s.lxij. ait. Melior ē mia tua sup uitas: utiq; sup uitas q̃scū q̃. Nā uita carnis: uita tp̄is: uita aie: vita gr̃ie: ꝫsi qua alia uita ē: ex mia datur ab illo q̃ nulli q̃cq̃ ꝺz. Hec ergo mater uitarꝫ ꝫ radix vñ seruata illa rta cōi. Propter qꝺ unūqꝺq; ꝫ illud magis: pz ꝙ melior ē mia super uitas. Sz si uita ē p̄ciosior cūc tis opibus: qz opes ordinātur ꝓpter ipsā cōseruā dā: ꝫ mia sup oēm uitam: restat vt mia eius sit su per oīa opa ei⁹. Preterea nō solū mia dei ē p̄tiosa ualde ꝫ ifiniti ꝓpinq̃: sed ꝫ ipsa ifinita. Nā iuxta uerbū ecc̃i. Scōm multitudinē magnitudis eius: sic ꝫ mia eius cū ipso ē. Et si q̃ratur utrū mia dei sit aliq̃d distinctū a deo: ꝫ per ꝓns creatura. Et si ipsa mia ꝓut ē infinita cōicatur creature? Ro ad primū: ꝙ cū nihil sit i deo p̄ter deū: mia ꝫ quecū q̃ alia pfectio: vt sapia: iusticia: charitas ꝫ hmōi q̃ affirmātur de deo: nihil sūt a deo distincta: ꝫ sic oīs creatura i deo ē deus. Hoc docuit euāgelista ioānes cum ait. Qꝺ fēm ē: i ipso vita erat: ꝫ uita erat lux hoiuz. Et ex hoc manifestū ē: ꝙ hō i deo hō non ē sed deus. Sed i se non deus hō sed crea tura: hoc nō ē difficile ad itelligendū. Cum igitur itellectus diuinus sit simplex ꝫ ifinitus unico actu continuo uniuersa uidēs: oīa sūt ibi ipse itellect⁹ ꝫ deus: que tū in se cōsiderata ꝓut sunt i actu: ne q̃ sunt deus: neq; ifinita ꝓprie excepta misericor dia: que ꝫsi creatura sit infinita quo ad suū effec tum: ut subito dicetur. Et ad fz rñdetur ꝙ mia ꝓut ē infinita cōicatur creature quo. s. ad suuz ef fectū. Certū ē āt: ꝙ deus cōicauit creaturis suis su as pfectiones infinitas: finite tū non ifinite: vt sa pientiā: charitatē: essentiā ꝫ hmōi: nulli tū ifinite

vel ifinitum:ſed ꝛ ſactis i patria cõicat ſe ifinituz ſz finite. Sola uero mia cõicatur hõi ifinite.i. ad effectum ifinitū. Qõlibet.n.crimen mortale ut p bat anſelmus rõne obiecti eſt culpe ifinite: qz eſt contra illū cõmiſſum:q̃ eſt bonū ifinitū deū:vnd decedens i eo merito dz puniri pena ifinita: vt reſpõdeat culpe ifinite. Que q̃dem pena qz infinita non põt eſſe itenſiue qz tale onus ferre nõ poſſet: ſz ifinita eſt extẽſiue:qz durat i ꝓpetuū. Cū igitur ſola mia abſoluat peccatorẽ penitentẽ ab illa culpa actualiter ifinita:ꝛ ei reddat deū ſimplr bonū ifinitū:atqz dignum ſtatuat:vt deo fruatur eĩno: qd eſt bonū ifinitum itenſiue. Concluditur tanq̃ notū:q̃ ſola mia ipſa eſt ifinita:ꝛ paſſiue i peccatoꝛe exñs dici põt creatura: que actiue ẽ ipſe deus miſeratoꝛ ꝛ miſericorſ:ꝛ põſtabil ſuper malitiam hoĩum ſm ꝓpham. Quid ſi dicerem ipſaz miaz actiuã ifinitos ꝓducentẽ effectus:cõicatã uiatoꝛibus. Ecce qz iaz ſacerdotibus collata eſt poteſtas abſoluendi a ſceleribus malitiaru: ifinitazz:imo fere abſoluere nõ vult deus:niſi abſoluat homo ſacerdos:cui dm eſt. Qcũq̃z ſolueris ſuper terrã ꝛc. Mat.xviij. Unde ꝛ Leo papa. Multiplex mia dei ſic lapſis hũanis ſubuenit:vt non ſoluz p baptiſſimũ miam ſed ẽt per penitentiã medicinã ſpes uite repararetur eterne:vt qui regenerationis dona uiolaſſent:ꝓprio ſe condẽnãtes iuditio ad remiſſionẽ criminũ peruenirẽt. Sic diuine uolũtatis ꝓſidijs ordinatis:vt idulgentiã niſi ſupplicatiõe ſacerdotũ nequeant obtineri:de pe.di.j.multiplex. Preterea ꝛſi multa ſint ꝓpria deo:q̃.ſ. ita cõueniunt deo qd non alteri:vt creare:beatifi care:miracula ꝓpa vtute facere:nil tñ ita ꝓpũ ſicut miſereri. Et iõ dic̃.b. Grego.i collecta. Deꝰ cui ꝓpium ẽ miſereri ſeper ꝛ pcere:hoc ẽ.n.deo ꝓpe ꝓpium. Dr̃.n.ꝓpe ꝓpium alicui: qd ꝓ uenit õi.ſ.ſingulari illius nature ſeu ſpei. Soli.ſ. illi nature ubiqz hoc ei cõueniat:ꝛ ſeper i õi tẽpore hec habeat.. Sic riſibile eſt ꝓpe ꝓpũ hõi: qz cõuenit hoc.ſ.aptitudo ad ridendũ ſoli hõi et non alijs aialibus:ꝛ õi ſingulari hõi:ſeper ꝛ ubi qz eſt riſibil.ſ.aptus natus ad ridendũ:ꝛſi nõ i õi tpe ꝛ loco rideat. Miſericordia dei igitur q̃tum.ſ.ad hunc potiſſimum effectũ:cuius reſpectu dr̃ ifinita.ſ.remittendi peccata:conuenit ſoli deo ꝛ nõ creature. Ego ait ipſe ꝑ Iſaiã: ſol deleo iniq̃tates tuas ꝓpr memetipſũ. Qd cognoſcẽtes iudei dicebãt. Quis põt pcã dimittẽ niſi ſolus deus? Nec eſt cõtra qd ait dñs ieſus ibidez.ſ.Mat. ix. Filius hoĩs.i. vginis hz ꝓtatez i terra dimittendi pcã. Hoc.n. poterat i quantum deus q̃ una p ſona erat deus ꝛ hõ. Conuenit iſta mia õi perſõe nature diuine; qz patri cui ut ꝑii miarum dixit filius i cruce. Pater ignoſce illis:qz neſciũt q̃d faciunt Luce.xxiij. Conuenit filio dicẽti ipi magdalene. Remittunt tibi pcã tua:ꝛ a quo niſi ab eo: qd aduertẽtes qui aſtabant dicebãt. Quis eſt hic qui ẽt pcã dimittit Lu.vij. Cõuenit ꝛ ſpui ſancto. Uñ aplis dm fuit a xpo. Accipite ſpm ſcm: quorũ remiſeritis pcã:remiſſa ſũt:qz ipe ſps ẽ remiſſio oĩum pccoꝝ caliter. Conuenit mia deo:ꝛ i eo repitur ſeper. Nũquid obliuiſcet miſereri deꝰ? ps.q.d.nunq̃. Non ſeper creat:ſed in ꝓncipio fec deus celũ ꝛ terrã:ꝛ que i eis ſũt. Heñ.i. Nec ſeper miracula facit:ſed ſeper miſeretur. Quũmmo ut plus dicã:añ tps ꝛ poſt tps deus miſericors iueniꝛ tur. Nã i ꝓncipio cum deus creauit añ nõ erat tps:ꝛ tñ miam fecit mũdũ creãdo. Que maioꝛ ẽ miſeria q̃ non eẽ:ꝛ de hac ad eẽ produxit creaturas. Ecce mia dei:iurauit angelus:vt refert Jo.in apoc. qz tps non erit ãplius.ſ. poſt iudiciũ finale ceſſãte.ſ.motu primi mobilis:ꝛ tñ ps ait. Miaz dñi i eternum cãtabo. Ubiqz dei mia reperitur. Nã mia dñi plena eſt terra: ir ps.xxxv. Et dñe i celo mia tua remunerans ultra cõdignuz. Sz nec abeſt i inferno mia dei:ꝺ quo minus vĩ:qz ꝛſi nõ liberat illos a pena:punit tñ citra cõdignũ:vt dicere ualeant illud Treñ. Mie eius q̃ non ſumus cõſũpti.i. adnihilati. Quis ergo nõ timeat reuerendo tã ifinitam miam ꝛ pietatẽ. Lomdabat tulius ceſarẽ dicens. Nulla de uir turibus tuis ceſar pietate maioꝛ. Dimitto ãt q̃ ſuſcepit iſrael puerũ ſ.deus ſurſum accepit:qz ſibi uniuit carnem eꝛ iſrael pueꝛo.i. ſuo ſuo:ꝛ hoc qz recõdat ẽ mie ſue.

Sexto eſt deus timẽdus timoꝛe reuerẽtie ꝓpter ſuã maximã eqtatem ꝛ iuſticiã. ps.x. Juſtus dñs ꝛ iuſticias dilexit: equitatẽ uidit vultus eius. Juſtus ẽ i ſe nulli uicio ſubiacens. Qui.n.alios hz regere:male põt exercere iuſticiam:iuſticiã.ſ.i alios ꝛ corrigere qui i ſe malus eſt. Qui ſine pcõ eſt ueſtrũ:ꝑmus i illam adulterã lapidẽ mittat. Jo.viij.q.d. Reus dz puniri:ut iuſticia dictat:ſed non ẽ ſm iuſticie obſeruantiã:ut puniatur ab his q̃ maioꝛi ſũt crimie irretici:vnde ꝛ maioꝛi pena digni. Remota.n. iuſticia iquit.b. Aug.i.iiij.de ciui.dei:quid ſũt regna niſi magna latrocinia. Et ut ait.b. Ambꝛo.i li.de officijs. Dũ uni pcitur idigno:ad ꝓlapſiõis contagiũ ꝓuocat uniuerſos. Facilitas.n.uenie ĩrenti uum ꝓbet deliquendi.xxxiij.q.iij.ẽ iuſta. Qui uſticias dilexerit ꝛ diligat:ꝑz:qz nullũ malũ dimittit ipunitũ. Et qz iuſticiam dz tẽperare moderatõ i. pietas:qd pertinet ad eqtatẽ:que ẽ rigoꝛ iuſticie mie dulcedine tẽperatus:iõ ſubdit. Equitatez vidit vultus eius. Uis ne uidere rigorẽ hꝰ regis et dñi iuſticie? Cõſidera qñ angelus ille primus luciſer dictus ꝛ cherub plenus decoꝛe ꝛ ſapia: cuius operimentũ erat oĩs lapis pciosus:ſardius: topaſius:iaſpis:criſolitus:ꝛ onix:ꝛ berillus:ſaphirus ꝛ carbũculus:ꝛ ſmaragdus. Nouem exprimit nomina lapidum pciosoꝝ deſignatia nouẽ oꝛdines

angeloꝛ ſm Grego. i moꝛa. ⁊ de pe. di. ij. c. ulti. q̄ libet ille operatus dz: qz ſublimitate uirtutis oēs ſuperauit: hic talis ⁊ tantus ſubito cū dixit in coꝛ de ſuo. Similis ero altiſſimo: nō eſt operatus: nō eſt oꝛe locutus: tm̄ cogitauit ſuperbiam: ⁊ expul ſus a regno i infernum demerſus eſt. Iz ät de⁹ ut iuſtus dñs: oia de generibus ſingulozuz uitia: di uerſis tp̄ib⁹ ſeuere punierit: ut qōlibet ſibi diſpli cere oñdat: ⁊ ipunitum credatur nullum pmaxie tm̄ ſuperbos. Siquidē fr̄icidiū in abel fr̄z a chaim dñs iultum non permiſit. Nam vagus ⁊ pfugus ⁊ tremulus diſcurrens loco fere alamech ex eo ō ſcendente ſagittatus eſt. Heñ. iiij. Mundum to tum luxuria ifectum: qz oīs caro coꝛꝛuperat uiaz ſuam: dñs iuſtus diluuio peremit. Heñ. vj. Sog domitas peſſimo uicio laboꝛātes cū quattuoꝛ ali is ciuitatibus igne ⁊ ſulphure combuſtos ſubuer tit. Heñ. xix Iſraelitarum cū moabitis fornicanti um. xxiij. milia perierūt Numeri. xxv. Propter adulteriū cū vxoꝛe leuite i gabaa perpetratuz pe ne extincta fuit tribus bēiamin occiſis ex eis pluſq̄ quinquaginta milib⁹. Judic. xx. Propter ſtupꝛū ⁊ iceſtū perpetratū ab Amon cū ſoꝛoꝛe ſua Thā mar: occiſus fuit a fuis Abſalon fratris ſui. ij. Ri. xiij. ꝓpter molitiei pcēm Onā a dño iterfectus ē. Heñ. xxviij. Nō permiſit diuina iuſticia Hiezi ex auaritia magnam ſubſtātiā a Naaman ſyro mū dato a lepꝛa petentē exꝑte Heliſei ſed cōtra uolū tatem eius tranſire ipunitum: immo lepꝛa hoꝛri bili pcuſſus ē. iiij. Regu. v. Nec Heliodoꝛ ſacrile gū ichoantē irl̄m ſpoliare ſub Onia ſūmo ſacer dote uſq̄ ad moꝛtem p angelos duos flagellaut ij. Mach. iij. Jaſonē ementē ſūmum ſacerdotiuz a rege Anthiocho ac ēt menclaū iultos nō dimi ſit. ij. Macha. iiij. Sed ⁊ iudas ꝑditoꝛ ex cupidi tate magīm tradēs i manus iudeoꝛꝝ. xxx. argente is laq̄o uitā finiuit. Mat. xxvij. Achioꝛ qz furat⁹ ē regulā aureā: palliū coccineū: ⁊ cc. ſiclos lapida tus ē a pplo Joſue. vij. Sule deditos iſraelitas cū adhuc eſce carnium eſſēt i oꝛe eoꝛꝝ: ira dei aſcēdit ſuper eos: ⁊ occidit pingues eoꝛꝝ Nūe. xi. Propt̄ qō ⁊ filij Hely: ophni: ⁊ phinees i bello gladio ce ciderunt. i. Reg. ij. Inuidia ducti fratres Joſeph eū uendētes ⁊ tradentes i man⁹ gentiū: p⁹ hūlia tionē ei iuſte fr̄am exaltatū ſuper oēs dure ab eo icrepati: demū ſubditi ⁊ fr̄i ſunt Heñ. xliij. Pro pter quā cām iudei xp̄m tradētes i man⁹ Pilati ad moꝛtē duris flagellis caſtigati ⁊ diſperſi: demū ipſū dñm ⁊ ſaluatoꝛem cōfitebūtur: ſe ei p fidem ſubyciētes. Interea Maria ſoꝛoꝛ Aaron ꝓpter i udiam cōtra ipſū murmurās lepꝛa peutit Nūe. xij. Ab accidia deuicti tedio itineris multi ex iſra el i deſerto murmurātes ſeueritate diuine iuſticie igne ꝑſūpti ſūt Nūe. xi. Ira ⁊ odio furans Saul rex primus iſrael cōtra dauid: moꝛtēq̄ eius pluri es itentans: necnon ⁊ phitoniſſā maleficaz conſu lens: diuina exigente iuſticia ſe ipſuz i utroq̄ per emit. i. Reg. vlti. Qua pmoti illi de tribu effraim ⁊ iuſte contra Jepte q̄ uictoꝛiā hūerat cōtra am monitas ſeditionē faciētes: ⁊ bellū cōtra galaadi tas qui iuuerāt i prelio Jepte: occiſi ſūt ō effraim quadragintadūo milia Judic. xij. De pplo iſrael idolatrante ad uitulū aureū dū Moiſes ſtabat i monte: occiſa ſūt. xxiij. milia ex eis. Propter īcre dulitatē ppls ille qui egreſſus ē de egypto nūcro ſexcētamilia abſq̄ paruulis ⁊ mulieribus. Prop ter murmurationē nō ē igreſſus terrā ꝓmiſſiōis niſi duo Caleph ⁊ Joſue Nūe. xiij. Sed ⁊ Moi ſes ⁊ Aaron ad aquā cōtradictiōis ꝓpter infideli tatē ꝑuati ſūt Nūe. xx. Sunt ⁊ alia uicia a diuia iuſticia iudicata: vt pz ex ſacris oracul⁹ libris gen tilium. Sed nullū ita ſeuere ſic ſupbia: ⁊ congrue qz magis directe bellat contra eū. Unde⁹ ſupbis reſiſtit: iquit Jaco. i epla ſua. Regla ēt tradita p virgliū i. vi. Eñ. romanis ꝓncipibus fuit: parcere ſubiectis: ⁊ debellare ſuperbos. Et dei mater ma ria. Diſpſit ſupbos mēte coꝛdis ſui. Luc. i. Unī pri mos parentes poſtq̄ iuaſit ſupbia: edētes pomū ut eſſent ſic dī: iuſticia dei de paradiſo expellens i has mūdi miſerias exiliauit. Heñ. iij. In ſecū da etate Nembroth cū ſuis uolētes turriz babel. ad celū uſq̄ ptingentē edificare: q̄ſi exiſtimantes ſe cōtra deū poſſe defendere: ſi aliud diluuiū iun daret: ex diuia iuſticia confuſi ſūt a ſuperbia ſua diuiſis linguis ut ſe itelligere non ualerent. Heñ. xi. Diſpſis ät Nēbroth ut tyrānus cepit alīs dña ri ⁊ oppmere. In ītia etate creuit ſupbia. Naz Pharao dñi mādatis reſiſtens: nec decē plagi hu miliat⁹ ſz obdurat⁹ cōtra dñm plians in mari ru bro cū ſuis ſubmerſus ē. Exo. xiij. Et i pplo illo ptrāſeūti p deſertū: cū ſupbia exurrexiſſet in Da than ⁊ Abyron: ābiētibus Moiſi ducatū ⁊ cho re hanelāte ad Aaron ſacerdotiū: ſciſma facienti bus ⁊ rebelliōis cōtēptum: diuina iuſticia iultam tantā elationē abire nō voluit: ſed apta ē tra: ⁊ ō glutiuit Dathan ⁊ opuit ſup congregationē Abi ron: et exarſit ignis i ſynagoga eoꝛꝝ: et flāma com buſſit pcōꝛes choꝛe cū cōplicibus ſuis. Nūe. xvi.

In quarta etate Saul ſuperbū q̄ mādatis dei ⁊ Samuelis noluit obedire hūiliaut⁹: a regno re probrās. i. Reg. xv. Superbū illū imaniſſimuz gi gantē Goliath philiſteū: deū iſrael ex ſupbia bla ſphemantē. Dauid hūilis ⁊ adoleſcens iermis cō tra eū ꝑualuit i fūda ⁊ lapide. i. Reg. xvij. Ozias rex iuda: ⁊ ſi alias bonus: i ſuperbiā elatus: qz pre ſūptuoſe ſe igeſſit i officio ſacerdotali: offerēs icē ſum dño lepꝛoſus effectus ē. ij. Paralippo. xxvi. Sēnacherib cū innumerabili multitudine obſidēs irl̄m ⁊ dicens: qz deus eoꝛum non poſſet liberare eos ab eo: i una nocte ſuperbia eius occiſa ſūt ab angelo centūoctogintaquinq̄ milia: vt pz Iſai. c. xxxvij. Sed magis effrenata ē: qñ ambitioſiſmus

ille Absalon ꝛ uanus usurpauit sibi dñium et regnum patris: eū usq; ad mortem persequens. Sz nescit diuina iusticia ꝓcinium ꝓstare criminibus ꝛ tante temeritati. Nā ellatū illum querc̄ p uanos capillos tenuit suspēsū: mula quā eqtabat eū dimittente: donec Joab ꝑceps exercitus Dauit hoc sciens ꝛ applicās lāceis suis transfodit. ij. Reg. xviij. Adonias ēt hoc regnuz affectās cōtra Salomonē fratrē: quē dauid pat̄ utriusq; statuerat regem: occisus est. iij. Reg. ij. In q̄nta etate ad huc magis ostentata est superbia ipsa. Nam Nabucho. elatus i superbiā: ut sibi ascriberet monarchiā nō deo: i mentē feralem mutat̄ ē iter feras: a regno segregatus ē: i deserto hitans per septem tp̄a quousq; suā superbiam cognosceret ꝛ peniteret. Dañ. iij. Alius Nabucho. forte nepos q̄ Holofernem p̄cipem exercitus sui miserat p regiones cū inumerabili multitudie: ut sibi subiugaret oēm terrā dñio suo: ac deos extermiaret: vt solus ipse deus hēretur i terra: quem mirabiliter diuia iustitia humiliauit: confudit tantam superbiam p Judith castissimā ꝛ magnanimē q̄ illius caput abscidit: ꝛ ois exercit̄ ei⁹ debellat̄ ē Judith. xiij. Alia quoq; Agagites qui uolebat adorari a mardocheo: ꝛ qz superbie illius nolebat illi fauere: q̄ fierat totū genus una die vbicūq; esset per orbez sub Assuero gladio expōi: cū magna equitate iudicatus ē: ut i cruce quā parauerat Mardocheo ad suspendiū: i ea ipse appēderetur liberatiōe fca a morte i pplo iudeoꝝ. Quid de Antiocho q̄ cuz tanta superbia efferatus ē i iudeos: ꝛ cōminatus est irim destructionem: ꝛ leges dei mandauit non seruari sed gentiliū: ꝛ nō deū sed iouem adorari: nōne morte dira uermibus scaturiēs cōsūptus ē? Confessus demū qz iustū est subditum esse deo: et mortalē non paria sentire deo. ij. Macha. ix. ubi multa de eius supbia ꝛ punitiōe. Et de Nichanoris superbia ꝛ punitione hēs. ij. Macha. ulti.

In sexta etate. Etsi deus ad superbiā superandaz hūliauerit se ipsū: formā serui accipiens: ꝛ demū usq; ad mortē ignominiosissimam crucis: nō tñ i pcōzibus superbia est extincta: uerū ꝛ repullulās ē hūliata ꝛ confusa. Nā herodes iniquus ātipas q̄ Jacobū decapitauit: ꝛ Petrū icarcerauit: cum quadā die cōcionaretur cozā pplo: ꝛ ueste aurea ꝛ argētea idutus radūs solis super eū reuerberantibus ualde gl̄osus ꝛ fulgidus appareret. Pplo ei acclamante laudes dei ꝛ nō hois: ideoq; elatus in superbiā: iuste punitus angelo eū percutiēte: ꝛ cū magnis cruciatibus sp̄m emittente. Non minori superbia Herodes secūdus ascolonita xp̄m i passione derisit idutumueste alba: qui prius Joānez baptistā decapitauerat. Sed ꝛ p̄mus q̄ inocētes occidi fecit: ut xp̄m regem uerū cū eis extingueret equali superbia usus ꝛ iusticia condēnatus ē. De Caio iperatore qui uoluit coli ut deus. Et de Coss droe q̄ crucem secū tulerat i persidē. Et postea ō Juliano apostata iperatore. Et de Diocletiano ꝛ Maximiano quāto studio supbie sue sūt conati extiguere nomen xp̄i: extermiare eccl̄iaz: cōculcare fidē. Quoꝝ tñ superbia ꝛ malignitas ad nihiluz redacta ē: ꝛ iuste punita: ꝛ eccl̄ia magis ac magis exaltata. Timebūt ergo gētes nomē tuū dñe: ait p̄s. s. uidentes iusticiā tuā: qz nil iultū dimittis maluz. Et oēs reges terre gl̄iam tuā cum magna reuerentia adorantes.

Septimo timen ¶. VII.

dus ē deus timore reuerētie ꝓpter suā eternitatez ꝛ prouidentiaz. Eccs. v. Ne dicas cozā angelo nō est ꝓuidentia: ne forte iratus dñs super sermones tuos dissipet oīa opa manuū tuarum: ubi sūt mlta sōnia ꝛ plurime uanitates ꝛ sermōes inumeri: tu uero deū time. hec ibi. Sōnia appellat Salomon diuersas fātasias aliquoꝝ male sentiētiū de diuina ꝓuidentia: qz sicut i sōno vī aliquid eē: qō i ueritate non ē: ita aliq̄bus uisū est bene sētire de his que eueniunt i mūdo: ꝛ tñ non sic est. Quidā n. euentum rez hūanarum attribuebant fatis dicētes: fatis agimur: credite fatis. Et illud. Te tua fata premūt: uocātes fatū cōstellationem seu influxū siderū sub quibus nati sūt hoies: quibus moueātur nec̄io ad bonū uel malū. Alij dicebāt oīa euenire a casu ꝛ fortūa. In quoꝝ persona loquit Salomon dicēs. Uerti me ad alia q̄ uidi sub sole: nec uelociū esse cursū: nec fortiū bellum: nec sapiētū panē: nec doctorū diuitias: nec artificū gratiam: sed tp̄s casusq; i oībus. Alij ut Plato posuerūt diuinā ꝓuidentiā nō se extēdere ad res hūanas ꝛ minima sed tm̄ circa celestia: i quoꝝ persona dicit Job. Circa cardines celi ābulat: nīa autē nō cōsiderat. Sed ista oīa sūt sōnia ꝛ uana ꝛ non credenda. Et iō signanter subdit. Tu vero deū time tanq̄ eū qui oīa uidet: de oībus prouidet: oīa recte disponit. Unde dī Sap. xij. Tu āt dñe dñator uirtutis oīa cū tranq̄litate iudicas: ꝛ cum magna reuerētia dispōis nos. Subest. n. tibi posse cū uoluerīs. Et Pe. i canonica sua. Oēm solicitudinē uīam ꝓiciētes i eū: qm̄ ipsi cura est de nobis. Et p̄s. Jacta cogitatū tuū i dño: ꝛ ipe te enutriet. Quūmmo vt scribitur Sap. xij. Ipsi est cura de oībus Neq;. n. qz cū magna cura ꝛ diligētia disponit de corpibus celestibus: de angelis: ꝛ hoibus: iō minus curat de minimis ꝛ uilibus rebus: sed ō q̄ buscūq; ifimis usq; ad singularia itendit. Unde ꝛ. b. Aug. i. ij. de ci. dei ait. Deus sūmus ꝛ uer⁹ cū uerbo suo ꝛ cū sp̄u sco: q̄ tria sūt unus deus oīpotēs creator ꝛ factor oīs aīe oīsq; corporis cui⁹ principatione sūt felices oēs: q̄ sūt ueritate nō uanitate felices: qui fecit hoiem rōnale aīal ex aīa ꝛ corpore: q̄ eū peccantē nec ipunitū dimisit: nec absq; mia dereliquit: qui nō solū celū ꝛ terrā: nō solum

angelū ⁊ hoiem sed nec exigui ⁊ contēptibil' aiantis uiscera: nec auis pennulā: nec herbe flosculū: nec arboris foliū sine suarū partium conueniētia ⁊ quadam ueluti pace dereliquit. Nullo mō credendū ē regna hoium: eoꝝq; dnationes ⁊ seruitutes a sue ꝓuidentie legibus alienas eē uoluisse. Et.b. Boe. de phi. conso. O qui perpetua mūdū rōne gubernas. Terraruꝫ celiq; satoꝛ: qui tps ab euo. Ire iubes: stabilisq; manēs: das cūcta moueri ⁊c. Cum quanta āt reuerētia pꝛouideat nobis ⁊ dispōat: quis nos obstupescat: quot uarietates herbarū: fructuum: aialium: piscium: auium i ci bū dedit: quot aromatica concessit vini quātitas diuersitates uestium: habitationū: documenta: i teriora incitamēta ad bonū: sancta sacia: scoꝝ exēpla: flagelloꝝ erudimēta: quis enarrabitur? Mysterū āt icarnationis ⁊ dnice passiōis ad nostram redemptionē tam immensā: ad uos spalez dilectionem: quis cōpꝛehēdere: nedum exprimere ualet? ⁊ meritꝰ dicere ualeat illō Michee. Populeus meus quid tibi ultra facere potui ⁊ non feci ad ꝓuidendū tue saluti. Sed ualde timendum: ne i grati iueniamur. Nā quanto plura nobis beneficia collata sunt: tanto maioꝛa supplicia pꝛepara ta: si salutem nostrā neglexerimus. Sed econtra ultra predicta bona multa habemus hic ⁊ in patria: si timuerimus deuꝫ: ⁊ fecerimus bene: ut ait Tobias filio Tobie. iiij. De hꝰ pꝛouidentie beneficys dicit. b. Bernar. i libꝛo hoc de cōsiderati one: amat deus ut charitas: nouit ut vītas: sedet ut equitas: dnatur ut maiestas: regit ut principiū: tuetur ut salus: operatur ut uirtꝰ: rutilat ut lux: assistit ut pietas. Quid ergo est deus? quo ad vniuersos spectat: finis. Quo ad deitationem: salus. Quo ad se: ipse nouit. Quid est deus? uoluntas: oipotentia: beniuolentia: uirtus: lumen eternuꝫ: icōmutabilis rō: summa beatitudo: creans mētes ad se participandum: uiuificās ad sentiendū: afficiens ad appetendū: iustificans ad ꝓmerendū: dilatans ad capiendū: accendens ad zelum: fecūdās ad fructum: dirigens ad equitatē: iformans ad beniuolentiā: moderans ad sapientiam: roborās ad uirtutem: uisitans ad consolationē: illuminās ad cognitionē: perpetuans ad imoꝛtalitatem: ipellēs ad felicitatem: circūdans ad seueritatem. Hec. b. Ber. Hec oia summa pꝛouidet beniuolentia. Uñ fm Jo. da. deus grece dī theos. Et theos uno mō dī a then qō est circuire ⁊ fouere: qꝛ uirtute ⁊ influxu suo oia circuiens: oia fouens: oibus pꝛouider: fm illud ps. Aperis tu manum tuam. s. pꝛouidentie: ⁊ iples ōe aial bñdictione. Timeat ergo deum omne semen israel. i. oēs fideles: ait ps: qm non sꝓeuit neq; desperit deprecationem pauperis. Pauperis dico naturali sensu: pauperis terrena substātia: pauperis uirtute gīe: paupis spu: sed ōi hꝰ ꝓuidet ꝓ capacitate sua. Et timoꝛ dni pcipue renerentialis: de quo ē sermo: glia ⁊ gl'atio: letitia ⁊ coꝛona exultationis: ut dī Eccī. i.

Titulus quitus decimus de dono pietatis.
De pietatis eminētia ⁊ dignitate. La. I.

E dono pietatis uidēda sūt tria. Eminētia dignitatis: existentia eius qualitatis: ⁊ permanētia eternitatis. Pꝛo declaratione ꝑmi sciēdum fm. b. Tho. secūda secūde. q. cxxi. ar. i. ꝙ dona spus sancti sūt q̄dā hituales dispositiones aie: quibus aia ē pꝛōpte mobilis a spu scō. Inter ceteras āt motiones que sūt a spu scō: mouet sps scs: ad hoc ꝙ affectum quēdam filialem habeamus ad deū ut patrē: fz illud apli Ro. viij. Accepistis spm adoptionis filioꝝ dei: i quo clamam⁹ abba pater. Pietas ergo fm ꝙ cultū. i. reuerentiā exhibet deo per istūctum sps scī ē donū sps scī. Pōt āt cōsiderari excellētia huius doni quātū ad tria. s. ꝙrum ad suam rl'am: ꝙtū ad suā dīam: ⁊ ꝙtū ad efficatiam seu utilitatē. Quatū ad pꝛimū certū ē: ꝙ quanto rl'a dirigēs est nobilioꝛ: tāto actꝰ illa regula rl'atus ⁊ mēsuratus ē nobilioꝛ. Sed uirtꝰ accipit ꝓ rl'a aliquid hūanum. s. dictamen rōis. Donū vō accipit ꝓ rl'a aliquid diuinum. s. istinctum spus scī. verbi gīa. In hoꝛribilibus fugiēdis uel ꝓ sequēdis differēter dirigit foꝛtitudo: que ē uirtꝰ: ⁊ foꝛtitudo que ē donū: qꝛ per foꝛtitudinē que ē uirtus hō aggreditur terribilia fm uirtutē hūanaz. Sed per foꝛtitudinē que ē donū hō aggredit terribilia utēs diuina potētia ꝓ ꝓfidentiā quasi sua. Silr se hz i cōicationibus q̄ sunt ad alterū pietas uirtus: ⁊ pietas donū: qꝛ pietas que ē uirtus accipit ꝓ rl'a ⁊ mensura aliquid humanū: puta obseruās vel debitū uel cōgruum eius: qui cōicatione facit. Sed pietas que ē donū i cōicationib⁹ accipit ꝓ rl'a ipsū deum: qꝛ cōicat se ad alterū: utēs deo quasi se ipso: vt. s. ea q̄ ipsū decent i hmōi cōicationibus quasi deo unitus exequatur. Uñ dns ad bñficientiam exēplo celestis pīs exhoꝛtatur: q̄ solē suum oꝛiri facit super bonos ⁊ malos. Sic ergo pz dīa: qꝛ i alīs cōicatiōibus pōt attendi aliqua hūana rō cōicandi alteri uel liberalitas i pariis donis: uel magnificētia i magnis: uel iustitia i debitis: uel decētia i gratuitis: qꝛ talez dare decet: uel utilitas vel aliquid hūanuz. Sed ꝙ rō his terminis nō claudit⁹: vt hō tm tribuat hōi quātū dz: vel quātum expedit ei qui tribuat: sed ꝙtum ē a deo acceptū diuinū bonū q̄ō i se vel i ꝓmo relucet: hoc supra hūanum bonū ē. Et hoc fit ꝓ donū pietatis. hec. b. Tho. i scripto super. iij. di. xxxiij. arti. ij. Secūdo pōt cōsiderari excellētia hꝰ doni pietatis ꝙtum ad suā dīam. Possz. n. aliquis dicere: ꝙ pietas nō ē donuz sed uirtus: qꝛ

Grego. primo moral'. dicit: q̄ pietas idem ē quod misericordia: sed misericordia est uirtus: ideo operatur secundum humanum modum. Ergo ꝛ pietas non est donum: sed uirtus operans secundū humanum modum non diuinum. Respondetur q̄ misericordia et pietas in hoc differūt: quia misericordia studet ad releuandum miserias proximorum: ex eo q̄ proximi sunt ei coniuncti uel propinquitate sanguinis uel familiaritate: vel saltem nature similitudine. In omnibus enim misericōdia accipit pro mensura aliquid humanum sicut alie uirtutes. Sed pietas que est donum spiritus sancti ouetur ad releuādas miserias ꝓximorū ex aliq̄ dīno: scilicet in quantum sunt in filio dei: vel diuina similitudine insigniti: ita q̄ misericordia i suo actu vtitur aliqua regula humana: sz pietas que est donum utitur regula diuina. Et per hoc patet q̄ pietas est potior misericordia: sicut donum perfectius uirtute. hec beatus Thomas super. iij. sen ten. di. xxxiij. arti. v. Tertio potest considerari eminentia huius doni quantum ad reuerentiā sic. Quanto aliquid modo nobiliori deo cultum et reuerentiam exhibet: tanto est excellentius. Sed hoc facit pietas: prout est donum spiritus sancti. Quod quidem probatur: tum comparando pietatem ad uirtutem religionis: tum comparando ipsam pietatem: prout est donum ad eaz: que est virtus. Et in quantum ad religionem comparatur: licet religio que exhibet cultum deo: sit potior pietate: que est uirtus exhibens cultuz ꝛ reuerentiam patri carnali: tamen pietas que est donū est nobilior religione: quia exhibere cultum deo vt patri: quod facit pietas que est donum: excellētius est q̄ exhibere cultum deo ut creatori et dño quod facit religio. Exquo patet pietatem donuz excellentius religione uirtute secundum beatum Thomam secunda secunde. q. cxxi. artic. i. Comparando autem pietatem donum ad ipsaz prout est virtus: etiam probatur pietatem donum excellentiorem ea in quantum uirtus. Ex eo videlicet quia pietas donum respicit in actu suo aliquid diuinum ut filiationem diuinam per gratiam uel diuinam similitudinem. Sed pietas uirtus aliq̄d humanum vt familiaritatem propinquitatez uel nature similitudinem. Et sic patet q̄ est potior: vt dictum est supra.

In quo autem con. §. I:

sistat ista qualitas mentis scilicet pietas donum: quantum ad actum eius. Sciendum secundum beatum Thomam super. iij: senten. di. xxxiij. arti. v. q̄ pietas donum habet in uia quinq; actus: sed vnum principalem: alios quattuor secundarios. Primus ergo actus eius est quem habet in uia: deo cultum id est reuerentiam exhibere: non solum propter debitum: sed ꝛ propter condignū: quia deus honore ꝛ reuerentia est dignus interiori affectu ꝛ exteriori actu: ut in prostrationibus: genuflexionibus: inclinationibus: ꝛ sacrificijs: et hoc Malacha. i. Filius honorat patrem suuz. Et si ego pater uester: vbi est honor meus ? ait ipse Deutro. xxxij. Nunquid non ipse est pater tuus: qui possedit ꝛ fecit quo ad corpus: ꝛ creauit quo ad animam te. Unde apostolus ad Titum. Sobrie scilicet quo ad se. Juste scilicet quo ad proximum. Pie scilicet quo ad deum viuamus in hoc seculo expectantes et cetera. Secundus actus eius propter dei reuerentiam etiaz sanctos honorare: quia sunt templa dei: ꝛ organa spiritus sancti. i. Co. vi. An nescitis: quia tēpluz dei estis uos: ꝛ spiritus sanctus habitat in vobis. Et alibi: honore inuicem preuenientes: ꝛ precipue presidētes qui in regimine representant personam dei cuncta regentis. Petrus in canonica. i. Regem honorate. Et beatus Augustinus in regula. honore coram deo prelatus sit uobis. Huius ratio est: quia sicut actus pietatis: que est uirtus: est non solum exhibere cultum seu reuerentiam patri carnali sed etiam omnibus sanguine iunctis: secundum q̄ pertinent ad patrem: ita ꝛ actus pietatis que ē donum non solum deo: sed et omnibus qui pertinent ad deum sibi coniunctis per gratiam uel per presidentiam et huiusmōi. Apostolus. i. ad Thi. Sectare iusticiam: pietatem: fidem: charitatem: patientiam et cetera. Tertius actus pietatis q̄ est donum: est scripture sacre intellecte non cōtradicere: cum sint uerba dei. Quem enim aliquis veneratur ꝛ colit: eius etiam uerba in reuerentia habet ꝛ non impugnat: nisi falsa reperirētur. Nā ut ait philosophus. Duobus amicis existentibus Platone ꝛ veritate sanctum est prehonorare ueritatem. Et quia in oerbis scripture sacre non potest esse falsitas: ideo semper etsi non intelligatur: veneranda sunt. Hunc actum esse pietatis ponit Augustinus in libro de doctrina christiana. i. ad Thi. iij. Manifeste magnum pietatis sacramentum quod manifestum est in carne iustificatuz et cetera. Quartus actus eius est constitutis i miseria subuenire. Et ratio est: quia secundum beatum Gregorium. i. moral. idē est quod misericordia scilicet in actu exteriori qui est subuenire miserie proximi: differunt tamen in motiuo miserendi: vt supra dictum est. Misericordia autem miserie subuenit. Et secundum hoc beatus Gregorius ibi dicit: q̄ pietas ilistit operibus misericordie. Et secundum hoc etiam dicit beatus Hieronym⁹ uel Augustinus secundum alios. Non memini me uidisse aut legisse mala morte perisse qui exercuit opera pietatis: quia scilicet si peccator talis ē: opera illa pietatis procurant sibi compunctionez ꝛ reuersionem ad deū. Quintus actus est sine

offensione in medio nationis prave ꝛ peruerse cō uersari: et inter eos conuiuere: ut dicit beat⁹ Augustin⁹ in lib. de doctrina christiana. Unde ꝛ Petrus in secunda cano. c. ij. ait de Loth. Aspectu q̄ dem ꝛ auditu iustus erat: habitans iter illos qui de die in diem animaꝫ eius iniquis operibus cruciabant. Nouit autem deus pios de tentatiōe eripere. Omnes hi actus unam ꝛ eandem regulam ꝛ mensuram habent scilicet diuinam reuerentia: quomodo deus est dignus: vel honorem quo deus est dignus. Et ideo actus pietatis que est in uia est unus qui est precipuus ꝛ principalis: ad quem alij omnes reducunt. ar ut ad causam suam: ut dicit beatus Thomas ubi supra. Unde et apostol⁹ i. ad Thi. ij. mandat orationes ꝛ obsecrationes fieri in ecclesia: pro his qui sunt in sublimitate constituti: ut tranquillam uitam ꝛ quietam agamus in omni pietate scilicet reuerentia diuini cultus. Et di. xli. c. per simoniam dicitur. Pietatem in p uatis domibus non concludentes omnem locum in nomine dei edificatum honoramus. Et cōgregationem in ecclesia factam ad utilitatez communem recipimus: ꝛ bona opera que supra uires in fratres pauperes exercentur secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus. Itez beatus Augustinus super psalterium. Si aliquando humana infirmitate pedes nostri in aliquod peccatuz mouentur: insurgunt lingue iniquissime inimicoruz: cum fuisset miserendum: irrident impij: vnde pij dolent. v. q. v. §. sed aliud.

De permanentia §. II.

pietatis ꝛ efficientia seu utilitate. Sciendum secūdum beatum Thomam super. iij. di. xxxiij. art. v. q̄ actus pietatis remanebit in patria quantuz ad suam mensuram ꝛ regulam: ad quam pietas attendit scilicet adhezere ipsi deo. Et etiam quantum ad eos quibus beneficia prestare parat⁹ erat scilicet quantum ad effectum: vt scilicet beniuolētiam eis seruet: ꝛ de omnibus eorum bonis habeat gaudium ꝛ letitiam: unde in eis non erit communicatio ad supplendam negligentiam: sicut est apud nos: et per consequens iste actus pietatis q̄ est in via subuenire scilicet constitutis in miseria: non erit in patria: quia nulla ibi negligentia: nulla miseria: quia omnes suam sufficientiam a deo accipient. Erit tamen in eis communicatio ad augendam letitiam secundum modum illius patrie secundum quem superiozes aliquid influunt i inferiozibus: vt dicit Dionysius. Unde post dicz iudicij et ante precipuus actus pietatis qui est donū in patria: est reuereri deū affectu filiali: qui precipue tunc erit secundum illud Sapientie. v. Ecce quomodo computati sint inter filios dei. Erit etiam mutua honoratio sanctorum ad inuicē. Nūc autem ante diem iudicij miserentur sancti etiam eos qui in statu huius miserie viuunt. hec beatus Thomas vbi supra. De utilitate et efficientia pietatis nota quod ait apostolus. i. ad Thi. iij. Exercete ipsum ad pietatem. Nā corporalis exercitatio scilicet ieiuniorum ꝛ abstinētie ꝛ huiusmodi ad modicum quidem utilis est. Pietas autem ad omnia ualet: promissionem uite que nunc est habens et future. Scribens apostolus ad Thitū episcopum ostendit q̄ episcopus et quilibet misericordie uisceribus totus debet affluē: quod significat illa abundans inunctiatio capitis eoz in consecratione ipsorum. Hinc est q̄ de tumbis quoruudam sanctorum: que in misericordia et pietate fuerunt precipui: oleum manat: ut. b. Nico. b. Lathe. ꝛ. b. malpurgis: ꝛ in huius figuram in vestibus summi sacerdotis uendebāt malogranata intexta: que cum refrigerent: innuebat q̄ misericordia presidentium debet subditos refrigerare. Ualere autem dicitur pietas ad omnia. Ad tēporalia quidem secundū illud prouerbio. xxvij. Qui dat pauperi non indigebit: quinimmo non solum sufficientiam sed abundantiaz habebit. p uerbio. xiij. In omni opere bono erit abundantia: sicut legitur de sancto Joanne patriarcha alexandrino pijssimo ad pauperes: qui quanto plus dabat pauperibus: tanto plus ei deus mittebat p diuersas personas ad distribuendū. Ualet ad spiritualia promerenda. Unde. b. Ambrosius. Omnis summa christiane religionis in misericordia ꝛ pietate consistit: quam aliquis sequens ꝛ si lubrice cum patiatur carnis: sine dubio vapulabit: sed ñ perbit. Quod oportet sane intelligere: quia uel intelligitur de eo: qui et in lapsu carnis ceciderit in p teritum: ipsum penitet: ꝛ abstinere disponit. Uel si intelligitur de eo qui opera pietatis exercet in mortali existens: tunc opera pietatis ualent sibi ad procurandum gratiam occasionaliter: nō causaliter. Nam dicta opera pietatis sunt occasiōes: vt adiutus precibus eorum quibus exercet: exeat de peccato. Ualet ad eterna promerenda. Unde Piero. ait. Pietas expectat beatam spem ꝛ aduētum glorie magni dei. Sicut enim ipietas magni dei formidat aduentum: ita pietas ō suo opere secura ꝛ de fide iudicium prestolatur. Et qz sūme pietas fuit i virgine: ꝛ est super omnes sactos ꝛ sanctas: cui cantamus. O clemens: o pia: o dulcis uirgo Maria. Ideo de ipsa uirgie Maria vt fonte pietatis: siue quantum ad actum diuini cultus ꝛ reuerentie: siue quantum ad actum misericordionis: et subueniēdi pauperibus: ideo de ea i isto titulo diffusius agemus per capitula distiguendo ꝛ per modum predicationis.

O uirgo Maria est mater nostra quadrupliciter. Capitulum Secunduz.

Capitulū Secundū.

Ecce mater tua

Joānis. xix. Loquitur de ista matre p̄s dicens. Mater ſyon dicet homo: homo natus eſt i ea: ⁊ ipſe fundauit eam altiſſimus. Hoc ſecundum tranſlationem. lxx. quaz ſequitur beatus Auguſtinus ſuper pſalterium: ⁊ obſcura ſatis eſt locutio: Poteſt autem ſic exponi: homo dicet ſyon Mater. Sed uidendum eſt: quis eſt iſte homo qui dicit: cui dicit ſyon: de qua matre dicit. Eſt autem homo iſte dominus ieſus deus et homo: de quo propheta. Ecce ueniet deus ⁊ homo: hō utiqz aial rōnale: ab initio ſolus ſue conceptionis ratiōe vtēs ut perfectus ōi ſapientia ⁊ gīa: ⁊ inter natos nunq̄ a rōne deuians. Ipſe eſt ille homo: qui natus ē in ea matre: que eſt: ⁊ ciuitas dei dicitur: nō ex uirili ſemine: ſed quod i ea natū ē: de ſp̄u ſancto eſt Mat. i. Et ipſe idē hō eſt altiſſimus deus: qui ſolus altiſſimus fundauit eaz ciuitatē: i qua hitauit nouē mēſibus vt matre ſua. Si queris: cui ſyon dicit. Rñdeo q̄ ſyon ſp̄uali. i. eccl̄ie. Interp̄tat n. ſyon ſpeculatio: ibi i ſyon erat tēplū dñi: i quo uerus cultus exercebatur offerēdo oblationes et ſacrificia uero deo. Significat igit̄ apte eccl̄iaz ſanctā: i qua ſpeculamur deū i militanti p fidē: i triūphanti per ſp̄ez. Et i ea ſola uere colitur deus: et offerūtur ſacrificia uera bonoꝝ opeꝝ: que deo ſūt grata ⁊ non extra eā. Quid āt dicit iſte hō ieſus ſyon. i. eccl̄ie: illud mater. ſ. ē tibi patrē hēbas miarū: accipe ⁊ matrē totius cōſolationis ⁊ miſerationū. Ecce mater tua o ſyon: o eccleſia: que eſt mater mea: uolo ut ſit ⁊ mater tua. Mea eſt mater naturalis: tua ſit mater ſpiritualis. Ecce mater dei ſaluatoris: eſt mater peccatoris in eccleſia. Sed iudeus hoc vt perfidus nullo modo vult credere: q̄ beata Maria ſit mater dei ⁊ hominis. Et ſecundum hoc dicit tranſlatio noſtra: que fuit. b. Hiero. Nūquid ſyon dicet hō: hō. ſ. dcūq̄ q̄tūcūq̄ ſingularis p̄dicator ⁊ doctor: nūquid ſyō dicet i. ſynagoge ſeu pp̄lo iudeoꝝ: cuius cultus erat p̄pter tēpl̄ūm i materiali ſyon: iſtam ueritatem mirabilem quam ſubdam: ita ut credat eam. q. d. ñ. Neq̄ Petrus neq̄ Paulus: ſed neq̄ ipe xp̄us dixit hanc ueritatē pp̄lo iudeoꝝ: q̄ uoluerit credē. Ecce veritas quā nō vult credere: ⁊ ideo ut perfidi dānantur: homo nat⁹ eſt in ea ciuitate dauid i. virgine Maria: ⁊ ipſe natus in ea xp̄s: eſt ille altiſſimus deus: qui ſolus ſēs per eſſētiā: ſolus dñs p uniuerſalē prouidentiā: ſolus altiſſimus per ōi potentiā: qui fūdauit ⁊ fecit ciuitatē iſtaz virginē gl̄oſam: ipſe habitauit: Jdē unus deus ⁊ hō: vna perſona fundator ⁊ creator uirginis per diuinitatē: natus in ea per humanitatem. Sed tu fidelis qui credis beatam uirginem matrem dei et hominis: ⁊ ſecundū hanc fidē recte conuerſaris. Ecce mater tua. Joan. xix. Imperator celeſtis dñs ieſus xp̄s i throno crucis reſidens: per hoc dictum ſuo ore prolatum loquens Joanni: matrē ſuā uirginē ei dedit in matrem: ipſum Joannem matri ſue adoptans filium. Nec uirgo mater: ⁊ ſi longe inferiorē ab eo indignata eſt talem in filium ſuſcipere. Et Joannes ipſe: ⁊ ſi tali ⁊ tā dignissima matre ſe indignum agnoſceret: intelligens ſui profectum: cum omni reuerentia ex illa hora accepit eā in ſuam ſcilicet matrem. Quia uero Joannes interp̄etatur: in quo eſt gratia: cuilibet etiam qui Joannes dicitur ⁊ exiſtit: non nomine ſed eius interp̄tatione: in quo ſcilicet eſt gratia gratum faciens: datur virgo Maria in matrem: ut dici poſſit. Ecce mater tua. Anſelmus. Mater dei facta eſt mater noſtra. Et uere optime p̄ſſima: ⁊ p̄fectiſſima: mater omnibus modis. Sicut enim pater dicitur aliquis genitura: cura: etate: honore: affectu. Sic omnibus his modis beata uirgo mater nobis eſt. Primo enim ſicut chriſtus nos genuit verbo ueritatis ad eſſe ſpirituale gratie: quod perfectius eſt q̄ eſſe naturale in cruce patiendo: ita ⁊ beata uirgo nos genuit: et peperit in maximis doloribus filio compatiendo: penas immenſas pro nobis patienti: ita exponit Albertus magnus illud Jſa: ultimo. Parturiuit ſyon filios ſuos id eſt beata uirgo Maria: q̄ ſpeculabat̄ myſterium paſſionis. Interp̄tatur enim ſyon ſpeculatio. Parturiuit ſumme condolendo in paſſione filij. Secundo mater eſt cura Jſa. xlix. Nūqd poteſt mulier obliuiſci infantem ſuum: vt nō miſereatur filio uteris ſui: q. d. nullo modo: ſed magnam curam habet: vt prouideat ei de nutrimento et neceſſarijs. Et quanuis amor patris ad filiū ſit ſolidior: amor tñ matris eſt tenerior. Et hinc eſt q̄ paruulus magis recurrit ad matrem p̄ his que vult q̄ ad patrem: quia experitur magis a matre q̄ a patre obtinere quod petit. O quanta eſt cura beate uirgini matri de nobis. Omnibus aperit ſignum miſericordie ſue: nec eſt qui abſcondit ſe a calore beneficiorum eius. Sileat miſericordiam tuam o virgo beata: ait beatus Bernar. Qui cunqz in neceſſitatibus ſuis te inuocantem ſibi ō eſſe ſenſerit. Sicut curam habuit: ut prouideret apud filium de defectu uini i nuptijs i Chana galilee celebratis. Et qō ait ſapiens. Ubi non eſt mulier ingemiſcit eger. Et uere poteſt itelligi de hac muliere: quā filius ſuus ſic vocauit: cū ait: mulier ecce filius tuus. Non reperitur aliquē ſanctorum ita cōpati ⁊ adiuuare i infirmitatibus ſpiritualibus ⁊ corporalib⁹ egris perſonis ſicut mulier hec beata uirgo Maria. Tertio mater ē antiquitate: ſicut homines antiqui dicuntur patreſ: ſic ⁊ mulieres antique matres. Sed que antiqor beata uirgie Maria? Ab initio: inquit: ⁊ añ ſecla creata ſū: ⁊ uſqz ad futurum ſeculū nō deſinā Ecci

xxiiij. Creata siquidem fuit in mente diuina ante secula. i. predestinata: vt esset mater dei: z ide mater nostra. Nec usq; ad futurū. i. ad aliā vitā pie postq; fuit in mundo nata: non desinit pietatez z misericordiam exhibere inuocātibus eā. Est g̃ antiquitate maxima mat̃. Quarto ē mat̃ dignitate z honore. Sicut qui sunt i dignitate ꝓstituti dicuntur patres: ita z mulieres in dignitate prelationis dici possunt matres: unde abbatisse dicuntur prelate quasi matres. Sz que dignior: que honorabilior: z cunctis presidentior: beata uirgine Maria. Regina enim dicitur celorum in antipho na ecclesie: domina angelorum: mater domini dominantium: omni vtiq; laude dignissima: quia ex ipsa ortus est sol iusticie christus deus noster.

Quinto ex maxima affectione ad bonum populi iudeorum. Razias dicebatur pater eorum: ut. ij. Machabe. penulti. Sed nunquam fuit aliquis sanctus uel sancta ita affecta ad salutem et omne bonum populi christiani: sicut beata uirgo Maria. Unde cum christus uellet tribus lanceis mundum perdere propter tria uicia mundi: scilicet superbie: auaritie: z luxurie. Beata uirgo precibus suis obtinuit dilationem sententie: dicens se missuram in mundum ad predicandum beatum dominicum et beatum Franciscum cum suis: z ut sic reducerentur: ut habetur in legenda beati Dñici. Ecce igitur mater tua.

Sed qualis sit ista. §. I.

mater: ipse declarat sic de se loquens seu ecclesia i persona eius. Ecclesiastici. xxiiij. Ego mater pulchre dilectiōis: timoris: et agnitionis: z sācte spei. Matrem se harum quattuor uirtutum dicit: q̃a eas in mente concepit per infusionem gratie: z puriuit istos filios: quando ad actum harum uirtutum processit. Primo pulchre dilectionis per eximiam charitatem. Secundo timoris reuerentialis per profundissimam humilitatem. Tertio agnitionis scilicet fidei per firmissimam ueritatē. Quarto sancte spei ad omne bonum z supernā felicitatem. De primo Cantic. ij. Introduxit me rex in cellam uinariam. scilicet et introduxit i me charitatem. De secundo Luce primo. Turbata ē in sermone eius et laude propter humilitatem. De tertio Luce primo. Beata que credidisti, beatus Augustinus. prius concepit fide q̃ carne. De quarto Ecclesiastici. xxxiiij. In me omnis spes uite z virtutis. Extende vt placet. Ex his etiam uerbis innuitur respectu quorum sit mater adoptiua. Cum enim ut dictum est: sit facta mater adoptiua Joanni: qui interpretatur i quo est gratia mater est eorum qui habent gratiam. Et quia a gratia quattuor ista semper procedunt: eorum est mater qui habent ista quattuor. Ecce igitur mater tua scilicet tui: qui scilicet habes rationalem dilectionem: quia ego mater pulchre dilectionis. Ecce mater tua scilicet tui qui habes filialem timorem: quia ego mater timoris. Ecce matet tua scilicet tui qui habes salutarem cognitionem: quia ego mater agnitionis. Ecce mater tua scilicet tui: qui non presumis: sed ex merito speras: quia ego macer sancte spei. Pulchra dilectio est: vt diligatur amicus i deo: et inimicus propter deum: uere pulchra: quia cum luce gratie z clara fame. Mat. v. Diligite inimicos et cetera: ut sitis filij patris uestri: qui in celis est scilicet dei. Et sic eritis filij matris uestre scilicet beate Marie. Sine timore dei non poterit quis iustificari: ait sapiens. Sed qui deum timet scilicet filialiter nihil negligit: scilicet eorum que sunt necessaria ad salutem z gloriam dei. Salomon ait Ecclesiastes. vij. Salutaris cognitio incipit a se ipso. Seneca. Principium salutis cognitio sui. Breuissimam istam orationem faciebat et docebat Beatus Augustinus. Domine nouerim te: nouerim me. Et vnum inducit ad reliquum. Expecta dominum: ait p̃s. quo ad quartum custodi uias eius: vt hereditatē capias terrā scilicet uiuentium. Si ergo diligis eum et proximum: et times filialiter offendere eum: z conaris cognoscere te ipsum: et speras rationabiliter i supernum premium: non presumendo de uiribus tuis: hec est sancta spes. Ecce mater tua beata uirgo Maria.

Possunt etiaz ad. §. II.

aptari ista quattuor ad quattuor status ecclesie: scilicet presidentes: incipientes: proficientes: z perficientes: super perfectos singulis singula attribuendo. Quibus omnibus est mater pia adiuuando z succurrendo. Primo et p̃sidentibus qui dem congruit pulchra dilectio scilicet erga deum: se: et proximum. Et ideo christus Petrum instituit super presidentem et pastorem ecclesie: interrogauit ter: si eum diligeret Joanni ulti. horum beata uirgo est pia mater: adiuuans in necessitatibus: vt patuit in Leone papa: cui restituit manum abscisam. Et in beato Dominico cuius subditos fratres ostendit in uisione beate Marie tenere sub clamide sue protectionis. Secundo incipientibus congruit timor. Inde enim mouentur ad cauenda mala et penitendum ex timore. Unde dicit Ysaias. A timore tuo domine concepimus et peperimus spiritum salutis. Et horum est mater beata uirgo Maria procurando reconciliationem deo: sicut in figuram mulier sapiens. Tecuites reconciliauit Absalonem patri Dauid secundo Regum. xiiij. Et cuidam moniali egresse de monasterio post tempora ex meretricio reuerenti ad penitentiam et religionez: impetrauit beata

Maria: p ea pcc̃atorum ueniaz. Et adiuuat ad uincendū diabolū i tẽtationibus. Sicut i figuraz occidit Judith holofernem. Judith. liij. ca. Tertō pficientibus conuenit agnitio: vt dicit Salomon Eccl̃s. ix. Nescit hō finem suum. Et iō sequitur: sicut pisces capiūtur hamo: sic capiūtur hoies tpe malo. Quod ps ꝓsideras ait. Notū fac mihi dñe finē meum: finē ultimū: ꝓpter quā factus sū: da tu es ut ad illud me dirigam. Notum fac finē ꝓximum mei operis: vt itelligam me recta itentiōe facere opera: nō ut uidear ab hoibus: sed ad gl̃iā dei. Notum fac finē meū. i. ut frequenter itelligaz me esse i uita finiendū: z oia ista mundana dimittēdo ꝑ te. Et qz istis cōgruit cognitio q̄ lux ē spualis: iō dicit Salon puer. iij. Justoꝝ semita q̄si lux splendēs pficit z crescit usqz ad perfectū diem. Hi enim intendunt ad proficiendum i uirtutibus. Horū mater est beata uirgo Maria: precibus z exēplis dando eis subsidium. Est. n. figuratiue illa Rebeca que filium. s. israel qui iterpretatur uidens deū docuit z iuuit refectionem offerre patri suauez: cum uestibus odoriferis: ut benedictionez patris obtineret. Apparens ipsa magistro Rainaldo cō pore infirmo: i uirtutibus proficienti: unxit eum sanando corpus: z mentem roborando: ac habituz ordinis predicatorum quez ferret ostendēdo: quē ordinem fuerat ingressus: qui postea feruētissime predicando: multos z magnos uiros traxit ad religionem. Ipsa est mater agnitōis: que reuelauit nobilissimis romanis z diuitib⁹ viro z uxori sue cupientibus se tradere i obsequium ipsius uirgis ac pape: ut i loco ubi de mane inuenirent niues p̃ter nature solitum: quia de mēse augusti ibi ecclesiam suo nomini dedicarent. Qua mane sequenti reperta: fabricata est ad honorem eius ecclesia i vrbe sancte marie maioris. Quarto autem cō gruit perfectis sancta spes non sperare in principibus ubi non est salus: nec i temporalibus diuitijs quod est uanum: nec in suis uiribus quod est superbie: sed in eēna beatitudine. Et hec est sācta spes. Contemplantur enim eterna bona: que non uidētur: sed appetuntur summe ab eis: ut dicant cum apostolo. Cupio dissolui: z esse cuz christo. Et nostra conuersatio in celis est. Horuz mater est beata Maria procurando eis consecutionem eterne beatitudinis. Est enim figuratiue illa Bersabee: que iterpretatur puteus septim⁹ propter plenitudinem oīum gratiarum: que suis precibus petyt z obtinuit a Dauid regnū suū dari filio suo Salomoni. ij. Reg. xv. Hec est que fuit cilicium cū serico sancto uiro. b. Tho. cantuariensi archiepo: mandans ei ut iterdictum factū simplici sed optimo sacerdoti: qui quottidie missaz celebrabat ad sui honorem: nec aliam propter simplicitatē dicere nouerat: ut ñ āplius celebraret: relaxaret. Qō simplex sacerdos faciens z significans. b. Tho. ex parte beate Marie z signum datum de cilicio o cultato ab ea suto: illuz ab illo iterdicto absoluit. Hec apparens ut matrona uenerabilis ad fontez quēdam cuidā rustico qui missus erat a filio suo ei apparenti ad immergendū tres panes quos hē bat prohibuit. Sed reuersus ad eum secundo et tertio unum immersit: alios duos reseruās ex iussione beate marie declarantis ei se esse uirginem matrem: z eum qui sibi apparuerat z mandauerat panes tres imergi i aquam erat filius eius qui iratus propter peccata hominum munduz i partes tres diuisum quasi uolebat delere: i cui⁹ signū tres panes iusserat imergi: sed ipsa sñiam retinuerat. Uerū ad placandū dei iram oēs albis induti facerent processionē ad penitentiam reuertentes. Et illa disparente simplex ille rusticus per diuersas mūdi partes diuulgauit. vñ ecuta est magna nouitas i uniuerso orbe apud xp̃icolas: vt oēs mares z femie cuiuscūqz etatis z cōditiōis albis iduti ꝓcessiones multas facerent. Anno dñi Millesimotrigentesimononagesimonono i estate: z multa bona secuta. Et postea anno sequenti Millesimoquadrigētesimo secuta ē pestis vlis numia: ut tertia ps hominū moreretur. Ecce mater tua ad quam recurras.

De ꝓceptione z sc̃ificatione. b. Marie. La. iij.

E cōceptu et sā

ctificatione. b. marie. In ciuitate sc̃ificata requieui: iquit diuina sapientia Eccl̃i. xxiij. Adaptat sermo iste ad uirginem gl̃iosam: de cuius cōceptiōe uel potius sanctificatione ecclesia solēnitatem facit. De hac ciuitate precinens cātor ips sc̃i dauid iquit ps. lxxxvi. Gl̃iosa dicta sūt de te ciuitas dei: que ab iesu syrac dc̃a est ciuitas sc̃ificata: nec de aliqua creatura pura sunt unꝯ dc̃a tā gl̃iosa ꝙ de uirgine Maria. Unde i cōmendationem Judith pulcherrime: sapientissime: z castissime: z constātissime: que liberauit pplm dei de manib⁹ inimicoꝝ: z figurauit hanc uirginem beatissimaz: liberatricē ppli fidelis de manibus demonū: dixit sūmus pontifex Joachim. Tu gl̃ia irl̃m. s. ciuitatis: tu letitia ppli israel: non dixit tu gl̃iosa i ciuitate: sed tu ipsa gl̃ia ciuitatis irl̃m: que dicebatur ciuitas dei: qz solēnis deus cultus ibi erat. Gl̃iosa igit dc̃a sunt de te. Circa quaz pñt tria notari.

Eius uirtuositas perfectissima: qz ciuitas.

Eius singularitas sublimissima: qz dei.

Eius nobilitas famosissima: qz gl̃iosa dic. si ō te.

Quantū ad primū .§. I.

ois aia pōt dici ciuitas. Sed anima cuiuslibet re probi dr̃, ciuitas babylōis: que iterp̃tatur ꝓfusio: qz plena ē cōfusiōe pcc̃oꝝ: z i ea regnat Nabuch.

diabolus i superbia sua. Alia aũt cuiuslibet electi dr irlm: q̃ iterp̃tatur visio pacis: i qua regnat Salomon rex pacificus. Jrlz ãt edificatur ut ciuitas ex auro: argẽto: r lapidibus p̃ciosis. i. dilectionis dei r proximi opibus: cũ meditatiõibus r cõtemplatiõib' p̃ciosis sup fũdamẽtũ fidei iesu xp̃i. Et nisi dñs custodierit ciuitatẽ aie: frustra uigilat: q̃ custodit eã. Uerũ nulla aia ꝓprie põt dici ciuitas nisi bia uirgo Maria. Uñ p excellẽtiã ciuitas dr ꝓpter tria. Primo ꝓpter plenã vnionẽ. Secũdo ꝓpter cõgruã ꝓuisionem. Tertio ꝓpter rectã gubernationẽ. Ciuitas dr quasi ciuiũ unitas: vñ salnator noster cũ misit duos ex discipulis ad ciuitatem hierosolimã: q̃ plena erat sectis r diuisiõib' r pcĩs: non dixit: ite i ciuitatẽ sed i castellũ huius illam rlam. Si re ꝑueris: nec nomẽ hẽre mereris. In aia nostra sũt q̃i ciues multi r uarij cogitatus nostri: r affectus seu desideria quasi uiri: passiões ãt quasi mulieres. Qui oẽs debent ꝓuenire i unũ s. ut cõforment se diuine uolũtati: querẽdo sẽper gl̃iaz dei r ꝓfectũ salutis. Sed q̃s est hic: r laudabimus eũ: Nullus ẽ. n. tã cõposite felicitatis ẽt in spualibus iquit scs Seuerinus: q̃ non i aliquo cũ sua fortuna rixet. Nunq̃. n. ait Job: i eodem statu pmanet. Quis ẽ qui sẽper i õi opere suo cogitatu et affectu dirigatur ad dñz: r nõ uideat i mẽbris suis legẽ concupiscẽtie repugnantẽ legi mẽtis sue: saltẽ ad venialia. vñ pax ibi nõ vr pfecta: cum caro cõcupiscit aduersus sp̃m. Porro unum ẽ necessariũ. s. adherere pfecte deo: r secũ i oibus unũ sp̃m eẽ: qõ optime fecit Maria: que optimã partẽ elegit i oibus unũ ꝓ certo scimus ait Odilio in sermone: q̃ ois Marie actõ itenta sẽp fuit i dño. Secũdo ciuitatẽ ut sit bñ ꝓuisa: ne facile capiat ab hostibus: r circũquaq̃ bẽat fossata: ne posset appropiquari ad muros: qõ fit circa aie ciuitatez p hũiliationẽ: qua q̃s se ipsum deiçit: r ifra se statuit: cognoscẽs se ad ima descẽdere ex ꝓpria cõditione r iclinatione ad mala. Debet ẽt ciuitas esse i portis bñ custodita r uigilata. Nã ut dic̃ Hiere. ꝓpheta. ix. Mors igressa ẽ per portas nr̃as. Porte nr̃e aie sunt sensus exteriores: ꝑ quos itrat mors pcĩ ad aiam: per uisũ: auditũ: gustũ: odoratũ: et tactum: videz nisi uigilãter custodiatur. Nec sufficit custodia angelorũ: de qua dñs per ꝓphetam. Sup muros tuos irlm posui custodes. s. angelos tota die nõ tacebũt. s. excitãtes aiam ad bonum r deũ laudandũ. Sed oz q̃ quilibet ꝑ se iuigilet per considerationẽ r discretionem: ne ingrediatur inimicus alicuius uãitatis per ipsas portas: nec egrediatur ciuis sub spe alicuius boni defectus curiositatis. Unde i figuraz legitur. ij. Reg. iiij. q̃ Isboseth filius Saulis rex israel qui posuerat ancillã ad custodiam porte palacij sui: q̃ non steterit uigilans: sed dormitauit: ingressi per portam principes latronum Rechab r Banaa clam occiderũt illũ i lecto suo quiescentez. Sic quando consideratio uigilans r discretio que dz custodire portas sẽsuum dormitat: r non uigilat ad custodiendum sp̃i demones latenter suggestionibus malis subitrãt: r ablatis frugibus uirtutũ aiam occidunt. O portet ẽt ciuitatem esse fulcitam uictualibus r aquis: ne fame r siti pereat. Uictualia sunt sacramenta que animam reficiunt. Aque sunt doctrine sacre quibus contra calorem laborum r tentationum refrigeratur. Omnia ista fuerũt perfectissime in uirgine: r ideo per excellentiaz ciuitas dicitur. Fuit. n. hũilitate profundissima. Respexit: ait humilitatem ancille sue. Et quãto magis se humiliauit r ocultauit uirtutes suas: tanto magis deus illã manifestauit: vt ipleretur illud quod ait filius suus Mat. v. Non potest ciuitas abscõdi supra mõtem posita. i. super altam perfectionem uirtutuz. Optime custodiuit sẽsus suos: r nihil inquinatũ itroiuit i illam. Sacia suscepit tempore suo: que ei congruebant. Nam pie creditur: r baptizata r confessa r cõicata sm Alber. super missus ẽ. Nõ quidem peccata que non habebat: q̃ ut. b. Aug. ait. Cum humilitatis causa mentiris: si non eras peccator: mentiẽdo efficieris: qõ euitaras. xx̃ij. q. ij. Sed confitebatur se non esse dignam tantis beneficijs sua uirtute. Non deficiebant i ea aque salutaris doctrine. Unde Luc. ij. dicitur. Maria cõseruabat omnia uerba hec. s. dicta a filio r ꝺ filio conferens i corde suo. s. cum his que de eo prenunciata erant a prophetis. Et sic fluminis ipetus feruentis. s. sapientie letificat ciuitatem dei. s. beata Maria. Tertium quod requiritur ad bonitatem ciuitatis est bonum regimen: r gubernatio eius. Nam ut dicitur Ecc̃s. x. Ue terre cuius rex puer. Econtra Salomon i prouer. In bõis iusto rum exaltabitur ciuitas. Et Gratianus dicit di. viij. §. i. q̃ apud Platonem illa ciuitas iustissime ordinatur: i qua quilq̃ proprios nescit affectus. i. passiones r appetitus suos inordinatos. Est ergo i ciuitate anime ut rex uel regina uolũtas: que habet iperare omnibus potentijs. Et ut dicit Salomon: deus ab initio constituit hominem: r reliq̃t eum i manu consilij sui. i. in potestate r libertate arbitrij: posuit ante eum maluz r bonum: ad q̃ cunq̃ uoluerit extendet manum suaz. Sed si uoluntas peccato consentit: iam non est domina sed serua: r non nisi male põt talis ciuitas aie gubernari. Ne ãt erret regina ista voluntas: debet sẽper habere consilium cum ratione: secũdum illud ꝓuer. Oia fac cũ consilio: r post factuz non penitebis. Ratio ergo est consiliarius. Sed sinderesis secretarius: qui nunquam fallit: arguens illicita: et utilia approbans. Fantasia r memoria sunt referendarij. Cogitationes uero desideria: r passiones sunt subditi: qui habent regulari. Et cum bene regitur dicit dominus de ea. Ciuitas fidelis

iustícia habitauit in ea Isa.j.

Secundo notatur .§.II.

ei⁹ singularitas maxima in sanctitate in eo qō dicitur dei. Hec potest dici ciuitas illa: de qua. Joan. in Apocalipsi. Vidi ciuitatem sanctam ierusalem descendentem de celo a deo paratam vt sponsam ornatam. Hec est beatissima virgo Maria ciuitas sancta: quia munda deo dedicata ⁊ firmata. Et sic in syon firmata sum Ecclesiastici. xxiiij. Hierusalem dicitur uisio pacis in ea: vnde ip se ait. In oībus requiē quesiui. Descēdēte de celo vt a deo edificatā et datā i ciuitatē refugij pecca toribus: a deo paratā vtutib⁹ vt suā possessionez: vt sponsā ornatā ōi gīa: vt sponsa esset dei patris: ex qua vtute sps sci filiū generaret: cōem filij utrī qꝫ. Dī ergo ciuitas dei: vnde glīosa dīa sunt ō ea triplici mō seu cā uidelicet.. Primo qr deus eam fundauit. Secūdo qr deus eius possessionē continuauit. Tertio qr deus eā ihabitauit. Primo dī beata maria ciuitas dei: qr ipsam sūdauit. Sicut Alexandria sic dīa est: qr alexander eā fundauit: vt urbs roma dīa est: qr romulus primus eā fundauit ps. lvij. Sicut audiuimus. s. ex ueteri testō figuratum: sic vidimus ipletum in ciuitate dei nostri. s. vgine Maria. Deus fundauit eam i eternū. Unde ipsa ait Ecci. xxiiij. Ab initio. s. deo qui est initiū oīs creature: ⁊ ante secula tpalia creata sum. s. predestinatione i mente diuina: et semper postꝫ fūdata fuit ⁊ corpori eius concepto i utero matris. Anne ⁊ organizato infusa. b. Hiero. Intra secreti uētris angustias: manus oipotentī dei sēper opatur: idē formator corporis piter erāie. Noli despicere bonitatē figuli: qꝫ te fecit ut voluit. oi. lvi. Nasci. Mō āt spāli dī deus fundasse eaz quo ad corpus: qr miraculose cōcepta est: nō qdem qr ō spūsco: qm hoc pullegium soli xpo: sed qr ex pie Joachim ⁊ matre Anna sterilibus. vnde i figuram ut dic Damas. sicut Anna p vota et repromissis cuz esset steril⁹ genuit ex viro Samuelez: sic Anna ex Joahim uiro p uotum ⁊ oīones genuit Mariā. In esse āt spuali fūdauit deus ciuitatē istam: qñ i utero matris scificata fuit ab origiali totaliī mundata. In qua qdem scificatione copiosior gīa fuit i ea ifusa: qꝫ i ceteris ab utero scificatis: ut Joanne baptista ⁊ Hieremia. Scim⁹. n. plus gīe ei eē collatū ait. b. Ber. ad uincendum ex oī parte pcīm: que concipere ac parere meruit eum: quē constat nullū hūisse pcīz. Ac ēt pie credi pōt: qꝫ citius alis fuit scificata. Non qdem añ aie ifusionē: qa caro nō est subiectū culpe ul gīe sed aia. Infusa uero aia qꝫ citius ⁊ forte eadem die ⁊ hora ⁊si nō momēto: fuit ab origiali mundata contracto immediate p⁹ accessum eius ad corpus. Oō vī notare ps: qui loquēs de ciuitate dei ⁊ scificato eius tabernaculo, i. animo p⁹ pauca subdit. Adiuuabit eam deus mane diluculo: vt mane itelligatur natiuitas eius i utero: cuius diluculū bñs aliquid ō tenebris fuit tps quo organizatuz corpus suscepit aiam aliqualiter tenebrosam fcam p originale: sz i isto diluculo. i. qꝫcitius adiuuabit eam scificādo ⁊ prestando robur gīe: ad ōe opus bonuz tpe suo faciendum. Dī secūdo bta Maria ciuitas dei qr possedit eam deus: ⁊ continue possidet. Peccator possidetur a diabolo per culpam. Unde Lu. xi. de eo dī. Cum fortis armatus custodit atrium suum. i. animam uel mūdum: i pace sunt ea que possidet. s. non sibi contradicendo: ⁊ tentatiōib⁹ non resistendo. Boni ātē a dño possidentur: nō solum per gubernationem ⁊ dñium: sed ēt per gīaz ⁊ obedientiam: vnde dicunt dño per ps. Tu posedisti renes meos. i. affectus ⁊ delectatiōes meas ut sint fm uolūtatē tuaz. Sicut aliqua ciuitas dī ciuitas talis dñi: vt parisius ciuitas regis francie: qr qñqꝫ possidet ⁊ plene sub dñio ⁊ obedīctia ei⁹ ē. Et per hunc modum. b. Maria dī ciuitas dei: qr sēper possedit eam quiete ⁊ sub pfecta obediē tia. Nullius āt sci uel sancte aia fuit: qꝫ ita fuerit q ete possessa a dño. Sed aliqua rebellio ad ipsum reperta est saltem fm passiones ⁊ uenialia: excepta: iquit. b. Aug. hac sancta uirgine: de qua cū de peccatis agitur ꝓpter honorem dñi: nullam prorsus de ea uolo hēri mentionez. Si oēs sācti ⁊ sācte dum hic viuerent: iterrogati fuissent: utrū peccatum hērent: oēs vna uoce rñderent: qō ait Jo. i canonica. i. Si dixerimus: qr pcīm non hēmus: ipsi nos seducim⁹. Ubi satis pz qꝫ loqtur de actualibus saltē venialibus: perfectissime āt possedit ciuitatem istā: vt dicatur per excellentiam dei ciuitas. Unde ipsa ait ꝓuerbiorr. ix. Dns possedit me i initio uiarū suarr. Uie dñi sūt creature sue: per quas nos imus i deum cognoscēdum: sicut cā cognoscitur per effectum: ut ignis per sumum: dī āt hic initium nō priozitate tpis sed dignitatis. Ita .n. ciuitatē istaz bta maria possedit: ut sit ipsa initium creaturarū. i. dignissima super oēs creatas puras gīa ⁊ glīa. Tertio dī ciuitas alicuius in quantū est ihabitator eius: ⁊ sic Nazareth dīa fuit ciuitas xpi: qr ibi conceptus ⁊ nutritus fuit. vñ dī Mat. ij. de xpo veniens. s. de egypto cum mīe ⁊ Joseph hitauit nazareth: vt ipleretur qō dictum est per ꝓphetaz: qm nazareus uocabitur. Et Bethleem dīa est ciuitas dauid: qr ibi natus ē: ⁊ habitauit i pueritia ⁊ adolescentia. Et fm hoc dicit bta maria ciuitas dei: qr deus corporaliter. i. fm corpus assūptū hitauit i ea. ps. lvij. Magn⁹ dñs ⁊ laudabilis nimis. s. dei filius iesus xps i ciuitate dei nostri. s. bte uirginis ad habitandū p nouē mēses cōtinue: ⁊ totam ifantiam ⁊ pueritiā trāsegit cū ea: ⁊ in ea. Hec est ciuitas illa mirabilis figurata: quam uidit Ezechiel i ultima uisione: i q dñs solus itroibat ⁊ egrediebatur: ⁊ porta eius clausa

remanebat significans secūdum.b. Aug.q2 Maria uirgo fuit ante partū:in partu:7 post partuz. Et quē totus non capit orbis i sua se clausit uiscera factus homo. Unde 7 canit eccl'ia. O gloriosa dña excelsa super sydera qui te creauit puide lactasti sacro ubere. Quod eua tristis abstulit. s. uitā corporis 7 aie:tu reddis almo germie.i filio exte genito:qui mortez nostrā moriendo destruxit: 7 vitam resurgēdo reparauit aie 7 corporis:ut cāliter 7 uirtualiter. Unde aptissime dicitur. Glioſa dicta sunt de te ciuitas dei. Alber.āt in libro superrmissus est dicit:q3 iō gloriosa dicta sūt de hac ciuitate.s.uirgine Maria:q2 oia q̄ ad pfectionez ciuitatis pertinent:in beatissima uirgine inueniri: 7 de beatissima uirgine dici pñt. Fuit.n.fundata super humilitate:per castitatem murata:thurificata per charitatē:ditata per paupertatem:custodita per discretionez:libera immunitate peccatorum:pacifica super actione tentationum: diuino officio ordinata per eleganriam morum:edificata populosa uirtute 7 oīum donorum gratuitorum: irrigua abundātia miserationū:i altissimo sita p excellētiam priuilegiorum.

De eius nobilita.§.III.

te quo ad tertium:gloriosa dicta sūt de te:q2 natiuitas gl'iose uirginis marie:ex semine abrahe orta de tribu iuda:clara ex stirpe dauid:canit eccl'esia. Natiuitas āt prius fuit in utero .s.per conceptionē:7 ex inde ex utero nata eius uita iclyta:cūctas illustrans eccl'esias:per opera gloriosissime sanctitatis:i quibus consistit uera nobilitas aie:quia ut ait sapiens. Nobilitas uera est que moribus animum ornat. Ex ea quoq3 ortus est sol iusticie xp̄s deus noster:origo 7 fons oīs nobilitatis. Gloriosa igitur dicta sūt de te o beatissima Maria. Ubi notandū ſm Alber.magnum super missus ē: de quo libro assūpta sunt plurima in materia ista ō uirgine:vt infra pz:q3 nobilitas rei consistit in tribus. Primo i sua cā. Secundo in sua substantia. Tertio i sua efficientia. In cā. Si a nobili origie principium ducat. In substātia. Si nobilē essētiā 7 pprietatem i se possideat. In efficientia. Si nobiles effectus ex se producat. Quantum ergo ad primum nobilissima fuit:vnde 7 gloriosissima.s. ex parte cāe 7 originis sue. Nam fuit filia principis.s.abrahe:i quo deus populum peculiarez elegit sibi:7 distinxit ab alijs. Ab Abraham.n.quadragesima 7 vna generatione descendit:ut pz ex euangelio Mat.i principio:de quo abrahe dictuz est i Señ. Princeps dei esto iter nos. Et cui p̄mo facta est repromissio de xp̄o nascituro:cum dēm est ei. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Non dicit in seminibus:iquit apl's ad Gal.iiij. sz i uno 7 semini tuo:qō est xp̄s. Hic abraham fuit ille nobilissimus patriarcha:vnde denominātur hebrei quasi hebraici:qui primo confessus ē fidez unius ueri dei inter idolatras caldeos:adorantes ignem pro deo:in quem iectus ab eis ut experiet uirtutē eius:illesus exiuit:recedens postea ab eis vt peregrinus discurrens per palestinam. Et ō ipsa uirgine dicitur i Cāti. Quā pulchri gressus tui i calciamentis filia principis.glo.i. Opera tua in exemplū sc̄orum:quos imitaris 7 omnes excellis.

Quantum ad secundū.s.substantiā nature pfectionem 7 plenitudinem gr̄e i se hereditauit: et liberrima fuit. Libertatem.n. maxime facit imunitas a peccato:7 plenitudo gr̄ie que i ea fuit. Qui n.facit pcm:seruus est peccati. Seruitus.n.ē omnino contra nobilitatem: Sed ipsa sola inter puras creaturas fuit sine peccato ēt veniali:7 ideo maxime libera. Et ista est glorioſior nobilitas .s. ex gr̄ia 7 uirtute:q3 illa que est sc̄om carnem. Unde Seneca ait:q3 non facit nobilitatem atriū plenum fumosis imaginibus:q2 qō ante nos ē:nām non est Non.n.ad nostram uixerunt gl'iaz. Ualt ex his verbis oñdere:q3 tm̄ nobilis est ille quē nobilitat sua uirtus. Hic 7 Criso. Nemo ex uirtute aut ex vicio parentum uere aut clarus aut obscurus est:imo nescio quō non ille magis resplendet: qui ex parentibus a uirtutibus prorsus alienus: q3 ipse qui fuerit dei uirtute mirabilis dis.lvi.nū q3. Sed tunc queritur in quo consistat nobilitas sc̄om carnem. Et cum dicatur a sapiente:q3 nobilitas ſm carnem non est aliud q3 inueterate diuitie:tunc uidetur q3 istam nobilitatez non habuit b.Maria:cum fuerit paupercula:7 coniūx eius Joseph carpentarius. Et sic vi q3 nobilitas ista ſz carnem non sit a rebus. Sed neq3 a corpore uideē q3 sit:q2 nobilitas corporis est ex nobilitate complexionis. Inueniuntur āt reges 7 p̄ncipes qui nobiles dicūtur:7 sunt ſm carnem aliqñ complexionis melācolice uel flegmatice:7 econtrario rustici colerici 7 sanguinei:ergo non trahitur a corpore. Item uidetur q3 nec ab aīa:q2 aie ñ sūt extraducte:7 sic uidetur q3 nihil sit nobilitas ista ſz carnē. Sed pro nūc breuiter rñdetur 7 ifra i sequēti .§. plenius q3 nobilitas ista ſm carnem non solū quo ad gl'iam mundi:sed ēt multuz adiuuat ad uirtutes animi:7 ad bonum icitat:quanuis ipsa sola ñ cogat ad malum uel bonum. Quantuz ad tertium fuit nobilis.b.Maria i efficientia:q2 actiue 7 passiue. Actiue: q2 per ipsum fructum uentris sui:ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei: ubi cessat omnis prelatio subiectionis in alios: et seruus liber est a domio suo. Passiue:quia si ueritas liberabit uos:vere liberi eritis:ut dicitur Jo.viij. ml'to ē facta libera:que ueritatē istā genuit. Sic autem orta 7 concepta ē a nobilissimis 7 dignissimis. Et hec dignitas eius eis inuenitur in causa

substantia: et efficiētia: sicut ꝛ nobilitas. Et i causa quidē reperīt triplex dignitas: ex qua origiata est. Prima dignitas regalis: ꝛ hec corporalis. Secunda sacerdotalis: ꝛ hec spualis. Tertia ꝓpheta lis: ꝛ hec celestis. Concepta ē āt bta Maria ꝛ nata regali ex ꝓgenie: q; ex dauid ꝛ successorib' ei'. regibus ppli dei: ꝛ ꝓpterea xps dictus est frequēter i euangelio filius dauid: q; ex eo mater ei' descendit: qō ꝛ iudei confessi sunt. Ex sacerdotali quoq; tribu descendit: quia cum solum ille due tribus. s. regalis ꝛ sacerdotalis ad iuicez possēt cōtrahere coniugia: ꝛ nulle alie tribus fm dñi legē. Aaron āt primus sacerdos ꝛ summus a domino institutus in uxorem duxerit de tribu Juda: ꝛ Joaides summus sacerdos uxorem habuerit similiter de tribu iuda ꝛ stirpe regia. Et econtra aliqui de tribu iuda ducerent in uxores ō tribu sacerdotali. Sic bta maria ex sacerdotali ēt tribu descendit: vnde ꝛ Elizabet ō tribu sacerdotali orta erat cognata uirginis id est actiuans. Ex ꝓpheta li quoq; dignitate descendit: que dici pōt celestis: q; ꝓphetie donum a deo est ímmediate: ex eo q; Nathan ꝓpheta descēdit ac ēt Dauid ꝛ Salomone: q; fuerunt ꝓphete. Jn substantia quoq; dignissima fuit. i. in persona sua. Nam ipsa est regina celorum: ipsa est regina q; assistit a dextris dei in fimbrijs aureis ꝛc. Fuit ꝛ sacerdotissa iusticie: que ꝓprio filio non pepercit: sz stabat iuxta crucem iesu. Non ut dicit beatus Ambrosius: ut mortem filij aspiceret: non ut dolorem filij consideraret. sed vt salutē humani generis expectaret: parata ipsa offerre filium deo pro saluatione mūdi. Prophetissa fuit: cuj ait. Ecce enim ex hoc beatam me dicent ꝛc. in cuius figuraz dicit Jsa. Accessi ad prophetissam ꝛc. Jn efficientia quoq; fuit dignissima. Ipsa enim triplicem dignitatem originaliter transmisit: in filium principaliter: specialiter in nos. Post hec generaliter filium genuit qui rex ꝛ sacerdos ꝛ ꝓpheta fuit. Rex: quia i uestimento suo id est humanitate scriptuz h3 rex regum: ꝛ dominus dominantium. Rex sum ego: ait ipse Pilato: de quo solo sapientes sapienter q̄ fierunt dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeorum. Sacerdos est iustissume secundum ordinem Melchisedech: qui per ꝓprium sanguinē introiuit semel in sancta eterna redemptione inuenta. Jpse etiam ꝓpheta ꝓmissus per Moisen potens in opere ꝛ sermone. Et istam triplicem dignitatē beatissima Maria i nos transmisit: que nos fecit deo regnum ꝛ sacerdotes: ímmo regale sacerdotium: ad regendū nos uirtutibus ꝛ ímmolandum deo hostiam laudis ꝛ bonorum operuz. Et sic pz q; gliosa dicta sunt de ea: quātum ad maximam nobilitatem ꝛ dignitatez.

Sed ꝓ maiori .§.IIII.

declaratione nobilitatis que est secundū carnem nota secūdū Albertū ubi supra: q; nobilitas ista secundum carnem est traductio carnalis originis a parentibus secūdum seculum in diuitijs uel potentia uel dominio constitutis: ex quibus quantū ex parte nature est: creatur in filijs similitudo cōplexionis: ꝛ conformitas morum: ꝛ imitatio operationis. Homo enim pauper ꝛ ignobilis: si diuitijs ceperit affluere: incipiet delitijs magis uacare cibis delicatioribus se nutrire: et sic complexionē nobilitate exercitijs honestioribus occupari: parua damna minus curare: paruis lucris minus inhiare: dona minus curare: alienum dominiuz minus timere: libertatem magis appetere: maioruz consortia contrahere: cum ipsis matrimoniuz ingere: ꝛ eorum opera ꝛ mores imitari: ꝛ sic natura primo seruilis ꝛ ignobilis: uicta per cōsuetudinē in contrarium transmutatur. Et quāto hec a remotiori ꝛ diuturniori radice ad ramos transmittitur: tanto magis nature inclinatio induratur: ꝛ inseparabilior efficitur: ut in filijs quantum ex parte nature est conditio similima patribus inueniatur inclinatio naturalis: ꝛ hec apponit nobilitas carnis: que quantum est de sui natura semper ad honesta ꝛ decentia plusquaz ad uilia inclinatur. Et hoc totum verum est: nisi libertas arbitrij uel consuetudo: vel alia causa extrinseca contrarium operetur. Et sic patet q; nobilitas non est tantum ex qualitate complexionis: cum rex uel digna persona melancolice complexionis magis sit audax uel largus rustico propter consuetudinem sanguinee complexionis. Licet eniz anima non sit extra ducē: tamen existens i carne: operatur plus ul' frequentius: secunduz q; a carne amplius ad aliqua inclinatur. Q; autem sola nobilitas mētis uidetur laudanda. Respōdemus q; si equalitas operationis contraria agit nobilitati originis: tanto uitiosior ꝛ detestabilior est deformitas operatiōis: quanto magis est contra naturalem inclinationez originis. Et sic magis culpabilis est nobilis uitiosus q; ignobilis: ubi autem nobilitas originis ꝓficitur et ornatur nobilitate moruz et operis: utraq; alteri prestat incrementum laudis. Deinde virtus originis ostenditur in operatione: non quasi aduentitiam uel cito mutabilem: sed quasi ꝓpriam ꝛ innatam et debitam nobilitatem contraxerit a parente. Et dum uirtus mentis fundamētuz et radicem habet nobilitatuz carnis: difficultius a vtute moueatur dignitatibus nō mutabilibus sed quasi innatis minus eleuetur in humiliationibus quasi magis indignis altius exaltetur: ꝛsi uirtus mentis forsitan tepuerit: ipsa carnis nobilitas eam ad nobilia excitat. Et inde est: q; quando he due nobilitates cōiungūtur ambe merito collaudantur. Unde dicitur de sancto Gregorio. Fulgebat duplex in uenerando decus ꝛ cetera. Si autē

separātur he due nobilitas carnis non laudatur: sed uituperatur qñ deest nobilitas mentis. Nobilitas āt mentis sine nobilitate carnis tāto amplius laudatur: q̄to ēt ꝓpriam uincens naturā laudabiliter operatur. Unde uersus. Iuuenalis. Malo pater tibi thersites dū mō tu sis. Eacide filius vulcaniaq; arma capescens: q̄ te thersiti similez ꝓducat achilles.

Si āt dicatur: uidetur q̄ beata virgo magis ō buit esse ignobilis conditiōis ꝑm carnem q̄ nobilis: tū q̄. j. Lor. j. dī. Non multi sapientes ꝑm carnem: nō multi nobiles: sed ignobiliora mūdi ⁊ cō tēptibilia ⁊ que nō sunt elegit deus: vt confundat fortia. Sed beatā Mariā elegit deus ⁊ preelegit: ḡ debuit potius esse ignobilis: tum q̄ glo. ibi dic. Uenit humilis deus nō q̄rens altos sed humiles. Unde non elegit reges uel senatores uel phos uel oratores sed plebeios: pauperes: idoctos: piscatores. Et sic ista oībus p̄electissima uidetur: q̄ debuit esse plebeia ⁊ paupercula: tū q̄ vī maior humiliatio dei nasci de ignobili q̄ ō nobili. Ad q̄ rñdetur: q̄ illa dēa sunt de p̄dicatoribus primis: p q̄s mundus erat conuertendus ad fidem: quos congruebat esse plebeios ⁊ idoctos: ne eorum sapie: potentie: uel dignitati ascriberetur id qō deus per gratiam ⁊ suū ministeriū operabatur: ⁊ sic crux xp̄i euacuaretur. Unde cōgruebat q̄ non i doctū hūane sapie uerbis nec i potentia dignitatis homines ad fidē deciperētur uel cogerēt: sed simplicibus simpliciū uerbis exterius: diuina uirtute cooperante iterius: humiles per humiles vocarent: ⁊ sic deus hūilis exaltaretur: ⁊ diabolus qui p superbiam uicerat uiceretur. Unde glo. ibi. Nisi filiter p̄cederet piscator: humiliter ñ sequeretur orator: sed i beata Maria aliud reformat pactū matre dñi: quam decebat modis oībus: q̄bus potuit exaltare: ⁊ sibi nostrā naturam uniendā i ipsa: de qua eā assūpsit per oia honorare: vt sua erga nos gr̄a tanto maior appareret: q̄to naturam nostrā sibi iseparabilibus uniuit. Et q̄to modus illius vnionis multiplitius decoraret: eius quoq; humilitas tanto profūdior ⁊ maior gratie capatior fieret: quāto ēt ⁊ gr̄e plenitudo ⁊ nobilitas eleuaret. Tanto ēt hūilitas maior est: ⁊ magis laudatur: q̄to quis nobilis ⁊ magnus exñs humiliator. Uñ. b. Ber. In alto non altū sapere sed humilib⁹ cōsentire: maxime uirtutis est.

De conceptione. b. Marie. Capitulus. iiij.

Memoria mea in generatione seculorū Eccī. xxiiij. Et quō sit ista memoria de uirgine singularissime in generatione seculorum: ostendit p̄s. c. xxxix. cum ait in persona eius. In capite libri scriptū est de me: vt facerē voluntatem tuam. Ubi sciendum q̄ tres sunt libri i quibus est scriptū de ea ⁊ memoria ei⁹. Primus liber etnalis cognitionis. Secūdus liber figuralis descriptiōis. Tertiꝰ liber perfectionalis eruditionis. In primo generata sunt secula in mente diuinali per preordinationem. In secūdo generata sunt secula in esse naturali per narrationē. In tertio generata sūt secula i eē spuali per reformationem. Et i oībus his est memoria uirginis in capite cuiuslibet libri ut q̄d singularissimū scriptū.

Quantū ad primū .§. I.

sciendū q̄ liber eternalis ē mēs diuina: i quo sunt oīa que fuerūt sūt ⁊ erunt scripta: ista scriptura ē noticia dei que est oīum rerum: non solum q̄ facta sunt: sed ēt que fieri p̄nt: que nūq̄ erunt: sed eorum que creata sunt ⁊ creabuntur seu erunt. Inter cetera sūt i hoc libro eterno scripti oēs electi dei: preordinati ab eo ad uitam eternam: ⁊ oīa bona que eis collaturus est: de quo libro dicit aplus de quibusdam discipulis ad Phil. iiij. Quorum nomina scripta sunt i libro uite. Unde ⁊ gratianus dicit de pe. di. iiij. q̄ ꝑm prescientiā aliquaz scribi i libro uite: est aliquem preordinari ad uitā. s. gr̄e ⁊ glie: qō ab eterno preordinatuz est. Et Moises Exo. xxxij. Aut dimitte pplo isti hāc noxam scilicet idolatrie commisse ad montē sinai adorando uitulum: aut dele me de libro quem scripsisti: quasi di. Quia scio te non uelle me delere de libro uiuentium: ideo parce huic populo. In hoc libro ñ est priorītas temporis: ut scilicet prius mens diuina vnum cognoscat: ⁊ postea aliud: sed priorītas dignitatis: vt dicatur prius scriptum quod nobilius ⁊ perfectius fiendum est dispositum. Sicut etiam accipitur quod ait Joānes baptista de christo. Ante me factus: quia prior me erat Jo. i. Nō quidem tempore prius conceptus ⁊ natus est christus Joanne: sed ioannes prius factus id est cōceptus per sex menses: ut patet Luce. i. Sed dicitur christus ante eum factus ⁊ prior dignitate: quia sine comparatione christus perfectior sanctior ⁊ dignior ioanne. Et isto mō dicere potest beata Maria in capite libri scilicet diuīe p̄ordinationis scriptum est de me: quia ab eterno precognouit ⁊ preordinauit deus tempore suo concipiendam ⁊ noscendam uirginem: que esset sāctior uniuersis puris creaturis etiam angelis. Et ideo in capite libri dicitur scriptū ē de ea: vt faceret uoluntatez dei: quia pre ceteris perfectius operata est secundum uoluntatem dei: vt esset gratia ⁊ gloria excellentior omni pura creatura. Unde et de ea cantatur. Elegit eam deus: et preelegit eam Elegit ab eterno preordinando. Et preelegit eam: id est pre omnibus alijs excellentiorem disposuit facere. In generatione ergo seculorum secundum. s. q̄ fuerant

creāda dispōsita in mente diuina: ab eterno fuit memoria b' uirginis: ut quid singularissimum.

Qtum ad secūdū .§.II.

principali notantur quindecim perfectiones gr̃e: que fuerunt in ipſa virgine ex interpretatione nominum quindeci regũ: qui fuerũt in pplo illo dei a Dauid uſq; a ieconiam regẽ q̃ cũ pplo ductus ẽ captiuus in babilonẽ: ut cõueniẽtiſſime dicere valeat thema ꝓpoſitum. In me omis gr̃a vite. Prima igit gr̃a eſt p' ꝯceptũ ſanctificatio. Poſtq̃ eni anna concepit ex Joachim virginem Mariam: anima eius a deo creata: ⁊ corpori infuſa q̃citius ⁊ forte eadẽ die fuit ſanctificata ab originali mundata: ſm illud. Sanctificauit tabernaculũ ſuũ altiſſimꝰ. Nos per nouẽ menſes moramur in peccato i utero mris: in quo ſi morimur: deſcẽdimus ꝓpter illud originale ad limbum inferni. Sed. b. virgo q̃citius fuit facta ſancta: poſt aie infuſionem quod figuratur in Dauid. ſequitur. n. i ipſa genealogia dñi. Jeſſe aũt genuit Dauid regẽ. hic interpretat pulcher aſpectu. Et de virgine ait ſpus ſanctus. Can. iiij. Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula nõ eſt in te. ſ. peccati. Purgato originali ⁊ actuali nõ perpetrato. Secũda eius gratia eſt natiuitas gaudioſa. Natiuitas tua ſancta dei genitrix vgo gaudium annunciauit uniuerſo mundo. Uidẽtes enim angeli natam tam ſanctam creaturam: magnum gaudium fecerunt. Et ita quolibet anno in celo fit: ut reuelatũ fuit cuidam ſancto heremite. vnde in genealogia dñi ſubditur. Dauid genuit Salomonem qui interpretatur pacificans merẽtes: q; angelos dolentes modo ſuo de perditione hominuz et eorum ruina: natiuitas hꝰ letificauit vnde i troitu miſſe canitur. Gaudeamus omnes in domino diem feſtum ⁊c. De cuius natiuitate gaudent angeli ⁊c. Tertia gratia que diſpoſuit ad generationem chriſti eſt in templo pñtatio: ſeu dedicatio. Immundi quidem ꝓuerſatione nõ bene põt mens in diuinis dilatari. Nemo eniz militans deo: implicat ſe negocijs ſecularib9. vñ ⁊ xp̃us inter turbas fuit cũ eſſet duodennis ãmiſſus ⁊ in templo repertus. Uirgo igitur Maria ablactata fuit tribus annis. hec enim ſunt fortiores per totam vitam ſuam: quaz ſi per duos annos. Et ablactata fuit ab Anna ꝓpꝛijs mamillis. Deus et natura nihil fruſtra operantur ſm pħm. ꝓpterea autem date ſunt mamille mulieribus vt valeant de lacte ſuo nutrire filios ſuos: nõ ut oſtẽdãt eas pplo. Fruſtra igitur videntur eſſe in illis: q̃ nõ nutriunt filios ex eis cum poſſint: ſed tradunt aliis nutriendos. Quod. b. Gregorius papa i decretis: di. v. Ad eius: multum reprendit mulieribus. Nam ex malo lacte nutriti: ꝓhunt malas cõditiones nãles. Poſt ablactationem igitur eius dixerũt parẽtes eiꝰ ad templum ipſam offerendo. Nõ expectarunt q̃ prius diſceret mundi uanitates. Nec obtulerunt filiam claudam: illegitimam: turpez: vel pauperem: quam dotare nõ poſſent: ſicut hodie faciunt qui offerunt filias in monaſterijs: vel filios in clauſtro ſeruituros. Indignũ eſt dare deo qõ dedignatur: homo ait. b. Hieron. ſuper ꝓphetias: ſed dederunt deo Mariam unicam filiã pulcherrimaz honeſtiſſimam ab omnibus amabilẽ: hoc ſignatur in roboam: quem genuit Salomon ⁊ interpretatur latitudo populi: quia virgo fuit dilatata in uirtutũ populo. Quarta gratia eiꝰ fuit ſancta conuerſatio: qõ figurauit qñ ducta ad templum: dum parentes incederem ad mutãdas et aptandas ueſtes: q; ab extra veniebant. beata Maria ita paruula. ſ. trium annorum per ſe aſcẽdit: ⁊ erecta per. xv. illos gradus per quos ab imo aſcendebatur ad templum: vbi ſacerdotes officia exercebant: ⁊ ſignificant quindecim ſtatus hoiũ:

qui sunt in templo glorie infra diuinam maiestatem: uidelicet nouem ordines angelorum: ⁊ sex sanctorum .s. patriarcharum: ꝓphetarum: apl̃orũ: martyrum: confessorum: ⁊ sanctarum virginum: quorũ omnium perfectionem transcensura erat: unde prouer. vltimo. Multe filie. i. anime congregauerunt diuitias: dignitas scilicet uirtutum: tu sola scilicet beata Maria supgressa es vniuersas: ⁊ in templo cum alĩs virginibus in omni sanctitate conuersabat. Et significatur in Abia filio roboam: qui interpretatur ipse dominus. Quinta est visitatio frequens angelorum. Cum enim in templo insisteret multum orationi: angeli visitabant eam: consolantes ⁊ deferentes orationes eius ante deum: ⁊ referẽtes ei dona gr̃a a deo. Mane. n. vt dicitur in hist̃oria eius usq; ad tertiam: diuinis laudibus vacabat: ⁊ a tertia usq; ad nonam in externo opere se exercebat: dans exemplum uitandi ocium. Panem inquit Salomon prouerb. vlti. ociosa non comedit. Sed operata est lectioni: scripture partim vacabat. Cibum sumebat: vt ait b. Ambro. in li. de virginibus: qui mortem arcẽt: non qui delitias ministraret. Sicq; virtutibus q̃tidie magis eleuabatur in deum: qõ innuitur in asa: qui interpretatur attollens. scilicet se in deũ. Abias enim genuit Asa. Sexta conditio que valet ad generationem christi: etiam in mente nostra: est cura salutis aliorum. Unicuiq; mãdauit deus de proximo suo scilicet vt curam habeat de salute eius: ⁊ si non eo mõ stricto quo et prelati: tamẽ modo charitatiuo. Unde Anacletus papa omnes summam debent habere curam de his q̃ pereunt: ut aut eorum redargutione corrigantur a peccatis: aut si incorrigibiles sunt ejciantur de ecclesia. xxiiij. q. iij: Tam sacerdos. Solicita aũt erat beata Maria ne quam ex sodalibus offenderet: admonens eas ne contumelios̃a esset altera alteri: sed inuicem seruientes ⁊ honorãtes: ab ociosis verbis abstinerent semper deum laudarẽt. vnde et ipsa cum vocabatur respondere solita erat per deo gratias: vt ⁊ illud modicum verbum nõ esset sine dei laude: vnde in ea regnabat ioſaphat qui interpretatur iudicans: genitus ab Asa: quia ipsa cuncta iudicans ⁊ discernens a nemine poterat reprehendi. Septima est propositum virginitatis. Proposuit enim in mente sua virginitatem seruare: nisi sibi deus aliter reuelaret: quia insolitum tunc illud erat. Et ideo angelo salutanti dixit. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. i. proposui non accipe viz. vt exponit Beda. Postea aũt sumpto spõso ex dei reuelatione uotum virginitatis cum sponso Joseph emisit et vterq; vt. dicit. b. Augu. in virginitate permansit. Et sic fuit Joram spiritualiter: qui interpretatur excelsus: q; virginitas facit homines similes angelis. Nuptie ait. b. Ambro. replent terram uirginitas paradisum res est voti non p̃cepti: ⁊ sic facit excessum. Josaphat enim genuit Joraz. Octaua conditio est, robur. i. firmitas propositi i bono concepto: ut enim dicit. b. Greg. super Ezechi. qui bona agunt: ⁊ meliora agere proponunt: si ñ faciunt: licet in bonis prioribus persceuerent in cõspectu tamen domini ceciderunt. Multa eni diabolus proponit ad impediẽdum: ne q̃s exequat bona proposita: sed viriliter age: ⁊ esto robustus ad ea exequendum. Joram enim genuit oziaz: qui interpretatur robustus: quia ex celsitudine ꝓpositi boni debet generari robur ⁊ firmitas in eo. Unde ⁊ cum iam esset nubilis etatis facta beata Maria ⁊ sacerdos admoneret domuz reuerti ad nuptias contrahendas. Respondit se hoc agere non posse propter propositum virginitatis: et sic firma ⁊ robusta fuit in sancto proposito. Nona est continuus profectus in virtutibus ⁊ maius bonum: Nam vt dicitur prouer. iiij. Justorum semita q̃i lux splendens proficit: ⁊ crescit usq; ad p̃fectum diem: vnde ⁊ animalia que vidit Ezechiel in visione significantia secundum. b. Gregori. sanctos viros: cum proficiscerentur non reuertebantur: sed vnumquodq; ante faciẽ suam gradiebat Ezech. i. quia videlicet homines iusti non redeũt ad mala que commiserunt: nec firmant se desistẽdo a bonis operibus: sed continue ad meliora ꝓcedunt. Et h̃ est Joathan qui interpretatur perfectus quem genuit ozias. Sic beata Maria semp ad perfectiora opera se extendebat: facta omniũ sanctitatis exemplum ⁊c̃. Decima est inquisitõ circa dubia: ex qua declaratur quid agendum. ne incaute agendo exponat se periculis. Deut. xxxij. ait moy. Interroga patres tuos ⁊ annuntiabunt tibi maiores tuos ⁊ dicent tibi: scilicet quid sit recte fiendum. Et hoc est quod Thobias admonebat filium suum dicens. Consilium semper a sapiente inquire. Thob. iiij. Et signanter dicit a sapiẽte. i. pito in illa re de qua queris. Unusquisq; enim bene iudicat que nouit. ait ph̃us in Ethicis. Sic̃ non posset tibi bene consulere lanifex de arte pictoria: aut miles de negotiatõne: ita nec de pertinẽtibus ad conscientiam vel cultum diuinum qui vacat mundanis. Hic est achas genitus ab ioathan: qui interpretatur comprehendens: quia ex inquisitione comprehenditur veritas rei. Summ̃ igit sacerdos: vt legitur audito proposito virginitatis beate Marie: quia res dubia erat: que fuit a dño ⁊ comprehendit voluntatem eius. Undecima est diuinum oraculum seu diuina inspiratio. Cũ enim ait Josaphat ignoremus quid agere debeamus: hoc residui habemus: vt oculos nostros ad te. s. dominum erigamus. Aliquando enim res est ita obscura q̃ homines non sufficiunt declarare: ⁊ ideo tunc ad deum recurrendum est: ut reuelet: uel inspiret quid pro meliori agere debeat:

quod innuitur in eo q̄ Achas genuit Ezechiam qui interpretatur auxilium dei. Ex inquisitione enim per orationez quando non sufficit virtus et scientia humana: deus auxiliatur inspirando q̄ fieri oportet. Reuelauit enim deus summo sacerdoti: q̄ omnes ō tribu iuda afferrent virgas ligneas: et tunc manifestaretur cui desponsata erat.

Duodecima est obliuio mundanorum ut sc̄z in agēdis non habeatur respectus ad aliquid mūdanum: sed dei beneplacitum. Obliuiscere populum tuum: ait dominus per p̄s. ad animam deo deditam: 7 domuz patris tui. Et h̄ est Manasses rex filius Ezechie. qui interpretatur obliuiosus. Oblita erat in opere omnium passionum et consanguineoruz beata Maria: et solum attenōbat ad dei uoluntatez: et Joseph etiam quasi oblitus esset: 7 non curaret contrahere matrimonium: cum senex esset: non attulit ipse virgam ul̄ si attulit non dimisit sacerdoti: ut dictuz fuerat: quāuis et ipse esset de tribu iuda: et familia dauid. vnde reuelatum fuit a domino: q̄ non dederat ille virgam ad quam spectabat virgo beatissima. Tertiadecima est fidelitas ad deum. debet enim quis fideliter deo subiici in his que exigit ab eo quātū cūcz uideatur ineptus et ipremeditatus: iuxta illud. Isa. lix. Domin' aperuit mihi aurē. ego autē non contradico: retrorsum non abij. s. resistendo voluntati dei. Et h̄ est Amon quem genuit Manasses rex iuda: qui Amon interpretatur fidelis. Ex quo enim perpendit Joseph deum uelle: 7 ipsum uirgam cum ceteris sacerdoti tradere eam secundo attulit. Et tunc frondiuit et floruit: ac fructum fecit: 7 columba apparuit super eam. Juxta illud uirga iesse floruit ꝛc̄. vnde manifestum fuit omnibus ad Joseph sponsam illam pertinere.

Decimaquarta est desponsatio facta inter Mariam et Joseph castissima: que ideo facta fuit ad celandum diabolo hoc mysterium: ne machinamēta quereret contra christum. Viso enim miraculo illo fuit desponsata Maria Joseph. Et hoc significatur in Josia filio Amon: qui interpretatur salus domini: quia per illam desponsationem saluatus est bonor domini christi ne abiiceretur ut illegitime natus: et saluata fuit fama uirginis et uita: ne putaretur fornicaria: 7 lapidaretur. Et multa alia mysteria ibi sunt. Decimaquarta 7 ultima gratia perfectionis est preparatio ad filiū dei concipiendum: que preparatio fuit per profundam humilitatez: q̄ ipsa insinuat: dicens. Respexit humilitatem ancille sue. Non dixit virginitatem: benignitatem: charitatem: que omnia grata deo erant in ea. Sed humilitatem. b. August. O felix ancilla. O humilis gratia: que dum fidē humiliter dedit: celi in se opificem incorporauit: q̄ innuitur in Joachim qui interpretutur preparatio. Per humilitatem enim preparauit virgo se ad recipiendum filium dei in vtero. Et sic patent xv. conditiones: vel gratie beate Marie. vnde bene dicitur. In me omnis gratia ꝛc̄.

Quātūz ad tertiū. §. III.

principale notatur. xiij. perfectiones gratie: q̄bus b. Maria subuenit hominibus in diuersis statib⁹ constitutis: ut merito possint dicere illud. De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiaz: Jo. i. Est enim quadruplex status hominum: quibus beata Maria subuenit gratia sua. In me ait oīs gratia vite. Primus est status religiosorum: q̄bus sunt necessarie tres gratie ad salutem eoruz: et ad eas habendas et conseruandas beata Maria suis exēplis: 7 meritis: ac precibus iuuat. Primum est voluntaria paupertas: ut illud inueniat in eis: quod ait aplūs. ij. Lozin. vi. Tanq̄ nihil habentes oia possidentes: tanquā nihil habentes. s. ꝑprium. Et Hiezony. habens victum et uestitum his contentus eo nudam crucem nudus sequar. Hec significatur per Jeconiam qui interpretatur preparatio: q̄ paupertas preparat hominē ad perfectionem: 7 si in ea non sit pfectio. Secūdo est castitas que figuratur in Salathiel. nam ut dicitur in genealogia domini: post transmigrationem babylonis Jeconias genuit Salathiel. hic interpretatur petitio mea deus. hoc enim petit deus a religiosus. ij. Lozin. vi. Exhibeamus nosmet ipsos sicut dei ministros in castitate. Per hanc ostēdit se petere deum. nam ut dicitur iaꝑ. vi. Incorruptio facit proximum deo. Tertiū est regularis disciplina: per quam cohercetur sensualitas: ad appetibus plenis cōfusione: per ieiunia: vigilias: silētia: obedientiam: exercitia: 7 huiusmodi. Et hec ē Zorobabel. Salathiel enim genuit Zorobabel q̄ interpretatur magister confusionis: quia disciplinat et corrigit ea que confusione sunt digna. In disciplina perseuerate ait aplūs ad Hebre. q̄ hec conseruat religionem. vnde multis religiosis beata Maria sepe apparuit: vt beato Bernardo: Dominico: Thome: et alijs eos i religione confortās.

Secundus status est prelatorum ad quorum debitum officium pertinent quattuor status gratie. Primum est paterna sollicitudo ad subditos: Rom. xij. Qui preest in sollicitudine ad prouidendum necessaria utrique homini. Et hec dicitur Abiud filius Zorobabel: qui interpretatur pater meus iste scilicet sollicitus de me. Secundum est doctrina excitans pigros ad operandum bene. ij. ad Thimoꝯ. iij. Argue obsecro increpa in omni patientia et doctrina. Et hec est Eliachim genitus ab Abiud qui interpretatur resuscitans. Per doctrinam enim resuscitantur mortui peccatores ad vitam gratie: et euigilant ad operandum. Tertium est scientia consulens imperitis. Male enim

potest docere subditos qui est ignorans. Cecus enim si ceco ducatum prestet ambo in foueam cadunt. vnde beatus Augustinus. Laueat spiritualis iudex: vt sicut non commisit crimen nequitie: ita non careat munere scientie. hic est azor helia chim enim genuit azor: qui interpretatur videns lumen. Ignorantes enim ceci sunt ꝛ duces cecorum. Quartum est sanctitas vite. Sicut enim christus cepit facere et docere: Act. ꝑmo. ita mandauit prelatis ecclesie: illud Mathe. v. Sic luceat lux vestra id est vita clara et sancta coram hominibus: ut videant opera vestra bona: et glorificēt patrem vestrum. vnde dicitur Azor genuit Sadoch: qui interpretatur iustus: quia scientia debet generare iusticiam uite. Tertius status ē actiuorum ad quorum bonam actionem pertinent quattuor gratie: ad quas beata Maria adiuuat. Primum est demonstratio dilectionis ad proximum. debet enim quis diligere proximū sicut se ipsum: vt omnem hominem quem potest beneficientie consolatione: morum informatio uel cohertione discipline: inducat ad colendum deū ait bea. Augusti. xxiij. q. iij. debet. Sadoch enim genuit achim: qui interpretatur frater meus: quia ut fratrem debet tractare subueniendo. Secundum est dulcis amor ad deum. Achim enim genuit Heliud: qui interpretatur deus meus: vt quodam intimo affectu dicat illud deus meus et misericordia mea. Tertium fiducia in deo in aduersis: ut dicat cum Job. Si occiderit me sperabo in eum. dicit enim ꝑs. Adiutor in oportunitatibus in tribulatione. Sperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquis querentes te domine. hoc est est eleazar filius heliud qui interpretatur. Deus adiutor eius qui cōfidit in eo. Quartum est conseruatio humilitatis in prosperis: vt nihil sibi attribuat boni: sed omnia a deo recognoscat. Tua enim domine sunt omnia: ꝛ que de manu tua accepimus dedimus tibi dixit Dauid. ij. Re. ij. Eleazar eniz genuit mathan: qui interpretatur donum. Omne donum ꝑfectum de sursum est: ait beatus Jacobus apostolus primo capᵒ. Quartus status est perseuerantium. Ut enim dicit beatus Grego i li. moral. i. In cassum bonum agitur. si ante vite terminuz deseratur. Et non qui inceperit: sed qui perseuerauerit ꝛc. hec consistit in supplantatione et superatione vitiorum. Mathan enim genuit Jacob: qui interpretatur supplantator. Apostolus. i. Corin. scō: non coronabitur nisi qui legitime certauerit vt scilicet superet vitia. Secundum est in augmētatione virtutum. ꝑs. Ibunt de virtute in virtutē videbitur deus ꝛc. Jacob genuit Joseph: qui interpretatur augmentum scilicet virtutum. Tertium est cōstantia i his que sunt fidei: ꝛ virilitas: quod significatur in hoc ꝙ Joseph est vir Marie: i qua terminatur genealogia domini: et interpretatur illuminatrix: quia profert lumen veritatis cecis: mala vitiorum pellit: bona cunctarum virtutum nobis poscit. In omni igitur statu adiuuat ad se recurrētes: et subuenit. In me ergo ait: omnis gratia vite ꝛ ueritatis.

De desponsatione Marie. La. vij.

Alia desponsatio beate Marie fuit ante ānūciationē: et christi incarnatōem vt patet ex euangelio: Luc. i. qz missus est angelus ad Mariaz desponsatam Joseph. Ideo de eius desponsatione ꝛ coniugio cum Joseph ħ agendum: de quo ēt dr̄ Math. i. in fine genealogie christi. Jacob genuit Joseph virum Marie: De qua natus est xp̄us. Ubi dicit. b. Hiero. Cum uirum audieris suspitō tibi non iubeat nuptiarum: sed recordare consuetudinis scripturarum: ꝙ sponsi viri: et sponse vocantur vxores. xxvij. q. ij. Genuit. Et ab eodē cuāgelista Matheo dicit immediate post predicta. Cum esset despōsata mater iesu Maria Joseph. inuenta est in vtero habens de spū sancto. In quibus tria ō virgine notantur. Coniugij eius descriptio. ibi. Cū eēt despon. mater iesu: viri eius nois expressio: qz Joseph priusq̄ conuenirent. Filij eⁱ supernālis conceptio qz inuenta est habens in utero de spiritu sancto.

Quantū ad primū §. I.

vt dicit. b. Aug. ad volusianum. Ipsa dei vtus ꝑ inuiolata mentis virginea viscera: membra infantis eduxit: que per clausa hostia membra iuuenis introduxit. Si ratio queritur non erit mirabile. Si exemplum poscit non erit singulare. Et licz inquit. b. Tho. miracula que sunt ad confirmationem fidei debeāt esse manifesta: voluit tamen dominus hoc maximum miraculum. s. sue conceptionis ꝛ natiuitatis ex virgine per desponsationē matris obumbrare seu occultare: vt homines inde cogitare possent christum non conceptum a v̄gine: sed a Joseph coniuge. Et hoc multiplici rōe quas rationes assignat. b. Tho. in. iij. parte. q. xxix. articu. i. quare uoluit matrem suam desponsari: et non copulari.

Quedam sumuntur ex parte christi nascētis.

Quedam ex pte mr̄is ꝯcipiētis.

Quedā ex parte vtilitatū nobis ꝓueniēt.

Propter christum quare voluit esse matrem eius desponsatam assignatur quadruplex ratio. prima est ne ab infidelibus tanquaz illegitime natus abiceret. Si enim mater non habuisz

coniugem: omnes arbitrati essent de fornicatione christum fuisse conceptum: & sic christum tanq̃ illegitimum despexissent. Nam iura tales detestãtur & honoribus priuant. Unde. b. Ambro. super Lucam. Quid iudeis: quid herodi posset ascribi: scz mali & iniusticie: si natũ viderentur ex adulterio persequi. Secũda ratio ut consueto modo genealogia eius per virum describeretur. vnde. be. Ambro. super lucã. Qui in seculum uenit: seculi debuit more describi. Uiri ãt persona queritur: q̃ in senatu & reliquis curĩs ciuitatum generis assereret dignitatem. Consuetudo etiam nos instruit scripturarum: que semper viri originem q̃rit: hec ille. Quia igitur ꝑm legem desponsari nõ poterat nisi viro q̃ esset de tribu iuda et familia David: ex genealogia sponsi. i. Joseph deprehẽditur genealogia Maria: & christi filĩ eius. Ubi etiam aduertendum consuetudinẽ in his que mala non sunt in agendo et scribendo seruandam. Tertio ad tutelam pueri nati: ne diabolus cõtra eum vehementꝫ nuncumenta procurasset. Sciebat enim diabolus dei filium incarnandum ꝓ redemptõne humani generi: sed tẽpus ignorabat. vnde caute obseruabat ad sciendum q̃n mundũ intraret: redẽptionem nostram impediret. Et ideo vt. b. Hieronymus: refert super Mathe. hanc cãm assignauit Ignatius martyr desponsatõis matris dei: ut scz partus eius diabolo celaretur. Dum enim uidit diabolus Mariam sponsum habere: putauit Jesum nõ de virgine: sed de vxore & Joseph generatum. Et Origeñ. Coniugẽ dico vt diabolo virginitatẽ eius occultem. xxvij. q. ij. Inuenta. Quãuis enim diabolus ea que corporaliter fiunt ꝑspicacitate sensus cognoscat per signa exteriora: multa tñ ut dicit. b. Augu. in. iij. de trini. que potest virtute nature sue: a virtute diuina prohibetur. Et hoc modo ꝓz. b. Tho. vbi supra põt dici: q̃ et si vtute sue nature cognoscere potuisset matrem domini nõ fuisse corruptam: sed virginem. ꝓhibitus tñ ẽ a deo cognoscere modũ partus diui. Quãuis enim postmodũ eo predicante aliqualiter virtute eius agnoscerent: ꝓpter qõ clamabant: q̃ tu es filius dei: Luc. iij. Non ita incõgruum q̃ iam virtutez suam ostendendi cõtra diabolũ tempus erat. Sz in infantia oportebat impediri malitia diaboli: ne eum acrius persequeretur: q̃n nec christus pati disposuerat: nec dum virtutem suam ostendere: sed per oia similem alĩs infantibus. b. Ambro. tñ dicit hoc factum: vt falleret ꝑncipem mundi: non solum diabolum: sed et principes seculi ad innuẽdum. s. q̃ qui secularibus vanitatibus occupant: scire diuina non possunt. Quarta ratio ut a Joseph nutriretur paruulus ipse. decuit enim per oia ait apostolus fratribus assimilari: ad Hebre. Et ideo sicut pueri idigent nutricĩs & ipse voluit habere Joseph sanctum: vt nutricium sponsum matris sue. Et ideo pater christi dictus est: non effectu geniture: sed officio & cura prouidendi: vt dicit Gratianus. xxvij. q. ij. §. iuxta. Est pater hic cura dicit grecismus Ex parte matris assignat bea. Tho. tres rationes quare fuit desponsata: vbi supra. Harum prima est quia redditur per hoc immunis a pena: ne. s. lapidaretur a iudeis tanquaz adultera: ut dicit. b. Hieronymus: seu ex stupro. Si enim non habuisset maritum estimassent omnes ex fornicatione concepisse: & sic fuisset lapidata. Nam vt dicit. be. Thomas iudicio adulterorum condemnabatur: non solum que nupta erat in adulterio deprehensa: sed etiam uirgo que fornicata fuisset in domo patris que custodiebat: ut virgo quandoq̃ nuptura: ut patet Deutero. xxij. vel etiam ꝑm quosdam virgo õ genere sacerdotali propter stuprum occidebatur: vt Leuit. xxi. Et beata Maria aliquo modo erat ex stirpe sacerdotali descendens. Potest etiam referri dictũ Jo. de lapidatione ad lapidationem infamie. Igitur habuit sponsum beata Maria: ut saltem crederent homines eam ex sponso non ex fornicattone concepisse. vnde et a pena et infamia liberet. Secunda ratio est vt ab infamia liberaretur: hanc rationem assignat. b. Ambro. super lucam dicẽs Jdeo desponsata est: ne temerate virginitatis adureretur infamia: cui grauis aluus corruptele videretur insigne preferre. Maluit autez dominus de ortu suo idest q̃ non esset natus ex virgine: q̃ de matris pudore dubitari: idest castitate: si non habuisset sponsuz et grauida appareret. Sciebat enim teneram esse virginis verecundiam: et lubricam famam pudoris. Nec putauit ortus sui fidẽ: matris iniurĩs asscribendam. hec bea. Ambro. Tertia ratio vt ei a Joseph ministerium exhiberetur in occurrentibus que expedicbant: ut eam associando cum accessit in bethleem vbi peperit: et cum ea ad templum in purificatione proficisceretur. In egyptum pergens et inde rediens in nazareth. In his enim q̃ necessaria erant ad sustentationem eorum et paruuli: ipse procurabat de labore manuum suarum. Nam secundum Crisostomum carpentarius erat in hoc omnes labore docens ꝓ sustentatione sui & suorum. Addatur et quarta que est Alber: vbi supra sc. licet ut dignitas matris humilitati societur: vt sit simil mater dei et uxor fabri idest Joseph. vnde in uilipensionem christi dicebant pharisei. Nonne h̃ fabri filius est: idest Joseph. Nonne sorores eius sunt apud nos: que erant paupercule. Et sic hoc exemplo obseruetur a nobis illud ecclesiastis. Quanto maior es: tanto magis humilia te in omnibus: et inuenies gratiam. Quanto enim quis maior est: tanto magis humilitas laudatur in eo. Ex parte nostre utilitatis quadruplex etiam ratio assignatur secundum beatum Thomã: ubi supra.

primo: qz testimonio Joseph spōsi cōprobatū est christū ex virgine natū. vnde b. Ambro. sup lucā Locupletior testis pudoris. i. castitatis maritus adhibetur: qui posset z delere iniuriam: z uindicare obprobrium si non agnosceret sacramentum. Et. b. Grego. in homel. Sicut discipulus dubitās z palpans: s. Thomas aplus: factus est testis veree resurrectionis: sic spōsus. s. Joseph fuerat custos integerime virginitatis. xvij. q. ij. Sic quippe. Ex quo magis confirmamur in fide hᵒ mysterij. s. q conceptus ex uirgine tanto testimonio. Ipsa etiaz verba virginis magis credibilia redduntur suam uirginitatem asserentis. Unde: b. Ambro. Fides Marie verbis asseritur magis: z mendacij cā remouetur. Cām enim menciendi desponsata non habuit: cum coniugij premium z gratia nuptiarz sit partus feminarum. Scōa rō est ut tolleretur excusatio virginibus: que ppter incautelam suā nō uitant infamiam. vnde. b. Ambro. non decuit uirginibus sinistra opinione viuentibus uelamē excusationis relinqui: q infamia mater dñi notaretur. O q̄pulchra est casta generatio ait sapiens cum claritate. Sapi. iij. i. cum clara fama. Nam ut ait. b. Augu. Due res sunt: pscia et fama. Conscia necessaria est tibi. s. bona fama primo tuo. Quisqs confidēs pscie sue negligit famā suam: nimis crudelis est. xij. q. i. Nolo. Tertia ratio ē: qz per hoc designatur vniuersa ecclesia: que cum virgo sit. s. integritate fidei z gre: desponsata tñ est uni viro christo ex quibus generantur filij spuales. s. fideles fratres iesu christi iuxta illud ps. xxi. Narrabo fratribus meis nomen tē. Quarta rō est qz qō mater domini fuit desponsata: z virgo in persona eius honoratur uirginitas simul z matrimonium: z sic reprobatur error eorum qui alteri horum detraxerunt. s. matrimonio: dicentes. nō posse tales saluari. Alij dixerūt vgines non esse maioris meriti q̄ cōiugati. Sed falsum est unde z mat̄ sū coniugata et virgo. Jn qua autem etate beata Maria desponsata fuerit ex euangelio haberi non potest. Sed Epiphanius dicit q i. xiij. anno: z in. xv. peperit christum. Alb. aūt vbi supra uidetur dicere: q i maiori etate licet nō exprimat quoto anno. Dicit enim q cum supponatur q̄ in beatissima virgine fuerit ois congruentia tam ex parte nature q̄ ex parte gratie ad hoc ut esset mater domini: credimus q deum concepit tali etate qua perfecta fuit statu corporis z quantitate. Et q cum eandem etatem desponsata fuit tantū añ: quantum matrimonia solent precedere spōsalia scz circa duos menses. Cum enim nihil sit laudabile: nisi aliquo modo dependeat a liberi arbitrij voluntate: non statim illud fieri debuit cū beata Maria libero arbitrio uti potuit. s. anno. xi. vel xij. sed interuenire debuit tēporis porractio: in q̄ fieret z meritorz accumulatō z purificationis sue facte in utero maior succederet deputatio z virtutum exercitatio vt oium virtutū apice sublimata suo singulari merito modū succurreret peredito: christum gignendo. Item contra grauitatez z honestatem morum est nimia acceleratio matrimonij. vnde et in adolescentia fuit. Ad q facit q ait Salomon prouerb. penul. Tria sunt mihi difficilia ad cognoscendum tē. Quartum penitus ignoro scilicet viam viri in adolescentia sua scōm aliam translationem: qō exponit Nicolaus de lira. i. christi in virginis utero in sua incarnatione. Nec attēdit beata Maria q sponsus esset senex: sed ad voluntatem dei sibi releuatam: z dei legez disponentem hoc consensit. Nunquā enim debet puelle dari sponsus inuite. Alias mala sequūtur plura.

Secundo nomē §. III.

uiri eius exprimitur dum dicitur Joseph. Sic enim uocabatur. Quam desponsationem uon ē secuta illo tēpore copula carnalis. vnde quod dicitur priusq̄ conuenirent lij. prius non notat ordinem rei. s. postea. i. q nondum conuenerint carnaliter commiscendo: sed postea. Sed simpliciter negat factum: q non fuerit scilicet cognita carnaliē. Ubi dicit Criso. Non dixit priusq̄ in sponsi inducetur domum. Hunc enim morem seruabat antiquitas: vt sponse in sponsorum domibus haberentur: vt generi Loth apud socerum leguntur habitare cum sponsis: nondum sibi copulatis lege coniugij. Sic Maria habitabat cum sponso scilicet Joseph. xxvij. q. ij. priusq̄. Ex quo clare patet quantum excreuerit malitia z cōcupiscētia hominum: qz cum tunc manerent sponse i domo sponsorum: nulla commixtio: nulla impudicitia erat inter eos ante tempus nuptiarum: sed vt frater z soror in omni castitate simul conuersabant. Nunc sponse vix in domo parentum suoruz possunt tute. custodiri: quin sponsi earum cum visitant faciant mltas turpitudines. Et ideo matres debent huiusmodi obuiare. Sed ne dum sponse sunt tute a sponsis z maritis earum in domibus parentum: nisi in magna custodia teneantur: immo germane quo ad fratres suos: vel germāi. Ne filie a parentibus: nec mulieres a cognatis: nec nouerce a priuignis seu filiastris: nec serue a dominis. Et ideo vt dicit Hieremias vnusquisque a proximo suo caueat: et in omni fratre suo non habeat fiduciam: sed omnem diligentiam habeat in custodiendo. Sed ex quo sponsus Joseph nunquam carnaliter cognouit sponsam suam. Merito queritur. Si fuit veruz matrimonium inter Mariam et Joseph: Ad quod Respondet beatus Thomas in tertia parte. q. xxix. arti. ij. q matrimonium dicitur esse vez qñ

suam perfectionem attingit. Duplex est autem perfectio rei. Prima quidem perfectio in ipsa forma rei consistit a qua sortitur speciem. Secunda perfectio consistit in operatione rei per quã res aliqualiter finem suum attingit. Mõ ad propositũ forma matrimonij cõsistit in quadam indiuisibili cõiunctione ãborũ. s. expressa per vba uel signa: per quam vnus coniugũ fidẽ alteri seruare tenetur. Finis aũt matrimonij est proles generãda et educanda. Ad quorũ primum peruenitur per concubitum coniugalem. Ad fm. s. educandum prolem peruenit per alia opera viri et vxoris: quibus sibi inuicem obsequunt ad nutriendum prolem. Dicendum igitur: q quantũ ad primam perfectõnem que est essentialis matrimonij: omnino fuit verum matrimonium inter Mariam matrẽ dñi et Joseph: qz vterq consensit in copulã cõiugalẽ: nõ aũt expresse in copulam carnalem: nisi sub cõditione si deo placeret. vñ et ãgelus ad Joseph vocat Mariam coniugem suam: dicens. Noli timẽ accipere Mariam coniugem tuam: vbi. b. Aug⁹. Coniunx vocatur ex prima desponsationis fide: quam concubitu: nec cognouerat: nec cogniturus erat. Quãtum vero ad secundã perfectionez que est per actum matrimonij: quãtũ ad carnalez cõcubitũ: nõ fuit illud matrimoniũ consumatũ scilz per quẽ proles generatur. Fuit tñ quantũ ad ꝓlis educationẽ. Et vt dicit. b. Aug. hoc exẽplo manifeste insinuatur fidelibus ꝓiugatis: ẽt seruata pari consensu continentiã posse ꝑmanere: et vocari cõiugiũ ẽt non permixto corporis sexu. Põt addi et tertia ꝑfectio matrimonij. s. ãntũ ad significatõez que est in matrimonio. Unde Aplus hoc autem dico magnum in christo et ecclia sacramentum. s. esse matrimoniũ. Significat eni coniũctio aiorũ cõiunctionẽ xpi: cuz ecclia seu cũ aia ꝑ fidẽ viuã. Sed cõiunctio corporũ que facit matrimoniũ õi no insolubile significat cõiunctionẽ christi cum ecclesia per humanitatez assũptã que nunq̃ separata est: vl separari põt. Prima igitur significatio fuit i matrimõio Marie et Joseph: sed non scõa: qz nulla ibi copula. vñ cõpleta significatio in illo matrimonio nõ fuit. Sed iã videndum est aliquid de qualitate et magnificentia hꝰ. sponit. Et primo videndũ est quare dr desponsata viro. Ubi b. Bernñ. Si nec foliũ de arbore sine cã: nec passer unus sine patre celesti cadat super terrã: mlto magis nõ põt de ore euangeliste supfluũ defluere: presertim in sacra historia verbi. Plena quippe sunt oia supnis mysterijs: ac celesti singula dulcedine redundãtia. Si tñ diligentem habeãt inspectorem qui sciat mel de petra suggere oleũq̃ de saxo durissimo. Non ergo sine cã dictum est viro: qõ fm Alber. non dictum est ad denotandũ sexus distinctionem: sed ad tangendũ sponsi beatissime virgis cõmẽdatõem: et sponse in sponso honorationem. Non ergo viro notat sexũ vel etatem: sed vtutez. Fuit ergo Joseph vir per constantiam fidelitatis: ãntum ad iusticiam ptinet: per virtutez castitatis: quantum ad tempantiaz: per excellentiam discretionis: quantum ad prudentiam: per strenuitatem operationis: quantum ad fortitudinem. Et sic vir dicitur a virtute: quia excellenter habuit virtutes cardinales. Secundo cuz natura nihil frustra agat: nec abundet in superfluis: sicut nec deficit in necessarijs secundum philosophum: multo magis hoc videtur de gratia et scriptura sacra: vtpote dictata a spiritu sancta. Quare ergo dicit Lucas ad virginem desponsatam uiro: cui nomen erat Joseph: Uidetur enim illud superfluum: cui nom̃ erat: sufficiebat eniz dicere desponsatam Joseph. Ad quod R. Alber. vbi supra: q non superflue et frustra. hoc exprimitur: sed magno mysterio et multis de causis: videlicet q esset notabile ipsum nomen designare voluit tali modo: vt scilicet plenius et ordinabilius res describatur: vt probabilius credatur totum amplectum: monstratur locus: scilicet nazareth: et persona etiam nomine honoretur: ut ecclesia exercitetur ad indaganda mysteria. vt euangelista familiaris et fidelis cõprobetur: vt humilitas sponse declaretur: cuz ita nominatim et expresse humilis sponsus describatur: vt iustus apud deum demonstretur: cuius nomen tanquam in libro vite scriptum: in euangelio tam signanter exprimitur. Ut notus hominibus intelligatur: qui testis virginitati beate Marie adhibetur: vt in memoriam hominum digneretur: qui in patrem domini assumitur putatiuum. Item cum rota sit in medio rote ideſt nouum testamentum in veteri figuratum: et multi sunt in quibus figuratur istud coniugium incarnationis: vt assuerus sponsus hester. Abraham maritus sare: que miraculose peperit Isaac christum designantẽ, Isaac sponsus rebecce Manue pater Samsonis: videtur q potius debuerit vocari aliquo illorum nominum: ut Abraham assuerus: Isaac et huiusmõi: q̃ hoc nomine Joseph cũ hoc nom̃ interpretẽ augmentuz: et nllz augmtũ factum sit i isto coniugio: et Joseph filius Jacob magis figuret et aptius christum: vt uenditum a iudeis: et deiectum: et saluatorem mundi factum. Sz respondet Alb. q vna persona secundum diuersas proprietates sui plures figurat personas: ut Abraham qui in immolatione Isaac figurat deum patrem qui proprio filio non pepercit. In eo q egressus est de terra sua: et postea ingressus est egyptum: significat filium qui egressus a patre venit in mundum. In eo q in hostio tabernaculi sedebat in feruore diei: et recepit hospitio tres: et vnum adorauit: significat sanctos patres expectantes incenso desiderio christi aduentũ: q ẽ una persona in tribus substantijs. s. deitate: aia et carne.

Capitulū Octauum

Sic ꝛ Joseph patriarcha in sui venditione: incarcerationē: liberatione: ꝛ saluatione egypti christū figurauit. Sed in fidelitate: in castitate: in mysteriorum reuelatione: in procurationis cōmissione in cibi conseruatione huiusmodi Joseph sponsi Marie figura fuit. Non autem decuit eum prefigurari per aliquem antiquorum: qui maritus p carnalem copulam extiterit: cum ipse Joseph sīn carnali copula sanctus coniugium per actionem coniugalem contraxerit: ꝛ coniunx virgo virginē custodiuit: ꝛ matri ꝛ filio paterno affectu coniūctus fuerit. Proprietas etiam nominis ex interpretatione ei congruit optime qui in ipsa desponsatione quantū ad deum: quantum ad proximum: quantum ad seipsum sublimatus est virtutum augmentatione: fame celebritate: hominum reuerentia ꝛ dilectione: matris dei familiaritate: ꝛ diuina vt putabatur paternitate. Unde. b. Bernā. Ad tempus Joseph appellatus est: ꝛ putatus pater christi. Lonice: ex hac appellatione: ꝛ qualiber dispensatione meruit honorari a deo: vt pater dei: ꝛ dictus ꝛ creditus est. Lonice: ex proprio vocabulo quod augmentum non dubites interp̄tari: quis ꝛ quantus fuerit iste Joseph. Memento simulq; magni illius patriarche venditi ē egypto: ꝛ scito ipsius non solum vocabulum fuisse sortitum: sed ꝛ castimoniam adeptum innocentiam assecutum ꝛ gratiam. Siquidem ille Joseph fraterna ex inuidia venditus ꝛ ductus in egyptum: christi venditionem prefigurauit. Iste herodianā inuidiam fugiens: christuꝫ in egyptum portauit. Ille domino suo fidem seruās: domine sue noluit cōmisceri. Iste dominam suam domini sui matrem uirginem agnoscens: ꝛ ipse continens fideliter custodiuit. Illi data est intelligentia mysteriorum somniorum: isti datum est conscium fieri: ꝛ participem celestium sacramentorum. Iste frumenta seruauit non sibi: sed omni populo. Iste panez viuum de celo seruandum accepit: non sibi: sed toti mundo. Non est dubium quin fidelis ꝛ bonus h̄ fuerit iste Joseph: cui mater desponsata est saluatoris: fidelis seruus ꝛ prudens quem constituit dominus sue matris solatium: sue carnis nutritiuz: solum deniq; in terris magni consilg adiutorem sibi fidelissimum. hec ille. Dicitur aūt Joseph de domo Dauid. Luc. i. desponsatam Joseph de domo Dauid: non tantum ꝓpter succession̄ i genere: sed principalius ꝓpter virtutum imitatorez. Et tales proprie dicūtur esse de vna domo: iuxta illud ps. Qui habitare facit vnius moris i domo fm Alber. Unde. b. Bern. vere de domo Dauid: vere de stirpe regia descendit. Uir iste Joseph genere nobilis mente nobilior: plane filius Dauid: non tantū carne: sed sanctitate ꝛ deuotione: quez tanquā alterum Dauid dominꝰ inuenit fm cor suum: cui cito cōmitteret secretissimum atq; sacratissimum suis cordis archanum. Cui tanq; alteri Dauid incerta ꝛ occulta sapie sue manifestauit: ꝛ dedit illi non esse ignarum mysteriū: quod nemo p̄ncipiū hui⁹ seculi cognouit. Cui datum est q; multi reges ꝛ prophete voluerunt videre: ꝛ non viderūt. Nec solum videre ꝛ audire: sed etiam portare: deducere: amplecti: deosculari: nutrire: ꝛ custodire. Et ideo non tm̄ Joseph: sed ꝛ Mariam de domo Dauid credendum ascendisse: alioq̄n nō fuisset desponsata viro de domo Dauid. hec. b. Bern̄. Recte ergo ait Alber. sponsus virginis de domo Dauid dicitur: vt scandalum euitetur: vt eadem tribus esse probetur: ut amor legis in vtroq; ostē datur: vt humilitas nobilitate regia exaltetur: vt paupertas nobilitati non repugnare doceatur: ut Dauid humilitas euāgelizetur: ut imitatio humilitatis in Joseph insinuetur: vt veritatis promissio adimpleatur: ut genealogia dñi describatur: ut paupertas mirabilior demonstretur: ut nobilius exemplum paupertatis ꝛ humilitatis detur. Nec propter peccati maculam quam penitentia: deleuit: minus in genealogia domini debuit notari: sed audacter predicari: cum hoc peccatoribus confidentiam generet ꝛ misericordiā augmētet dicente dño in quacunq; hora peccator conuersus fuerit: omniuz iniquitatū eius non recordabor.

Quātuz ad tertiū §. III.

scilz supernaturalis conceptio beate Marie notatur cum dicitur. Inuenta est in vtero habens de spū sancto. i. grauida. vbi Origen̄. ait. Inuenta ē a beato Joseph habens in utero idest pregnans q̄ licet eam non contingeret future tamen: vt putabatur vxor omnia nouerat. Et infra. Si tibi uxō nominatur. Si tibi in desponsatōe esse dicit: non tibi tamen uxor est: sed dei vnigēiti mater est eterni. In sequentibus demonstrabo: q; nec ista tua coniunx fm consuetudinem coniugū habeatur: nec iste qui generatur tuꝰ filius esse credat. xxvij. q. ij. Inuenta. Fuit ergo conceptus virginis non a Joseph: sed supernaturalis: q: ō spū sancto. i. ope spūs sancti: cui attribuitur operatio miraculorū quorum omniuz istud fuit maximum. Et ex hoc ait. b. Aug. in li. de bono cōiugali. Omne nuptiarū bonū ipletū est in illis parentibus xp̄i. Fides. s. ples: ꝛ sacramentum. Prole cogscim⁹ ipsū oīm Jesum. Fidē q: nullum adulterium. Sacramētū: quia nullum diuortium. Solus ibi nuptialis cubitus non fuit: quia in carne peccati fieri non poterat: sine pudenda concupiscentia carnis que accidit ex peccato: sine quo concipi voluit: qui futurus erat sine peccato. xxvij. q. ij. Q̄. Prolis tamen illius. s. christi mater vera ꝛ nālis fuit beata Maria. Joseph aūt non nālis p̄: sed putatiuus.

Quod āt dicitur i euāgelio Joseph cuz eēt iustus: ꝛ nollet eā traducē: voluit occulte dimittē eā.

Exponitur tripliciter. Uno modo traducere. i in domum suã ducere. Nam fm aliquos non duxerat in domũ suã: sed in domo erat parentũ. Alio modo dr traducere. i. nuptias solẽniter celebrare. Nam iaz induxerat in domũ suã: vt erat i domũ suam: vt erat moris tunc tẽporis de sponsis erga sponsas. Et hec melior expositio fm. b. Tho. Nã minus suspecta haberi poterat de adulterio: q̃ in domo Joseph concepisset: vtpote magis zelantis pro honestate sponse q̃ in domo parentũ: et melior testis castitatis sue. Tertio modo expõitur traducere. i. publice accusare in iudicio seu denũciare. Unde. b. Aug. in li. seu homel. de pñia ait. Attende quẽadmodum iustus Joseph tanto flagitõ qõ de vxore fuerat suspicatus: tanta benignitate pepercit anteq̃ sciret vnde illa cõceperat: quã gratuidam senserat: et se ad illam accessisse non nouerat. Restabat ergo ei certa adulterij suspitio: et tamen qz ipse nõ nouerat: quid dicit euangeliuz: Joseph cũ esset iustus et nollet eam diuulgare: voluit occulte dimittere eam diuulgare. i in iudicio denunciare. Ergo que peccantur coram hominib9: corripienda sunt coram hõibus. i. publice. Et que peccant secretius: corripienda sunt secretius. Distingue tempora et concordabis scripturam. hec. be. Aug. ũ. q. i. Si peccauerit. Ex quibus videtur fm Aug. q̃ habuit suspitionem de adulterio forte leuem. Et ideo cogitabat dimittere. nõ autem õnũciare: ex quo certus non erat: precipue attendẽdo sanctã conuersationem. Nec etiam retinere ne videretur particeps seu assentiens adulterio. Sed angel' eũ i sõnijs illuminauit et õclãuit vitatẽ conceptionis: qz non de homine: sed qõ in ea natum est. i. cõceptũ: de spũ sancto est: qui conceptus saluaret populum suum a peccatis. Et qõ dixit. Noli timere accipere Mariam coniugez tuam exponitur. i. acceptam iam in domũ retinere. Sed bea. Bernñ. aliter sentit de ista cã diuisionis. Dicenim. Si queritur quare Joseph voluit dimittere Mariam. R. q̃ iste Joseph considerans sancti tatem sponse sue: modestiam et pudicitiam: dicebat intra se. Lomessatrix nunq̃ fuit: nec vinolenta: non saltatrix: nunquam oculum super virum erexit: non discurrens: non leuis in risu: vel verbo scurrilis. Unde ergo ista pregnatio. Non a me: qui ad eam non accessi: non ab alio: quia nunquã mandatum dei preterisset. Ergo a deo est ista operatio. O ineſtimabilis laus Marie. Potius estimabat virginem posse cõcipere: q̃ Mariam peccare. Stupens ergo de tanta sanctitate q̃ mater dei esset voluit occulte dimittere eam: reputans se indignum cum tanta manere sanctitate. Ea ratione voluit dimittere eam: quia et Petrus christum viso miraculo de captura piscium plurima dicens. Exi a me domine quia peccator homo ego sum: Luce. v.

De annunciatione domini ca. Capitulũ octauum.

Jssus est ad Mariam: Luce. i. quia in mysterio incarnationis quoddam matrimoniuz spirituale: fiebat inter deum et humanam naturam: que assumendo erat ex virgine: ideo debuit in isto summo matrimonio consensus virginis requiri tanquam sponse fiende. Nec enim est laudabile opus nisi constitutum aliquo modo libero arbitrio. Nam etsi prophetia predestinationis vt erat prophetia incarnationis a multis prenunciata impleatur sine nostro arbitrio: vt dicit glo. super Mathe. hoc intelligendum est fm Alber. sine nostro arbitrio operante: sed non sine nostro arbitrio consentiente. Et ideo decuit mitti q̃ hoc annũciaret: et requireret consensum virginis. Unde in figuram huius procurator habrahe eliazer missus ab habraam: qui interpretatur pater multarum gentium de terra promissionis ad procurãdam vxorem seu disponsandam filio suo Jsaac ãram rebeccam pulcherrimam virginem et incognitam vno ad aquarum fontem repertam subito eam in sponsam Jsaac disposuit assumere prius tamen q̃ hoc faceret quesitus est assensus eius quem exprimens clare facta est spõsa: Gen. xxiij. Jste procurator fuit archangelus Gabriel missus a deo patre de terra promissionis. s. superne qui in mundum veniens inuenit pre ceteris virginẽ pulcherrimam mente et corpore: ad fontem aquarũ viuentium gratiarum et diuinorum eloquioruz: que ẽt sua libera'itate ipsi angelo nuncio despõsationis sicienti salutem humanam: et camelis eius idest hominibus qui ab eo dirigebantur et gubernabantur: potum dedit satisfaciens desiderio suo cum nunciasset aduentus sui cãm et missionis: vt scilicet eam desponsaret filio dei cum consensit dicens. Ecce ãcilla dñi: fiat rc. Jctũ est matrimoniũ et verbum caro factum est. Multi sancti hoies in veteri et nouo testamento añ cõceptũ fuerit nũciati: et missi angeli: vel sancti hoies ad hoc nunciandũ: vt Jsaac Sãson: Joãnes Remigi9: Thomas. Uñ multo magis sctus sctoz debuit nunciari per aliquẽ missũ. Et iõ missus ẽ. Nõ obstat si dicatur inter ea: in qb9 nulla ẽ distãtia: nlla ẽ nccia missio: sed iter deũ et beatã Mariã nlla erat distãtia: qa in illa erat nõ solũ p essẽtiã pñtiã et potentiã vt in cunctis est: sed ẽt per gr̃am ꝓut ẽ in electis: et pfectius q̃ in cũctis puris creatur]. Ergo nõ oportuit vel' potuit mitti. Sed Rndit Alber. q̃ quis missio sit inter distantia: tñ qz gratia hz plurimos gradus: iõ contingere põt deũ hitare in aliq̃p gr̃am

aliquam a quo distat respectu aliarum gratiarū: quarum est capax: ⁊ nondum habet. Licet ergo deus inhabitaret virginem per gratiam. distabat tamen ab ea quo ad maiorem etiam gratiaz quā in concipiendo percepit: ⁊ per corporalem presentiam quam prius in ea non habuit. Missus est ergo ad Mariam angelus: videlicet nuncians ei v̄bum bonum. Que nunciatio ex missione ista fuit necessaria ⁊ ꝓgrua ꝓpter tria.
Propter dei venerationem.
Propter v̄ginis cōmendatiōem.
Propt̄ nr̄e vtilitatis ꝓsecutionē.

Qtū ad primū sc̄z §. I.

Alber. honorabatur deus in ista annunciatione tripliciter. primo quantum ad eius potentiam in eo q̄ angelos suos ministros habuit: qui sunt valde potentes. p̄s. Omnes angeli eius potentes v̄tute facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum eius. Et quāuis solemnior videatur nunciatio: tanto magis quam per plures ⁊ solemnes missos: hoc est verum: nisi illud quod nunciatur sit archanum seu secretum: hoc enim repugnat multitudini. Non enim dicitur archanum quod multis est cognitum. Nec est familiariter intimatum: ⁊ amicabiliter quod multis est prius intimatum. Quia igitur istud erat valde secretum: non decuit per multos nunciari: sed per vnum ex angelis qui missus est ad Mariam scilicet. Secundo honoratus est deus in ista missione ⁊ ānūciatione quo ad eius sapientiam: in eo q̄ modo p̄ditionis obuiauit directe per viam liberationis: quia sicut angelus malus virginem Euam decepit per malam nunciationem: sic per angelum bonum deus virginem mariam docuit: nuncians ei verbum bonum: summam beatitudinez inde hominibus consequendā. Et satis sic credi pōt: q̄ angelus malus qui nunciauit eue verbum falsum: fuit vnus ex maioribus demonijs: ita et nuncians verbum optimum Marie: non fuit ex ordine inferiori: sed de ordine archangelorum: ⁊ forte primus illorum qui dicitur princeps archangelorū.

Tertio honoratus est deus quantum ad bonitatē in ista nunciatione. vnde Dama⁹. Magnū circa amorem hominum clementie dei demōstratur pelagus. Ipse enim conditor: ⁊ dominus eam quam proprio psalmate fecit: reiteratione et opere magister fuit. Et qui bonitatis specie: decepit hominem: carnis probleumate deciperetur. Et monstratur bonitas ⁊ iusticia dei. Nam bonitas quidem quia non despexit propriū psalmatis ifirmitatem: sed viscera eius commota sunt in ipo cadente manum porrexit. Justicia etiam ostensa: quoniam homine victo non alium vincere fecit natura. Neq; vi eripuit hominem ex morte: sed quē quondā per peccatum in seruitututē redegit mors: hunc bonus et iustus victorem fecit: ⁊ similem simili resaluauit hec Jo. dama⁹. Et ideo missus est Gabriel ad Mariam: qui interpretatur fortitudo dei: quia annunciandum veniebat eum qui est fortis ⁊ potens in prelio ad diabolum vincendum.

Sc̄do fuit necessa §. II.

ria ⁊ congrua ista annunciatio facta bea. Marie a misso ad eam propter eius commendationem. Et hoc in tribus ostenditur. Primo quia virtus virginis manifestatur. Secūdo q̄ meritum virginis augmentatur. Tertio quia intus et extra illuminat. Quantū ad primū māifestatur ī ista annunciatōe virginis. Et primo virtus hūilitatis in turbando se ⁊ timendo: non quidem per iram v̄l deiectionem pusillanimitatis: sed per admirationem ex tanta laudatione. Sicut. n. superbor̄ proprium est ex laudibus aliorum se extollere: ita ē̄ humilium est laudes horrere: ⁊ minora de se sentire. Et sic in eis virtus laudata crescit. vt dicit Seneca. Secūdo virtus prudentie ⁊ discretionis manifestatur ex eo q̄ denunciatis sibi querit: non dubitans: sed modū pie querens: inquit Jo. in canonica. Nolite omni spū credere, s. loquenti int⁹ uel extra: sed ꝓbate. i. exaiate spiritus vt̄r ex deo sint. Nam ipse sathanas ait aplus transfigurat se ī angelū lucis. Tertio manifestatur virtus fidei ī consentiendo. Beata ait Helizabeth que credidisti q̄m perficientur inte que dicta sunt tibi a dño. Et b. Tho. in. iij. pte. q. iij. dic̄ q̄ congruuz fuit beate virgini nunciari: q̄ esset christum conceptura: vt conseruaretur congruus ordo coniunctionis filij dei ad virginem: vt. s. prius mens eius de ipso instrucretur: q̄ carne euz conciperet. vnde b. Aug. dicit: q̄ beatior fuit Maria in ꝓcipiendo fidē x̄pi q̄ ꝓcipiēdo cānē x̄pi. Tū ēt vt voluntaria sui obsequij mūera offerret ad q̄ ꝓmptā se reddidit. Tuz ut tactum est supra: cum contraheretur qōdam matrimoniuz spirituale inter dei filium: ⁊ humanam naturam: per annunciationem: expectabat consensus virginis loco totius humane nature.

Scōn meritū v̄ginis ī hac nunciatōe augmentatur: ⁊ hoc in credendo nuncio: cū. n. aliq̄d nūciat. credēdū: q̄nto illud est magis arduū ⁊ lōge ab humana opatōe: vel ab usu nāe: tanto magis q̄s metetur assentiendo ad credendū. Et q̄ marie āduū ⁊ inusitatū erat v̄ginē ꝓcipē: ⁊ deū hoiez fieri: iō assentiens huic rei sibi nūciate: augebat ⁊ meritū Scōo augmētatū ē meritū in assentiendo nuncianto. Cū ait. Fiat mihi fm verbum tuum. Stabat tota celestis curia exspectans responsum suuz: aui dissime cupiebat assesū suū: ag̃el⁹ Gabriel orator p cūctis bt̄is spiritib⁹ sitiebat amor⁊ ardore ad vltimū v̄bū suū. Clamabāt pies oēs ī libo illō Isa.

Aperiatur terra ⁊ germinet saluatorem: apiatur terra virginalis in ore suo per consensum cordis: corporis: per vocalem verbū: dicens. Fiat mihi ꝑz verbum tuum: ⁊ imediate germinabit saluatorez christum. Quo ꝟbo prolato reuersus est angelus missus est ad dñm suum: totam ciuitatem letificans nuncio suo. Tertio augmentatum est meritum in se deo totaliter humiliando: dicens. Ecce ancilla dñi: non ait mater: vel filia: vel sponsa dei: sed ancilla. Ancilla totū qō lucratur dño: vt suuz tribuit. Si bona est seruit in cunctis. ac reueretur dñm suum: sic. b. Maria. Quātum ad ītium sez: q̄ intus ⁊ extra illuminatur in ista nunciatōe. Fuit enī illuminata in potentijs sensitiuis per allocutionem ⁊ visionem angeli. Si enīz angelus apparens pastoribus: cū magna claritate se illis ostēdit ad nunciandū christū natū: multo magis credendum est apparuisse cum magno splendore virgini: q̄ conceptura erat: non luce que oculos offēderet: vt offenditur aspiciens in speram solis: sz luce reficiente visum ⁊ oēs sensus. Illuminata est in potentijs medijs. s. imaginatiuis ⁊ cogitatiuis circa quas multum operatur ministerium angelorū in purgando fantasmata: ⁊ suggerēdo bonas imaginationes. Quas autē cogitationes sanctissimas: q̄ altissimas: q̄ feruidas erga diuina haberet: ipa sola nouit: nobis autē incognita sunt. Quātū ād ultimas potentias. s. intellectum ⁊ voluntatez per inspirationem deus operabatur: qui solus in voluntate operatur: ⁊ aīe illabitur. vñ dicit Alb. Deus est in hac missione negocij inuentor: per se ipsum salutationis dictator: intelligētie ispirator: et mentis ad consensum prouocator: modi executionis expositor. Unde angelus requisitus de modo: transmisit eam ad spm̄ sanctum: dicens. Spiritus sanctus superueniet in te: q̄. s. modū docebit ⁊ seruabit. vnde nihil in hoc ab angelo illuminationis accepit: sed a deo.

Tertō fuit necessa §. III.

ria ista missio et nunciatio sic facta ad nostre vtilitatis consecutionem. Et hoc tripliciter.

Prīo ad fidei confirmationē. Quātū ad pmū

Scōo ad deuotōis. accēsionē. fides ꝓfirmat in

Tertio ad actuū ītormatōez. nobis ex hoc: q̄ origo exordium et processus nostre redemptōis: seriatim ⁊ ordinate describitur: et sacri euangelij testimonio comprobatur. Fides enim ex auditu: ait apostolus ad Ro. x. Auditus autem p verbuz christi predicatū: ⁊ in scriptis euangeliorum redactum: et per miracula multa approbatum. Cum aliquis audit ordinate aliquam historiam enarrari ⁊ describi prouinciaz: ⁊ ciuitatem vbi res gesta est: ⁊ quo tempore: ⁊ quibus personis: ⁊ quib⁹ locutionibus: ⁊ responsionibus: ⁊ exemplis notis: non solum confirmatur ad credendum illa: sed quasi cogitur probabiliter que monstrari aliī nō possunt: ⁊ cum referuntur a personis grauibus ⁊ iustis. Luz ista narrata sint ab euangelistis: discussa et approbata per apostolos sanctos opatorez ꝑ digorum: confirmatur: ex his fides magis ac magis in nobis: q̄ si solum audiremus incarnationē: sed non ordinem eius. Quantum ad secūdum deuotio accenditur. cum toti humano generi mediāte beatissima virgie Maria perfecta pax ⁊ reconciliatio nunciatur. Et humana nā deo ⁊ angelis inimica abiecta a deo: prior etiam per angeluz salutatur. Certe si quis dñs recepisset magnas iniurias a seruis suis rebellantibus se ab eo: ⁊ inimico eius adherentibus: qui serui in nullo possūt ei domino nocere: nec eget eis: sed ipsi sine eo viuē non possūt. Si talis dñs mitteret ad seruos illos vnuz ex principibus suis ad salutandum eos: ostendēs se velle eos reconciliari sibi: ⁊ facere eos familiares: et regni sui consortes: nōne sine dubio accenderentur ad deuotionem ⁊ affectionem eius: sicut ait apostolus. Cōmendat deus. i. cōmendabilem ostendit charitatem suam in nobis: q⁹ cum inimici essemus: reconciliati sumus. Et ideo misit vnum de p̄ncipibus. s. Gabrielem ad salutandam virginez: vt in ea et per eam fieret reconciliatio nostra per incarnationem. Quantum ad tertiuz. Actus nostri in ista nunciatione informantur. Nam per illud qō beatissima vgo gessit qñ ad ipsā angelus vēit et p id qō āgelo dixit ⁊ p illō qō p⁹ receptōez pleitudis fecit: instruimur q̄les debem⁹ ad grām hñdam prepararī: videlicet primo: vt simus separati a turbis: clausi in interiori domo conscientie: clausi a sensibus ⁊ sensibilibus: ⁊ clauso hostio. s. sensuum ora patrem tuum: ait christus: Mathe. vi. Et cum timore audire diuinas inspirationes: q̄ fiunt per angelum: vt loquentem. Audiam inqt: p̄s. quid loquatur in me dñs deus: qm̄ loquet pacem. Ad hoc instigat vt reconcilietur homo cum deo suo. Sic Maria nō in turba: vel platea inuēta est ab angelo: sed in domo: ñ ad fenestram vel hostium: sed in cubiculum: orantem vel legentem ad verba angeli timens. Secundo instruimur q̄liter gratiam receptam augmentare debeamus: videlicet: interrogando de vtilibus: humiliando se in oībus: ⁊ obediendo diuinis visionibus ⁊ inspirationibus. Sic enim Maria post salutationem interrogauit angelum de modo conceptionis. Ancillam se nominauit: diuine voluntati obediuit: dicens. Fiat mihi ꝑm verbū tuum. Tertio instruimur quomodo auctam gratiam conseruemus vz sēper ascendendo de bono i melⁱ⁹. Nā ꝑz. b. Ber. In via dei ñ ꝓficē ē deficē: salti dispositie. Et Lrī so. Nemo repente fit sūmus: sz a minimis q̄dq̄z incboat: ut ad maiora peruēiat: ō pe. di. ij. Sic beata maria p⁹ ꝓceptū filij ascēdit i mōtana. s. vtutū proficiendo: et ad Helizabet fuēdum ꝓficiscēdo

Capitulū Octauum

Queritur in q̄ actu fuerit .b. maria qñ salutata fuit ab angelo. vtrū in actu ꝓtemplationis vel actionis. Et videtur q̄ in actu ꝓtēplationis. Nam ad ꝓtemplationē ptinet quod dicitur in treñ . Sedebit solitar⁹ et tacebit :⁊ leuabit se sup se. Dicit em̄ pbus q̄ aīa sedēdo :⁊ quiescendo fit prudens .i. sapiens . Sed bīssima vgo i ꝓcipiendo dēbat fieri vgo prudentissima ⁊ mater sapientie. Ergo cō gruebat ei sedere mente :⁊ quiescere: qō fit per cō tēplationem . Cum etiam dominus appropiquaret in illo mysterio beatissime vgini descendendo ⁊ ipsa debuit obuiare ei ascendendo. s. eleuando se super se per cōtemplationem fm illud amos q̄reto caplo. pparare in occursum deo tuo. Nam no bilissima operatio fuit conceptio filij dei. Ideo ō buit fieri i nobilissimo statu q̄ est status contēplationis. Preterea dātis et recipientis debet esse ad inuicem conuersio fm illud can. dilectus me⁹ mihi. i. a me diligitur :⁊ ad me conuersio eius vt me diligat. Aia autē hz duas facies fm rōem. s. partē superiorem:⁊ ptem inferiorem. Superiorē. s. fm quam superioribus inspiciendis ⁊ consulendis inheret. Inferiorem fm quā inferioribus tractandis et disponendis intendit. Si ergo dei et beatissime virginis tanquā dantis ⁊ recipientis dz ad inuicem fieri conuersio: necessarium est q̄ fm illam partem cōparetur fm quā ad deum aīa cōuertit: s. fm partē superiorez: qō pertinet ad contemplationem. Sed qō fuerit in actione tunc bta maria. s. descendendo per humiliatōez sui: vī ex hoc quod dī can. i. Cum esset rex in accubitu suo. i. descendo in vgine per incarnationem: nardus mea dedit odorem suum. nardus est herba medicinal⁹ parua ⁊ multum odorifera: et significat beatam virginez: parua p humilitatem medicinal⁹ per curationem infirmitatum spūaliuz ⁊ corporalium . Odorifera per exēplorz vite sue diffusam suauitatem. Et sic vī q̄ humilitas beate Marie fuerit preparatoria ad cōceptionē. vñ ⁊. b. Aug. dic̄: q̄ humilitas genuit nobis deū. humilitas autē ē in descendēdo : qz recūbit in nouissimo loco inferiorem se alijs existimans. Sicut autem ascensus ē in contēplatione: qz eleuat se supra se: ita hūilitas vī esse in actōe descēdendo ad inferiora: qz hūilis dī q̄ humi acliuis⁹ . Item Gen̄. xix. dixit Abraā. Loquar ad dñm meuz cum sim puluis ⁊ cinis. Ergo puluerizatio ⁊ incineratio q̄ se hō hūliat ⁊ adnihilat: est preparatio q̄ hō loquatur cum deo: ⁊ deus cū eo . Sed deus in hoc mysterio fāiliarissime locutus est cū virgine in ipsa salutatōe: ergo maxime debuit incinerari: ⁊ hūiliari qō ēt pz fecisse ex vltimis vbis. Cū ait. Ecce ancilla dñi. Nō ait mat̄ vel spōsa: vel filia :sed ancilla: quo statu. s. ancilla rū nil infimius: vel vilius. hoc āt. s. humiliando se fit descendendo: ergo in actōe erat . Exercitiū. n. morałium virtutum cuiusmōi ē humilitas: ptinz ad vitam actiuam fm beatū Tho. scōa scōe. Si enim deus humilibus dat gratiam suam : ut ait Petrus apostolus: ⁊ Jacobus. Ergo maxime humili dat maximam gratiam. Sed maximam gratiam dedit deus beate virgini in conceptione filij ergo tunc maxime humiliata fuit.. Solutio Alber. vbi supra . Cuius etiam sunt rationes pro et contra. Concedimus q̄ beata virgo fuit in ista annunciatione in actu contemplationis . Sed cum queritur per quem actum ad gratiam istam maxime prepararetur: dicimus q̄. b. virgo in hac annunciatione in summo pure creature eleuabatur causaliter: in summam potestatem: in summaz dignitatem: in summam charitatem . In summam potestatem eleuata fuit: eo q̄ super naturam deū genuit. Et ad hanc potestatem eleuauit eaz fides: iuxta illud omnia possibilia sūt credenti. Mar. ix. vnde Elizabet. Beata que credidisti: qm̄ perficientur in te que dicta sunt tibi a domino: Luc. i. In summam dignitatem eleuata est: eo q̄ totius creature per creationem mater effecta est. Et ad hanc dignitatem eleuauit eam humilitas scōm illud: Math̄. xxiij. Qui se humiliat exaltabitur :⁊ quanto magis se humiliat: tanto magis exaltat. Unde qz filius eius Jesus sūme humiliauit semet ipsum : factus obediens vsqz ad mortem crucis: vt ait apostolus ad Phil. ij. mortez ignominiosissimam. Ideo deus exaltauit illum ⁊ dedit illi nomen quod est super omne nomen rē. Et qz p⁹ euz mater eius maxime se humiliauit: ideo exaltata fuit ad hoc: vt sit mater totius creature: exaltata super oēs choros angelorz. In summā charitatez eleuata est per hoc: q̄ deo in oī ꝓpinquitate ꝓpinquissima fuit: vtpote qz eius filia: mater: soror :⁊ sponsa fuit. Et ad charitatem eleuauit eam charitas fm illud ꝓuer. viij. Ego ait sapientia: diligentes me diligo. Et q̄a charitas est ignis diuinus: cōsumens ⁊ desiccans omnē humorem carnalitat⁊: vt sibi ꝛriū. Jō castitas e⁹ eleuabat eā ad sūmā cū deo fāiliaritatē: fz illud Sap̄. vi. Incorruptio facꝫ proximū deo. Int̄ istas q̄ vtutes ꝓparātes btaz vginē ad istā cōceptionē, Fides eleuauit potētiā rōnalē hūilitas potētiā irascibilē siue ardui appetiuā ⁊ charitas affectiuā: vginitas ex pte cōpis ꝓpabat gnāliuā susceptiuā. Et sic tota eleuabat q̄ tota replebat: ⁊ tota glorificabat. Si āt q̄rit: vtz istis motib⁹ sit mouēt. Dicim⁹ q̄ ñ. Sz alie vtutes ꝓpābāt suas potētias eleuādo hitualit̄. Charitas āt tāq̄ forma aliaz : ⁊ viculū pfectōis ex pte beatissime virginis: fecit ꝓiunctionē actualiter. Uñ charitas fuit ꝓplem̄tū vltimū ex pte suscipiēt⁊: sic et ꝓplem̄tū vltimū ex pte dantis et mouentis ad mouēdum ⁊ dandū. vñ Hugo de sancto victore. O charitas q̄ forte ē viculū tuū. Tu deuz de celo ligatū traxisti in mundū. Ad obiecta q̄ R. q̄ ascēsioni per ꝓtēplationē: nō ꝛriatur descensus p humilitatez.

Sed descēdere ad opera actionis ꝓpter deū: hoc est ascēdere per humilitatem ad deum. vñ Anselm. in li. de similitud. assimilat humilitatē monti: q̄a per eam ascenditur ad deum: per q̄sdam gradus. Et hec mutuo se consequuntur: qꝛ q̄to magis q̄s eleuatur in cognitionem dei: tanto magis descendit in humiliationem sui: qꝛ q̄to magis vidꝫ magnitudinem dei: tanto magis respectu eius cognoscit vilitatem: ⁊ puitatem sui. vñ ps. cxv. Ego dixi in excessu meo. s. deum contēplando oīs hō mendax. i. qꝛ non sit. Et Isaias. lxiiij. Q̄ms iusticie nostre quasi pannus menstruate: quo nil abhomiabilius dici potest. vñ freq̄nter legitur de prophetis vt Daniele et Ezech. ꝙ qñ diuina conspiciunt in terram cadunt. Et Dionysius dicit: ꝙ tenebre occultāt a lumie: ⁊ magis a mlto lumie. Et sic pꝫ ꝙ ꝑ hūiliationē descēsus: ñ impedit contēplationis ascensum. Erat ergo beatissima virgo in ipsa ānūciatiōe ⁊ conceptione in summo cōtēplatōis ascēsu tota per dilectionem in deum trāsformata. Et notandū ꝙ Beda super illud Luc. xi. Beati q̄ audiunt verbum dei ⁊c. dicit hoc in loco beate dī genitricis excellentia cōmendatur: qꝛ in tanta speculationis custodia dño famulabatur: ꝙ ipsius hūilitati ⁊ sanctitati nullus sanctorū cōparatur: sed ⁊ tota sanctoꝝ beatitudo ex gratiose virginis vtero ꝓcessit. O ueneranda dña electa et p̄electa: que mater est ⁊ v̄go esse nō desinit. O admiranda puella: que saluo virginitatis pudore suum genuit genitorem. O felix ancilla: que creatorē ⁊ gubernatorem genuit vniuersoꝝ: ⁊ virgo permansit in eternum. O benedicta mater que inferni vastatorem: celi reparatorem: nostrū saluatorem: mundi redēptorem: deū oīpotentē. dñi celi ⁊ terre: ⁊ oīa ꝯtinentem suo protulit ex vtero. Angelorū leticiā hominū vitam: celorum gloriam: sctoꝝ coronā: paradisi lucernam. O beata femina que regis vniuersorum mater esse meruit. Sedet in gremio virginis matris qui trinam reꝝ machinā palmo concludit. Gaudet itaqꝫ mr̄ que tm̄ se hr̄e filiū cōtēplat. O admirandū magne pietatis miraculū. Hec Beda.

Aliꝰ ſmo de missione in genē. Capl'm. ix.

Jsus est ad mariaꝫ virginē. Luc. i. Missio alicuiꝰ ad aliquem importat quēdam processum seu emanationem ipsius missi a mittente. Et qꝛ pr̄ eternus a nullo procedit: ideo non dicit mitti ad creaturam: nec vsq̄ legitur missus. Silr trinitas non dicitur mitti: qꝛ includit personam patris que nō mittitur. Sed qꝛ filius dei ꝓcedit a patre: ideo mittitur a patre: ⁊ mitti dicit ī mundum: ad Gal. iiij. Misit deus filiuꝫ suum. Spūs q̄ꝫ sanctus qui procedit a patre ⁊ filio: mitti dicit ad sanctificandam creaturam: Jo. xvi. Mittam vobis a patre spm̄ veritatis. Angeli quoqꝫ a deo sepe mittūt ad diuersa officia. Hebre. i. oēs administratorij spūs sunt in mysterium missi eorum qui hereditatem capiunt salutis. Quod ergo dr̄. Missus est ad mariam virginem ſm Alber. pōt intelligi de angelo: ⁊ de spū sācto: ⁊ de dei filio in ista annunciatione: sed aliter et aliter. Primo missus ē dei angelus ad mariā: vt reparationem nostram de ea intimaret. Secūdo missus est dei spiritus ad mariam: vt p̄parationem ad huiꝰ adaptaret. Tertio missus est altissimi filius ad mariam.

Qtū ergo ad primū §. I de missione angeli in hoc sermone sciendum: ꝙ ista nunciatio fuit suprema: ⁊ finis: ac cōplemētū omnium nunciationū ꝓphetalium de incarnatōne loquentium: ⁊ qꝛ beatitudo que nunciat ime diate beate marie: in ipsa ⁊ per ipsam annunciat toti humano generi: consequenda ꝑ incarnatōeꝫ: quū hō in hoc fuerit vt recipiens eam: nō decuit vt homo huius esset nuncius: hoīum ēt recipere illuminationes. Angelorum autem est nunciare. Sed et cū nullus hominū fuerit superior bta maria: sed ipsa omnes excelleret. Inferiorum autem est recipere illuminationes a superioribus: apparet ꝙ non debuit ista reuelatio: vel nunciatio icarnationis fieri per hoīem: cum quilibꝫ esset inferior virgine. Et si diceretur: ꝙ eadem rōe nō debuit fieri etiam per angelum: qꝛ fuit maior angel' ꝑfectione gratie super eos exaltata. R. b. Tho. in. iij. parte. q. xxx. ꝙ mater dei erat superior angel' quātum ad dignitatem ad quā diuinitus eligebatur. Sed quantum ad statum vite p̄ntis inferior erat angel': sicut etiam christus ꝓpter passibilitatem assumptaꝫ: dr̄ paulo minus angel' minoratus. Sꝫ qꝛ xp̄s erat viator simul ⁊ comprehensor: ideo nō egebat quantum ad cognitionem diuinorum ab angel' instrui. Mater āt dei in vita nondum erat in statu cōp̄hensoꝝ: ⁊ ideo de cōceptu diuino eāt per angelum instruenda. Fuit ergo ad hoc missus āgelus Gabriel: ⁊ hoc triplici rōe: ſm. b. tho. in. iij. parte. q xxx. Fuit conueniens mysteriuꝫ incarnationis nunciari per angelum missum: vt dr̄ in euangelio. p̄mo vt in hoc seruaretur diuina ordinatio ſm quam mediantibus angel' diuina ad hoīes ꝓueniunt: vnd̄ omnes reuelationes dīnoꝝ facte sunt ministerio angelorum: vt pꝫ in Dañ. et Apoc. xij. capl'o: ⁊ lege diuina data per angelos ſꝫ apl'm. Unde Diony. dicit in li. celestis hiararchie iiij. c. ꝙ diuinum iesu benignitatis mysteriū: āgeli p̄mū edocti sunt: postea ꝑ ipsos ad nos cognitōis

gratia transiuit. Sic diuinissimus Gabriel ad zachariam quidem dicebat prophetam esse venturum ex ipso. Mariam autem quomodo in ipsa thearchitum ineffabilis dei formatōnis mysterium. Nec est contra quod ait idē dion. c. vij. s. q̄ christo ascendente angeli querunt de ipso. q̄s ē iste qui uenit de edom. Isa. lxiij. quasi ignorātes mysterium incarnationis. Non enim querūt q̄si ignorantes tale mysterium: sed perfectius scire cupientes huius mysterij rationes: que sunt incomprehensibiles intellectui creato ſm. be. Thomā. ubi supra. Unde Maximus dicit: vtrum angeli cognouerint futuram incarnationem ambigere non oportet. latuit autem eos inuestigabilis oīs conceptio atq̄ modus: qualiter totus in genitore totus manebat in omnibus: nec non ⁊ in uirginis cellula. Secunda ratio est: quia conueniens fuit reparationem que futura erat per christuz nūtiari per angelum: ut corresponderet reparatio lapsui: ut sicut per angelum sed malū: nuntiatū est uerbum femine. s. eue. vnde secuta est mors sic per angelum bonum nuntiaretur uerbū Marie unde reparata est uita. Et hoc est quod dicit Beda in homel. Aptum humane restaurationis p̄n cipium ut angelus a deo mitteret ad mulierē partui consecrandam diuino: quia prima perditōis humane causa fuit: cum serpens a diabolo mittebatur ad mulierem spiritu superbie decipiendam. Potest ⁊ huic rationi addi ⁊ hoc: quia cum ex ipsa reparatione humani generis per icarnationem restaurabantur ⁊ ruine angelorum ex hominibus assumendis in eorū consortium: fuit decens q̄ etiam angeli concurrerent i hoc mysterio uidelicet nuntiando ipsum. Tertia ratō ē q̄ conueniebat hoc uirginitati matris dei. Oīne enim animal diligit sibi sile: ⁊ delectabiliter q̄uersatur cum eo: ouis cum oue: homo cum homine inicus cum inico: castus ⁊ innocēs cum cupido ⁊ sancto. Hanc rationem tangit. b. Diero. in ſmōe de assumptione: dicens. Bene angelus ad v̄ginez mittitur: quia semper angelis cognata est virginitas. Profecto in carne esse: ⁊ preter carnem uiuē i. in uirginitate: non terrena uita est: sed celestis: hec ille. De uita enim celesti dicitur q̄ in futura ī surrectione: neq̄ nubēt neq̄ nubentur. sed erunt similes angelis dei Math. xxij. Et alius dicit uirginitas sororē angelorū. Apte ergo missus est angelus uirgo ad Mariam uirginem desponsatam Joseph v̄gini.

Sed nūc uidēdū ē. §. II

circa ipsum nuntium de quo ordie missus ē. Secūdo in qua specie missus est. Tertio in quo tempore missus est. Quarto in quo loco missus est. Quinto qua locutione usus est. Quantuz ad primum cum sint ordines nouem i celesti hierarchia: de quo illorum missus sit dicendū. Et q̄daz dixerunt circa hoc fuisse hunc Gabrielem de supremo ordine. s. seraphim. Mouentur ad hoc q̄ b. Greg. dicit q̄ sūmum angelum venire dignum erat que sūmum omniū nuntiabat. s. dominū incarnandum. Gabriel enim sive sit nomen proprium alicuius angeli: sive nomē cōe designans officium ad quod mittitur: non exprimit magis vnū ordinē q̄ alium. Si enim seraphiz missus fuit ad Isaiā ad purgandum calculo ignito labia ei⁹. Isa vi. q̄re non multo magis ad v̄ginem significandū purgationē totius mundi. Et si dicatur illuz missum ad Isaiā non fuisse de supremo ordine: quia illi non mittuntur: sed semper assistūt: sed dictus est seraphim ex exercitio: ad quod missus fuit. s. incendendū mentē illius et locutionem. Posset dici q̄ hoc est de communi lege supremos non mitti. Secus ex aliqua causa ardua ⁊ maxima: ut fuit mysterium incarnationis. Sed cōior opinio est: q̄ fuit iste de ordine archangelorum quod ⁊ beat⁹ bernardus. dicit. hoc expresse notat Aug. i quodam sermone in quo inducit. b. v̄ginem sic loquētem. Uenit ad me Gabriel archangelus: facie rutilans: ueste corruscans: incessu mirabilis. Et assignat tres rationes: unde ecclesia canit: archāgelū gabrielem credimus tibi diuinitus affatū. Et iterum in officio: gaude Maria uirgo que gabr. archan. dictis credidisti: ⁊ ipse. b. Gre. ait in homel. q̄ archangeli sunt qui sūma nuntiāt. Uñ credibile est ſm. b Tho. ubi supra q̄ fuit iste sūmus i ordine archangelorum: et sic potest intelligi dictuz b. Greg. cū dicit q̄ ōbuit uenire ad annūcianduz sūmum angelum: non respectu omnium ordinū sed respectu angelorum ⁊ archangelorum. Gabriel autem dicitur q̄ interpretatur: fortitudo ōi: q̄ nūtiabat dominum fortissimū in prelium ad demones expugnādos. Dicit āt Alber. ubi supra q̄ ió iste angelus non fuit de maioribus: sed archāgelus quod factum fuit in honorationem beate Marie: quia si quis de superioribus mitteretur: ab illo illuminari crederetur: de inferioribus aūt mittitur: ut ostendatur q̄ angelus tantum est mysterialis negocij nūtius ⁊ exterior delator: de⁹ autem per se ipm est negocij iuentor: ⁊ intelligentie inspirator ⁊ mentis ad consensum inclinator: nihil ergo illuminationis in hoc ab angelo uirgo accepit: unde in euangelio angelus dicitur per totum: non archangelus ad tollendam talez opinionem.

Secundo uidendū. §. III

est in qua specie missus ē angelus ad Mariaz. b. Tho. iij. pte. q. xxx. q̄ i specie corporali apparēt: hoc conueniens fuit. Primo quātuz ad id quod nūciabatur. Uenerat enim angelus nuntiare incarnationē iuisibilis dei: unde ēt conueniens fuit

ut ad hmõi rei declarationem inuisibilis creatura. s. angelus in sua substantia inuisibilis oculis nostris corporeis formã assumeret in qua uisibiliter appareret: cum etiã oẽs apparitiones ueteri testamenti ad hanc apparitionem ordinẽtur q̃ filius dei in carne apparuit. Secũdo hoc congruũ fuit dignitatis matris dei: que non solum mẽte: sz in corporeo uentre erat dei filium receptura. ꝛ iõ non solũ mens eius: sed etiam sensus corpei erãt: uisione angelica refouendi. Tertio congruit certitudini eius qñ nũciabatur. Ea. n. que sunt oculis subiecta: certius apprehendimus: ꝙ ea que imaginamur. vnde dicit Crisᷤ. super Math. ꝙ angel' non in somnis: imo uisibiliter virgini astitit. Naz quia magnam ualde relationem ab angelo accipiebat egebat tante rei euentus uisione solemni. scilicet corporali. Quãuis autez intellectualis uisio sit potior ꝙ uisio imaginaria: uel corporalis: tamẽ b. Aug. dicit ꝙ est excellẽtior uisio seu ꝓphetia q̃ habet simul intellectualem et imaginariam visionem ꝙ illa que habet alterꝝ tm̃. Beata ãt uirgo ñ solum percepit uisionem corporalem i angelo nũtio sed etiam intellectualem illuminationem: vnde talis apparitio nobilior fuit. Et adhuc nobilior fuisset si angelum intellectuali uisiõe i sua substantia uidisset: sed hoc non patiebatur status ei' cum esset uiatrix. Non enim uiator homo ãgelũ per essentiam uidet. Apparens autem angel' in specie corporali: ꝙ ipse assumpsit ex aere densato: se obtulit uirgini in forma humana magis ꝙ alia forma corporea. Et rõ est fm Alber. ubi supra qz uirgo sensibiliter ab angelo illuminari debuit. Illuminatio autem sensitiua ad cognitionẽ fit mediante locutiõe: ergo mediũ illumiatõis debuit esse locutiuum. Sed nullũ sensitiuum est locutiuũ nisi homo. Et iõ decuit ut ipse in spẽ humana non alia appareret: ut sicut nobilissimuz intellectiuum erat quod illuminabat eam interi' s. deus: sic nobillissimum eẽt instrumentum p qõ illuminabatur exterius. s. spẽs hũana. Et hec forma humana fuit in sexu uirili fm Alb. quod pz ex uerbis. b. Amb. tacẽtis super lucam. Trepidaũ uirginum est: ꝛ ad omnes uiri ingressus pauere: ꝛ oẽs uiri affatus uereri: quod ideo dicit: qz euãgelista ait: ꝙ turbata est in sermone angeli: quia speciem uiri nabebat. Patet etiam hoc ex eo ꝙ i omnibus alijs apparitiõibus ãgelorꝝ figuratiuis huius ãnuntiationis angeli apparuerunt in fõma virorum: ut qñ apparuerũt tres uiri. i. angeli abrahe Gen. xviij. Ratio etiam huius est fm Alb. ꝺa sexus femineus non est illuminatiuus sed magis illuminabilis fm aplm dicentem. Mulieres i ecclesia taceant: sed domi uiros suos iterrogẽt. Caput enim mulieris est uir. Unde cũ illuminans i ꝙtuz huius dignior sit illuminatio potius illuminatio fieri debuit beate Marie in sexu digniori. s. uirili ꝙ femineo. Missus autem angelus apparuit in forma humana uirili non quidem in etate pueril nec senili: sed iuuenili. Cuius ratio est fm Alber. quia senex in ꝙtum huius dicit defectum: ꝛ silr puer: sed iuuenis dicit nouitatem cũ perfectione. Hic autem nuntiabatur ille qui fuit nouus fm humanitatem: perfectus secũdũ diuinitatem Ergo in specie iuuenili debuit nũtiari. Et ad idez facit quod ait. Diony. dicens signa innouantis ꝛ semper uitalis vtutis. Innouãtis ecce nouitas humanitatis. Semper vitalis vtutis: ecce eternitas deitatis. Et sic iuuenile nomẽ complectitur hũanitatem eternãq; deitatẽ: quã vtranq; christ' nũtiatus habuit. Congruebat ergo forma iuuenilis illuminationi sensibili non autem pueri uel senis forma: qz pueri non perfecte vtuntur discretione sensuum et senex deficiunt fm sensum. Neutra ꝯ etas conueniebat illuminationi sẽsibili. vbi necessaria est ꝛ discretio sensuum: et vigor organorum

Missus etiam credendũ est apparuisse induc' quia in scripturis sic leguntur apparuisse. Nam i resurrectione uiderũt mulieres in monumẽto duos angelos in albis sedentes. Et post ascensionem christi imediate apparuerunt duo uiri in uestib' albis Act. i. id est angeli dei. Et vt dicit. b. Grego. Candor uestis iucunditatem indicat future solẽnitatis. Et quia maximum festum fuit hominib' qñ diuinitas fuit copulata nostre humanitati in isto mysterio. ideo posset uideri ꝙ angelus iste debuit apparere Marie albis indutus. Sz qz quez nuntiauit. s. iesũ zacharias prophera in figuram uidit indutum uestibus sordidis iesum magnum sacerdotem. Jõ videtur ꝙ ad conformãdum se ei debuerit apparere potius i uestibus sordidis. In Isa. quoq; lxiij. c. querunt angeli a christo ascendente: ut cõiter exponitur. Quare rubrum est vestimentum tuum. Ex quo videtur ꝙ ꝺebuit apparere in ueste rubea. Sed dicit Alb. ubi supra. ꝙ apparuit angelus iste in veste clara non alba: nec nigra uel rubea. Et hoc propter anũtiationẽ ꝛ propter recipientem: ꝛ propter nũtiatum. Propr̃ nũtiationem quidẽ angelus qui claritatem cognitionis ꝛ puritatem habet. Quantum ad uirginem recipientem nũtium congruebat uestis clara: ꝺa illa que concepit sine tenebra peccati. fuit: ꝛ sine peccato concepit qui peccare non potuit iesũ. Et qz sine libidine cõcepit: ꝛ sine doloze pepit. ꝯ sine passionis rubore hec conceptio cõsumata fuit: ergo cũ angelus non intenderet nuntiare nisi incarnationem: non debuit habere uestem rubricataz uel dicolozatam: sed tm̃ claram. Item modus ꝓcedendi in ista incarnatione fuit sine corruptione sine diminutione: sine mixtõne: sicut lux procedit de luce: ꝯ quo ad oia que fuerunt in ista incarnatione: congruebat angelum uenire in ueste clara Auctoritates ãt que loquũtur dñz uestitũ l'sacco

ut illud ps. uicessimonono. concidisti saecum meum ul' sordida uestē uel rubea: loquuntur de ipso christo secundum statum passionis non icarnationis.

Tertio considerā. §. IIII

dū est quo tempore missus est: Et dicendum ē eo tempore quo prenūciatum fuerat messiaz. i. christum mittendum: ſm prophetiam Jacob patriarche dicentis Gen. penulē. Non auferetur septr̄z de iuda ꝛ dux de femore eius: donec ueniat q̄ mittēd' ē. Alia trāslatio habet messias: q̄ dr̄ christ' Et quia tunc temporis iam erat ablatū septruz de iuda. i. dignitas regalis de tribu iuda: ꝛ dux ō femore eius. i. ducatus ꝛ regimen illius populi: p duces leuitas machabeos: qui aliquo modo pertinebant ad tribum iuda: contrahentes ad inuicez connubia ꝛ assūpserat sibi regnū iudee herodes alienigena qui non erat de genere iudeorum: ut patet Math. ij. Sed diffuse ōclaratur per magistrum in historia scholastica. Ideo ut impleretur prophetia: missus est angelus ad nuntiandū subitum aduentum regis per incarnationez. Et si queratur quoto anno ab initio mundi. Respō deo ſm Bedam et. lxx. interpretes: quiquies millesimocentesimo minus vno. Fecerat siquidem ō us cunctas creaturas in principio mundi: ut narrat littera gen̄. i. in quinq̄z diebus: ꝛ in parte. vi. i q̄ creauit bestias terre ꝛ hominem: faciens euz dominum omnium ꝛ a paradiso terrestri translaturus humanum genus si obedisset in gloriam celestem. Sed quia ut ingratus transgressus est preceptū: puniuit eos Adam ꝛ Euam cuz omni posteritate sua: que tota erat in eis secūdum virtutem seminalem: per quinq̄z milia .xcix. annos: ut nullus eorum quātumcunque sancte uiueret: posset intrare in gloriam celestem: ita q̄ pro singulis diebus data, est pena mille annorum. Et pro illa parte sexti diei residuuz: quo tempore pene trāsacto missus est angelus ad ānūtiandum: quia tempus miserēdi eius hominis quia uenit tempus ut icarnatus passione sua apperiret omnibus ianuaz regni celestis: remoto angelo a custodia uie paradisi ne posset adiri: Si scire cupis quo ānī mēse uniuersalis tenet ecclesia: quia de mense marcij q̄ erat sextus mens̄ a conceptione Joā. bap: ut dicitur luce. i. Et apte in sexto mēse a Joā'. conceptu dicitur missus angelus ad nuntiandum christi, incarnationem: quia lex' ꝛ prophete. i. uetus testamentum usq̄z ad Joā. continens quinq̄z mūdi etates. primam ab Adaz usq̄z Noe: 2az a Noe usq̄z ad Abraham: tertiam ad Abraham usq̄z ad dauid: quartam a Dauid usq̄z ad transmigrationē babilonis: quintā a trāsmigratione babilonis usq̄z ad christum: in quo inchoatur: sexta etas cui' finē deus nouit: hēmus autē de ea. Mccccl xxix annos cum hoc scriptum est. Est āt senarius nūerus perfectus: significans perfectionez gratie quā christus adduxit. Mensis autez martij est temp' uerum quo terra sicca: ꝛ indecora ꝓpter frigus reuiuescit in herbis: floret in arboribus: letat' animum concetu: abūdat in humoribus. Et quia per incarnationem christi renouatio fienda in humano genere: quod olim propter frigus peccati erat aridum gratia indecorum: quia sine vtutibus. reuiguit in bonis cogitationibus: refloruit i sanctis affectionibus: augmentatum est in sanctis doctrinis: letatum ex premijs: ideo apte hoc mense missus est. Dies autem huius mensis in quo missus est dies. xxv. marcij: ꝛ sexta feria qua die creatus est primus hō: ꝛ q̄ die reuolutis. xxxiij. annis etatis domini nostri: ꝛ crucifixus ꝛ mortuus ē ꝓ nobis secūdū. b. Aug. Ea igit die q̄ prim' hō de terra terren' Adā factus est: uoluit secūdus adaz de celo celestis iesus fieri: ut terrenum faceret celestem. b. Aug. deus fact' ē hō: ut hō fieret deus remēdo cū sua passione illa die eā suscipiēdo. Et ideo pre ceteris in maxima deuotione hūda est ꝛ ubiq̄z propter reuerētiam ei' abstinetur a carniū esu. de conse. di. iij. de esu carniū. Sed antiquitus etiā ieiunabatur: ita ut crucifigere christū reputaretur qui sanus nō ieiunasset: de cōse. di. iij. Jeunia. Demū hora in qua missus est: ꝛ si nobis nō sit certa: tn̄ ſm Alb. ubi supra cōueniētioz vī fuisse in ortu solis: dicit enī q̄ circūstantie nūtiātis debēt exprimē proprietatē nūtiati: ſm Diony. vnō cū annūtiet angelus iste ipam icarnationem cū ꝓ prietatib' suis: illa āt sit ortus ueri solis super terrā illuminātis oēm hōinē uenientē in hūc mūduz: q̄ō tempus. s. mane est initiū diei: sine p̄iuditio p̄ suptionis credim': q̄ hec ānuntiatio sit facta i ortu diei. Ad quod facit q̄ opus creationis cepit a luce Gen̄. i. Fiat lux q̄ō uidetur fuisse i principio diei artificialis. Ergo multo fortius opus recreationis quod est nobilius. In icarnatione icipit dies gratie. Dis āt dies incipit a luce. s. artificialis dies qui ē ab ortu solis usq̄z ad occasum sup nīm emisperiū. dies enī naturalis qui est. xxiij. horaz ꝓprehendēs etiā noctē: in ueteri testō inchoabat a luce. s. in mane ut patet ex textu littere Gen̄. i. et ideo decēs fuit q̄ recreatio q̄ ē ꝓ gratiā allatā in choaret a luce. Q̄ō āt dicitur sap. xviij. dū medium silentiū tenerēt oia: ꝛ nox in suo cursu mediū iter haberet oipotens sermo tuus d'ne. i. filius de celis a regalib' sedib' uēit. Ex q̄ auctoritate posset uideri: q̄ ista annūtiatio fuerit facta media nocte. Respondeo q̄ nō itendit sapiens ibi notare tempus seu horā incarnationis: sed statū eorum quibus uenit: qui omnes una cathena tenebrarum errorū ꝛ uitioz erāt compediti. Angelus āt magis debuit nūciare: ꝛ ex hora nūtiationis designare: proprietatē ꝛ effectū incarnationis. scilicz

initiū seu ortū ueri solis: potius q̄ statū eoꝝ qb⁹ ort⁹ ē: nec ēt i uespere. i. sero debuit nūciare signi ficās finē seculi. i. sextā etatē i q̄ icarnatus ē. secun dū illō apl̄i ad gall. iiij. postq̄ vēit plēitudo tpis misit deus filiū suū. i. pēul. etas. ⁊ alibi nos sum⁹ i quos fines seculoꝝ deuenerūt: qz tps nō nūtia bat incarnatōis Jā eni illud fuerat nūtiatuꝫ per Gabrielē Danieli. s. ipsam tūc fiēdam icarnatōez

Si āt diceretur q̄ cōueniētioꝝ uidetur hora i meridie: ex eo q̄ abrahe stanti i hostio tabena culi i feruore diei i. i meridie: apparuerūt angeli nūtiātes cōceptum Jsaac qui fuit figura christi. Illa etiā hora. s. nona christus expirauit i cruce. per cui⁹ mortē redēpti ⁊ illuiati sum⁹ In meridie etiam sole exñte i altissimo poli: maximū caloꝝez generat super terram. Maximum āt calorē sue dilectōis ostēdit imittēdo filiū suum i mundu: ergo illa hora ōbuit potius nūtiari. respōdet Alb: q̄ Abraham designat feruentē affectū p̄uz anti quoꝝ: quē hēant ad istā icarnationē fiendā. Sz angelus nō ad hoc fuerat missus nūtiare. i. desiō riū patrū: sed ipletionē: vnde ⁊ initiū illumiatōis Qz āt hora passiōis fuerit meridies facit ad ꝓpo situm uidelicet qz sicut sole mūdi materiali ad oc casum tēdēte cōgruebat uez solē christū mūdu relinquere quo ad vsū uite hūane. Jta ꝓgruebat q̄ sole materiali oriēte. s. i pncipio diei: simul ori retur ab itra uerus sol iusticie christus deus nr̄ p icarnatōem. Et Iz i opere redemptionis charitas monstraretur i sūmo: op⁹ tñ icarnationis sine pas siōe nō fuit op⁹ redemptiōis: vñ licet icarnato ma gis i se eēt q̄ passio: tamē magis mōstrata ē charitas i passiōe dicēte dño. Maiorē charitatē nemo habet ⁊c. Ergo nō fuit sūmū quod recepit augm tum. vnde charitati ostense i icarnatōe: facta ē ad ditio secundum demonstrationem exteriorem in passione: per quam charitas vltia ē i oñsiōis pfe ctōe. Et iō i meridie passio magis q̄ icarnatio cō gruit fieri.

Quarto uidendum. §. V

ē de loco ad quē missus ē. s. i q̄ puintia: i q̄ ciuita te i qua domo. E q̄tuz ad puitiā ostenditur exps se ex euāgelio isto luce: ⁊ quo ad ciuitatē quia di citur ibi. Missus est angelus i ciuitatē galilee. s. talis prouincie: que ciuitas dicitur nazareth. Jō āt anūtiatio ista d ꝓceptio christi fieri debuit i ꝓ uincia galilee sacūdū Alb. ubi supra: ⁊ ꝓpter fez qō fiebat ⁊ propter finē p quē fiebat. Jncarnat⁹ eni fuit dñs ut iudeos ⁊ gentiles saluaret. P:otea i regiōe q̄ ab utroq̄ habitabat: anūtiari ⁊ cōcipi uoluit. Qz āt ab utrisq̄ habitaretur p̄z p Jsaiaz dicētem nono cap'o. Prio tpe alleuiata est terra zabulon ⁊ terra neptalim ⁊c transio: danē galilee gētium pp'e qui habitabat i tenebris uidit lucem magnā. Ductis eni i magna parte dictis tribubus i captiuitatē i niniuē: missi sūt a rege multi genti les ad habitādū i galilea: ⁊ sic mixti erāt gentiles cū iudeis que remāserāt: q̄ habitaretur a iudeis galilea: p̄z ex euāgelio ubi dī. q̄ ascēdit ⁊ Joseph a galilea i iudeā: ⁊ sic i regione cōi cōcipi uoluit q̄ p omnibus nasci uoluit. Non eni iudeoꝝ de⁹ tm̄ sed ⁊ gentiliū. Item regio illa suo noīe prnpriera tē icarnationis ꝓp̄ssime expressit. Galilea. n. in terpretatur reuelatio seu transmigratio. Jn hac āt nūtiatione fiebat sūmi secretorū reuelatio qñ v̄bum i pncipio quod erat apud deū: ⁊ lucē inha bitat inaccessibilē caro factū est. Et uidit oīs cāo salutare dei nostri: qui libꝝ apuit ⁊ soluit signa cula omnia ⁊ quecū audiuit a patre nota fec̄ no bis. Similiter ⁊ hic fiebat trāsmigratio maxima quia de ignorantia in sciam: de culpa ad gratiam de umbra in veritatem: de austeritate in benigni tatē: de seruitute in libertatem: de timore i amorē de grauitate in leuitatem: diuinitas in humanita tem: que maxia transmigratio fuit: qz in ea pmuz ad ultimū in unā personā trāsmigrauit. Nec ob stat si dicatur q̄ iudeis ꝓmissus est. q̄ ibi in iudea concipi debuit. falsuz enim hoc est: quia ⁊ gētib⁹ ut patet per ꝓpheras precipue Jsaiā: sed bene ꝓmissum est q̄ de eorū semine christus nasceret: quod eis solutum ē. Et sic salus ex iudeis est origi naliter: sed nō propter eos. Quantum ad ciuita tem clarum est qz nūtiatus est i ciuitate hoc testā te euangelio. Et qz natus ē extra ciuitatez ⁊ beth leē: passus: sepultus: ⁊ resuscitatus extra ciuitatē s. hier'm posset alicui uideri q̄ ēt extra ciuitatem debuisset concipi sicut ⁊ alia predita facta sī: Sz respondet Alb. ubi supra q̄ dñs i omnib⁹ princi palibus factis q̄ in mūdo gessit quare in munduz ueniret ostendit. Jnter omnes eni peccatores na tus fuit natus ante bouem ⁊ asinū iacuit. Jnt pec catores conuersatus fuit: ⁊ cū eis cōmedit. Jnt la trones crucifixus fuit. Resurgens primo Marie peccatrici apparuit: omnibus per hoc ostendē vo lens: qz uenerat iesus in mūdū peccatores saluos facere. Non ergo in mari que est locus piscіuz de buit nuntiari. Non in aere qui est locus auium: nñ in cāpo qui est locus aialium siluestrium: sed i ci uitate concipi debui. qui est locus hominū ꝓpri us qui ꝓpter nos ⁊ propter nostram salutem ō scendit de celis. Ad obiecta respōdetur q̄ duplex est natiuitas i utero ⁊ ex utero. Prima ꝓgruit my sterio. secunda exēplo: prima in secreto: secūda in manifesto. Jn ciuitate ergo concipi uoluit ut oñ deret q̄ pro omnibus uenit. in uia autem nat⁹ ut ostenderet qz natus nobis factus ē uia ad regnū celoꝝ. Extra portam passus ad ostendendū q̄ p ipsius passionē nō liberemur nisi a conuersatiōe peccati ad ipm̄ ⁊ post ipm̄ egrediamur: ideo etiā in ciuitate concipi uoluit: ad ostendendum q̄ qñ de celis uenit: non sine celis ⁊ ciuitate regni celesti

uenit: sed ipsam ciuitatem regni nobis secum tulit. Non sic lucifer descendit: sed sicut fulgur de celo ipm celum deferens: ⁊ secum ubicunq; ignez portas: dñs autem ad nos ueniens: id quod erat pmansit: ⁊ de bonis paternis non expulsus fuit: sed in utero matris ut in ciuitate domini regnuz celorū fuit. Quantum ad nomen ciuitatis dicit euangelista q; erat nazareth: quod etiā nō uocat a mysterio. Interpretatur enim nazareth flos Sicut āt diuine generationi ita ⁊ humane assimilatur generatio flozis de floze: flos. n. pullulat de uno: ⁊ in decoze est cū spe utilitatis in fructu. Similiter secūdum diuinā generationem procedit filius de uno. s. patre: qui est in celis sine matre: et secundum generationem humanā de una. s. mīe i terris sine patre. vnde ipse sponsus ecclesie ait in cant. Ego flos cāpi. Bene ergo in nazareth conceptus fuit: qui sicut flos de flore sine mixtione de una matre saluo uirginitatis decoze: ⁊ matris vtilitate processit. vnde: b. Bernar. Scia diuine cognitionis eē uidentur allocutiones ⁊ pmissiones facte ad patres. Flozuit autem hoc semen in mirabilibus: que ostensa sunt in exitu de egypto. Susceptio autem huius seminis ista ⁊ horum flozū fructus est nazareth. Nūtiatur ergo christus nazareth nasciturus: q; in flore speratur fructus p cessurus. Nomen ergo ciuitatis i qua concipitur exprimit ⁊ statum tpis ⁊ finē operis ad quez uenit. Cū enim christus concipitur hyems transijt: tempus innouationis aduenit: fructus appropinquauit: omnibus se exhibuit medicinā confecit: sensum refecit: coronādus pauperibus uenit. Ve aūt sunt proprietates flozis: ptopter quas cōgruit nazareth ad locū diuine conceptionis. nō obstat quod Micheas ait, Tu bethleem terra iuda ⁊c. ex te exiet dux qui regat pplm meū: q; loquitur de exitu ei⁹ ex utero. i. natiuitate que fuit in bethleem. Et qō ēt dominus i ps de fructu uentris tui ponā super sedem tuā: que sedes regni Dauid fuit in hierlm: loquitur de modo obtinendi regnuz dauid spuale: secūdū ius ⁊ actum: ⁊ utrunq; fuit factū i iudea ⁊ hirlm. q; ibi passus est dñs: Et per ius redēptionis regnū accepit super eos: pro quibus passus est. Ibi etiā resurrexit ⁊ tūc actualiē i throno regni sedit. Quantum autem ad locū habitationis: dicendū q; fuit missus ad domum ubi habitabat beata Maria. Dicitur enim euāgelista. Ingressus angelus ad eam. s. in hostiū domus sue: sed uidetur q; potius debuerit fieri ista nuntiatio in templo: q; dignioz operatio debet fieri in digniori loco: unde oratio que ē op⁹ ualde dignum: nā tunc loquimur cū deo: fit cōius i templo: quod christus ostendit: dicens Lu. xix. dom⁹ mea dom⁹ orationis uocabitur: sed ista nūtiatio ⁊ conceptio fuit dignissima operatio. ergo ⁊c. Lōceptio etiam Joā. baptiste fuit nūtiata i templo: ut patet Lu. i. ergo multo magis ista que sine cō paratione fuit dignior. Ad que respondet Alb. ubi supra q; locus non sanctificat hominem: sed homo locum ut dicit Crīs. di. iiij. Multi. digniuſ ergo templum ⁊ locus in quo habitat maioziſ dignitatis ⁊ sanctitatis persona ⁊ in quo exercetur perfectior operatio. Erat ergo dignissima habitatio in terra illa: in qua habitabat dignissima ⁊ sanctissima creaturarum: quam ipse sanctus sanctoꝝ semp inhabitauit: nunq; solā relīq̄t quā multitudo angelorum frequentauit. Exercebat etiam ibi in nobilissima operatione. s. sanctissīo contemplationis: orationis: deuotionis oblatōe. Dignius ergo oratoziū istud q; illud iudaicum: i quo fiebat thaurorū ⁊ uituloꝝ mactatio: thuris icensatio. Fiebat ergo ista anūtiatio ⁊ incarnatio i loco dignissimo in templo. s. sacratissīo uīi uirginalis. Unde canit de ea ecclesia. Templum domini sacrariū spūssancti. Et beatus Ber. ait q; non fuit locus dignior utero uirginali. Et ḋa dicit ingressus ad eā. dicit albe. Lredimus angelū clausis ianuis domus ad eam intrasse: ⁊ hoc potuisse propter nature sue subtilitatem: ⁊ assūpti etherei corporis qualitatē: qō elūcit ex uerbis. b. Bern. sic dicentis. Ingressus ad eam puto in secretariū pudici cubicli: ubi illa forsā clauso hostio orabat patrē suum in abscondito: solēt angeli astare orantibus ⁊ delectari i his quos uidēt puras man⁹ in oratione leuare olocaustuz sancte devotionis gaudēt se deo offerre in odorē suauitat] Marie aūt orationes quātū placuerit i cōspectu altissimi: angelus indicauit: qui ingressus ad eam reuerenter salutauit. Nec fuit difficile angelo per clausū hostium intrare: penetrare ad abdita vḡinis⁹ qui utiq; ex subtilitate substātie sue hoc hz i natura q; nec ferreis seris eius arceatur igressus. quocūq; suus eum ferat ipetus. Angelicis eni spiritibus parietes non obsistūt sed cūcta illis uisibilia cedūt ⁊ solida ⁊ spissa penetrabilia sunt eis ⁊ paruia. Suspicādū igitur non est: q; apertum hostium angelus inuenerit uirginis cui nimirum in proposito erat frequentias hominum fugere: uitare colloqa: ne uel orantis scilentium perturbaret: uel continētis castitas temptaretur. Claufat inquam super se illa hoza habitaculum suū prudentissima vḡo. sed hōib⁹ ñ angelis. Et sic potuit ad eā itrare āgel⁹: sz nulli hoīnū facilis patebat accessus. hec. b. Bern.

Quinto et ultimo. §. VI

querendum. q̄ locutione locutus est ad eā in hac missione: habent enim angeli suas locutiones ad inuicem ⁊ ad animas beatas spirituales nobis ignotas manifestantes suas cogitationes ⁊ affectus. Habēt ⁊ suas locutionel ad homines: cum ad eos mittūtur. Aliquando interiores. s. illumi

nando ⁊ iuestigando ad bonū sicut zacharias p̄ pheta dicit primo capitulo. ⁊ dixit angelus q̄ loq̄ batur in me. s. in mēte. Aliq̄n uero cū mittuntur in specie uisibili: loquūtur etiam uoce sensibili: sicut patet de angelis apparentibus abrahe nuntiantibus conceptum Isaac: ⁊ de angelis apparentibus in forma humana in resurrectione christi ad monumētum: clara uoce anūtiātibus eam Marīe: ⁊ ascēsione discipul. Ita dicendū ē hic q̄ sicut in specie humana vt dictum est apparuit Marie: ita ⁊ uoce humana locutus est: ut patet ex littera euangelij: licet enim āgelus non habēt dētes naturales ut homo: nec palatum guttur ul̄ pulmonē ex quibus format vox humāa: tamē ⁊ sine illis potuit formare uocem hūanaz. i. similē ei: sicut ⁊ cū facta est uox de celo que audita ē hic est filius meus dilectus in acre ubi illa instrumenta uocis humane non erāt. Decuit. n. vt sicut non solū illumiationē inuisibili mēs eius illustrabat ⁊ inflāmabatur a deo: ita ēt ⁊ visione clara ⁊ locutione sensibili: oculi eius ⁊ auditus eius et oēs sensus reficerentur in dño. Salutauit ergo eam uoce humana: dicēs. Aue: congruo āt ordine ista anūtiatio facta ē: que enim a deo sūt ordinata sē Aplus ad Ro. xiij. Tria enim intēdebat angelus circa uirginē vt iquit. b. Tho. in tertia parte. q. xxx. arti. iij. Primo quidem reddere mentez virginis attentam ad tāte rei considerationē. qō qui dē fecit eā salutādo quadā noua ⁊ inusitata salutatione. Unde orig. super lucā dicit. q̄ si sciuiscet Maria ad aliū quēpiā fuisse factū similem p̄mo nem ut pote que habebat legis scientiā. nūq̄ eaz tāq̄ peregrinam talis salutatio terruisset. In qua salutatione premisit idoneitatem eius ad p̄ceptū in eo quod dixit gratia plena Expressit conceptū cū subdidit: dominus tecū. s. erit: post nuntiauit honorem p̄ñtem cū dixit Benedicta tu in mulieribus. Secūdo itēdebat eam instruere ō mysterio incānationis quod in ea erat explēdū. Qō q̄dem fecit prenūtiādo conceptū ⁊ partū dicēs. Ecce concipies ⁊c. Et ostēdēdo dignitatē prolis: duzait: hic erit magnus ⁊c. Et in demonstrando modū conceptionis cū ait. Sp̄sācⁱ superueniet i te

Tertio itendebat animū ei⁹ ad cōsensū iducē: fecit exemplo Elisabeth: ⁊ rōe sūpta ex diuia omnipotentia. Non āt inductū fuit exempluz Elisabeth. quasi ex eo q̄ dubitaret ut dicit. b. Ambro. Nā q̄ credidezit ostendit Elisabeth dicens. Beata que credidisti: ⁊ iō punita nō fuit in aliquo sic zacharias mutitate: qui nō credidit uerbis angeli Unde quod. b. Augu. uidetur dicere in li. questionū ue. ⁊ no. testamenti. s. q̄ ābigenti Marie de conceptu possibilitatem angelus predicat. intelligenda est p̄m. b. Tho. ista dubitatio magis admirationis q̄ incredulitatis. Et iō angelus probationez inducit non ad auferendam infidelitatem sed tollendam admirationē. ⁊ pōitur ut quoddā figurale exemplū: ⁊ ad confirmationē huius exēpli subditur ut argumētum efficax dei omnipotētia: qz non erit impossibile apud deū omne vbū. Assignātur et ifra alie rationes huius exempli.

In ipsa salutatione locutione ⁊ tandem assensu uirginis. dicit Alb. ubi supra. Credimus beatā v̄ginem in aduentu eius iclinatis genibus ⁊ eleuatis puris manibus: erectis ad celum oculis ad patrem misericordiarū: p̄ incarnatione filij sui ꝺuotissimas preces cū lachrymis fudisse. ⁊ angelo uenienti assurrexisse: ⁊ percepta eius anūtiatōe credentē i eam assēlisse ⁊ q̄to citⁱ impleri: flexis in terrā iterum genibus. ⁊ eleuatis rursū i celuz oculis ac manibus ex intīo cordе erumpentibus: pre gaudio ex oculis lachrymis deuotissime flagitasse: ⁊ sic deū pariter ⁊ hominem concepisse qñ ō mum ait. Fiat mihi fm uerbum tuū: tunc uerbū caro factū ē.

De missione sp̄ūsācti ad mariā uirginem. Capitulum decimum.

Jssus est etiaz ad

Mariam uirginem sp̄ūsanctⁱ quod p̄nūtiauit āgelus cū ait. Spiritusācⁱ superuēiet in te. s. ad istud mysteriū perficiēduz. unde dicere potuit ipsa beatissima v̄go Maria illud treñ. de excelso misit ignem in ossibus meis et eruditiuit me. Ossa uirginis potentie interiora. in quibus consistit uirtus anime. De excelso ergo celo misit deus ignem sancti spiritus in potentijs v̄ginis in intellectu ad illuminādū. In affectu ad inflamādū. In sensitiua ad ōsiccandū. s. cōcupiaz In generatiua ad fecūdādū: de omibus eruditiuit eā de his que oportuit. Unde ⁊ articulus fidei ē q̄ conceptus est christus ō spiritu sācto: quod trahitur ex eo qō dixit angelus Joseph. Quod in ea natū est. s. in uirgine conceptū de sp̄ūsācto ē. Missus est ģ sp̄ūsanctus ad Mariā tripl̄r. Prīo ad sanctificationē i ea plenissime perficiēdā. Secūdo ad operationē ab ea perfectissime p̄ducēdā. Tertio ad fecūdationē ex ea singularissime cōferēdā. Et in his. ss. dixit angelus superueniet in te. i. sup oēs alios sāctos ⁊ sanctas: uenier in te ad ista efficiēdū: ⁊ nulli alteri ista ita sublimiter concedēdū uel efficiendū.

Quantuz ad primū. §. I.

q̄. s. fuerit sāctificata uirgo Maria: ostendit p̄s. xxxxv. Duz ait. Sanctificauit tabernaculuz suuz altissimus: Dicta est autē. b. Maria tabernaculū christi qz in ea habitauit ingrediens cāpū huius mundi ad pugnandū in quo militamus. unō sapiēs i p̄sōa eius dicit Eccī. xxiij. q̄ creauit me:

Quantum ad primum fuit conueniens christum ex uirgine cõcipi propter patris mittentis dignitatem conseruãdã Cũ. n. christus sit uerus ꝛ naturalis filius dei pris non fuit conueniens ut alium patrem haberet ꝙ deũ ne dei dignitas trãsferetur ad alium. Nam si cõceptus fuisset ex Maria ꝛ Joseph: ut blasphemãt perfidi iudei. uel ex alio: ille etiã ex quo conceptus fuisset eẽt pater eius. Et sic homo diceret pater filij dei sicut ꝛ deus pater quod non uidet decẽs. Secũdo fuit hoc conueniens. s. de uirgine concipi qua conuenit proprietati ipsius filij qui ẽ uerbũ dei: uerbũ autem absq; omni corruptione cordis concipitur: quinimo cordis corruptio perfecti uerbi corruptionem ñ patitur ps. xliij. Eructauit cor meum uerbum bonum. Quia igituz caro sic fuit assũpta a uerbo dei: ut eẽt caro ỹbi dei conueniens fuit ꝙ etiam ipsa caro sine corruptione matris conciperetur. Et sic uerbuz caro factũ est de uirgine Maria ait. b. Berna.

Tertio fuit conueniens dignitati humanitatis christi: in q̃ locũ peccatũ habere non debuit: per quam peccatum mundi tollebatur: secundum illud Joan. i. Ecce agnus dei. s. innocens qui tollit peccata mũdi non potuit autem eẽ: ꝙ in natura iaz corrupta ex concubitu maris ꝛ femine nasceretur quis sin̄ infectione originalis peccati. vnde. b. Augu. dicit Solus ibi nuptialis concubitus non fuit. s. i matrimonio Marie ꝛ Joseph qui in carne peccati fieri non potuit sine ulla concupiscentia carnis q̃ accidit ex peccato: sine qua esse uoluit: qui futuz erat sine peccato.

Quarto propter finem icarnationis: qui finis ad hoc fuit: ut homines renascerentur in filios dei: non uoluntate carnis neq; ex uoluntate uiri: sed ex deo nati sunt id est dei vtute. Cuius rei exemplum apparere debuit in ipa conceptione christi vñ be. Augu. de sancta uirginitate oportebat caput nostrum in signi miraclo secundum corpus nasci de uirgie: ut signaret sua membza nasci de ecclesia uirgine secundum spũtum nascitura. Apostolus despondi uos: scilicet fideles uni uiro: uirginem castam exhibere christo. scilicet ecclesiam integram fide ꝛ a peccato incorruptam. Non obstat ꝙ Joseph aliquando dicitur pater christi: ut Lu. ij. qz dicẽ ẽ pater. i. nutricius uel secũdũ opinionẽ uulgi.

De angelica salutatione. s. Aue.
Capitulum decimumtertium.

Et salutatiõe facta uirgini Marie: cum dei filium concepit. Aue ei dixit angelus. Mos antiquissimus est: cum quis amico occurrit uel lẽam aut ambasiatam mittit in principio sermonis salutare eum. Hinc est ꝙ gloriosus deus mittens nũtium suum Gabriel. ad annuntiandum mirabile sacramentum incarnationis fiende in uirgine aiissima ipsi deo: salutat eam ex persona ipsi⁹ dei: dicens. Aue Equidem diuersus modus salutationis usitatus et reperitur in scripturis. uidelicet ꝑ aue: per salue: per gaude. Nam dominus iesus ꝛe suscitatus occurrens mulieribus uenientibus a monumento: et euntibus discipulis nuntiare eius resurrectionem: salutauit eas: dicens Auete. Mathe. ult: ꝛ Joab princeps exercitus. Dauid occurrens amase ut amicum salutans ait. Salue mi frater. ij. Re. xx. Et iudei qui erant hierosolimis mittentes litteras eis qui erant in egypto amicis suis ꝛ generis sui salutauerunt: dicentes salutem ꝛ pacem bonam. Angelus autem raphael ingressus ad Thobiaz salutans ait. Gaudium tibi sempersit. Et primus quidem modus salutationis conuenit salutatis incipientibus: quia optatur ex modo loquendi ut sint sie ue: precipue culpe. ab a. quod est sine ꝛ ue: quod importat malum. Secundus congruit proficientibus quia optatur salus. i. profectus ꝛ infirmitas in uirtutibus. Tertius ascribitur perfectis. s. gaudere in domino. Et qz hoc non potest esse sine pace mentis que ẽ causa eius: ideo christus discipulos qui statũ tenebãt perfectorum salutabat per pacem: dicens pax vobis. Angel⁹ ergo Gabriel: quia nũtiabat uirgini in persona humani generis incarnationem: per quam inchoabatur procuratio salutis humane. Profectus autem ꝛ perfectio nostre salutis post ea facta est per sacramenta instituta ab eo doctrinam ꝛ passionem. Ideo magis decuit salutatio ista fieri per aue ꝙ per salue uel gaude: hec Alb. magnus super missus est. Ex hoc autem uerbo multa mysteria insinuantur. Primo salutationẽ mittentis maiestas. Secundo incarnationis et unionis sublimitas. Tertio humanationis hui⁹ utilitas. Quarto recipientis salutationem singularitas.

Capitulum Decimũtertium

Quãtuz ad primũ. §.I.

sciẽdũ q̃ angl's Marie dixit aue ex pte ip̃ius dei. q̃ v̈bo seu dictio hz tres lr̃as inuẽtes psonas diui ne maiestatis. s. patris. f. ⁊. ſſ. Nã p̃ma litt'a q̃ ẽ. a. significat sp̃mſactũ ipse. n. spũſſact' ait Hre. amõ ẽ. Secũda lr̃a ẽ. u. significãs psonã filij qui ẽ v̈buz patris ⁊ q̃i medi'. ñ situ sed nũero ii patrẽ ⁊ sp̃m ſactuz. nã tres sẽ: ait Joã. i epl'a. i. c. v. q̃ testioniũ dãt i celo. P̃r v̈bũ ⁊ sp̃usſact'. Tertia lr̃a ẽ. e. ⁊ si gnificãs patrẽ. Nã ut dicit Dila. i li. de tri. Etni tas ẽ i pr̃e: ñ ita tñ q̃n filꝰ ⁊ spũſſact' ẽt sit eĩ' cũ eo: ſz qz ei appropãt magis: etnũ iportat q̃d sine pricipio: filius ãt ⁊ spiritusſanct' q̃uis nõ hẽant p̃ncipiũ huius creationis nec factõis: hñt tñ p̃nci piũ emanatõis: qz emanat filius a pr̃e: ⁊ spũſſact' ab utroq̃z: ⁊ si ab eterno: solus ãt pr̃ est sine aliq̃ p̃ncipio: qz a nullo ipse emanat. Dicit g̃ angel' aue q. d. tota trinitas me mittit ad te: quia ⁊ ipsa tota operabit' istã icarnationẽ i te.

Ꝟnionis sublimi. §.II.

tas ẽt hoc denotat. A littera ẽ p̃ma littera alpha beti i quo oẽs scie cõprehendũt. Est p̃ma scõz oẽ idioma. Naz litteraz hebreaz. quã lr̃am uocãt aleph: ⁊ grecoz q̃ dicũt alpha: ⁊ latinoz q̃ expri mũt eã p a. ultima ãt lr̃a alphabeti scõm latios. ẽ u. Et. u. adiũgitur ⁊ cõiũgit a i vnã dictionẽ per e Inter nãs itellectuales p̃ma ⁊ sup̃ma p̃ncipiũ ois creature ⁊ sapie est nã diuia signata p̃ a. un ipse de us dicit Apoc. i. Ego sũ alpha ⁊ o p̃ncipiũ ⁊ finis ois creature. Ultima autẽ naturaz q̃ itelligẽtiam hñt ẽ nã hũana designata p̃ u. vltimã lr̃am: q̃ nã i suppositꝰ dr̃ uir. Cuiꝰ dictõis p̃ncipiũ ẽ u: unde ⁊ gen̄. ij. dixit Adã de uxore sua matre oium Eua: hec uocabitur uirago: qz de uiro sũpta ẽ. Ista ãt duo nã. s. diuia ⁊ hũana: cõiũcta sũt ad inuicẽ in unitate psone i v̈gine Maria: signata i u: qz sicut ẽ media iter a ⁊ e: sic uirgo Maria ẽ ⁊ dicitur me diatrix hõinũ iter deũ ⁊ hoies: q̃i mediatrix recõ ciliatrix: qz i ea facta ẽ talis unio: sicut a ⁊ u. litteze uniũt i e: ĩ una dictione. Nulla autem vnio i crea turis reperitur ita sublimis: sed omnes excedit et omnem intellectum transcendit. Ecce inquit pro phetia ueniet deus ⁊ homo. Dicit ergo angelus. Aue. q. d. hoc est quod tibi nuntio qz in te unien tur i una persona deus ⁊ homo. Naturã. n. hũa nã i te ⁊ de te assumeret.

Ꝟtilitas quoque. §.III.

hic implicatur i Aue. Oẽs oz i uersu dicũt. e. ul'a quotquot nascũt ex eua. s. in egressu ex utero ma tris. Nascũtur enim lugendo. qui ploratus ẽ scõz b. Aug. de ci. dei quasi q̃dam pphetia nostri inco latus designãtem ex hoc qz i terrã ⁊ uallẽ lachry maz ⁊ miseriarũ itram'. Et masculus q̃dẽ iplõa tu suo nascẽs pfert a. q̃i dicẽs Similis sum adde masculus: miserias inũeras ⁊ mortem cui sũ sub ditus deplorans. Femina autem in ortu suo plo rãs. e. resonet quasi diceret. Femina sum eue silis cuius miseriꝰ ⁊ maledictis subiectioz. Sed Adam ⁊ Eua cum filijs ⁊ filiabus suis ab eis mortificati uiuificantur per uirginem matrem: quod significat per medium inter. a. ⁊. e. mediatrix ⁊ genitrix uite per filium suum benedictum. Ubi etiam aduertendum q̃ istud nomen Eua: si littere ipse econtrario exprimantur secundum ordinem suũ sonat aue. q. d. angelus. Ideo tibi dico. Aue qua si tota contraria es Eue. Et hoc est quod cãit ec clesia i Jmno. sumens illud aue gabrielis ore fun da nos in pace mutans nomen eue. Illa enim eua fecit filios suos inimicos dei: ⁊ ista nos pacificauit deo. Illa superbiuit contra dominum: silis volẽs esse deo: ista se profũdissime humiliauit. uocãs se nõ matrẽ domini sicut erat: sed ancillam domini Ecce ait ancilla dñi. Illa mater cũctorum uiuẽti tiũ spiritualis interfectrix: hec cũctoz matr spiritu alis uiuificatrix. Illa maledicta multipl'r a deo. hec benedicta in matris utero. Et ideo merito di xit angelus. Aue q̃ ẽ oppositũ eue: vsis litteris. econtra. Sciendũ etiam q̃ littera a expressa uoce formatur i gutture: ⁊ i gutture cõiter hebrea lo cutio formatur e. formatur in palato: ⁊ i palato grecus sua uerba pronũtiat. u. pronũtiat i labijs ea accuẽdo. ⁊ latinus in labijs quodãmõ loquit̃. Apte ergo inquit Aue. q. d. ois ligua tã hebraica q̃ greca ⁊ latina te laudat h̃ ois doctrine attestat mysteriũ.

Quarto ostendi. §.IIII.

tur ex hoc uerbo singularitas Marie sibi eniz so li congruit hoc uerbuz aue quod deriuatur ab a quod est sine ⁊ ue quasi sine ue. Ue autem ipõ tat miseriam. Nulla autem pura creatura ẽ: que sit sine ue nisi uirgo Maria. Notãdũ igituz se cundum Alb. super missus est: q̃ uirgo fuit sic ue cõi: oibus hominibus cõuenienti sine ue speciali oibus mulieribus contingenti. sine ue particulari omnibus mulieribus seu matribus cõgruenti. Et ue quod tangit omnes per peccatũ hoies triplex est ut merito dicatur per Jo. i apoca. ter ue ue ue. habitantibus in terra: ex parte. s. corporis: ex pte anime: ⁊ ex parte coniuncti. Ex parte corpõis per peccatũ incurrit distemperationem: ⁊ naturalium appetituum inordinationem. Corpus eniz distemperatur in humoribus per nimios labões ⁊ inordinatas passiones. vnd̄ Seneca dicit q̃ plu res occidit uoluptas q̃ gladi'. Itẽ ue ẽ p̃ corporis ad animam rebellionem: qz caro ait apl's cõcupi scit aduersus sp̃m: tertio per ip̃i' post mortez cor poris icinerationẽ: qz puluis es: ⁊ i puluem reuer teris. gen̄. iij. Uñ ⁊ prio hõi in persona omnium

istud triplex ue fuit prenũtiatum a domino dicẽ te:maledicta terra in opere;tuo:i.corpus de terra factum. In sudore uultus tui uescereris pane tuo:per sudores corpus distemperatur. Spinas ⁊ tribulos germinabit tibi terra.s.corporis pũcti ones.s.⁊ pruritus concupie contra spiritũ:donec reuertaris i terram de qua sũptus es per incine rationẽ: Sed ab isto triplici ue fuit Maria li bera ⁊ sine eo. Nulla enim inordinatõ passionuz fuit in ea uel distemperantia humorum ex opez inordinatione que ordinatissima fuit in omnib⁹ Ei represso et extincto in ea fomite concupie: Nul lus etiam primus motus ad peccatum seu con tra spiritum fuit in ea. Unde dictum fuit de ea. in figuram. Ipsa conteret caput tuum. Genesis tertio .Caput serpentis antiqui:sunt primi mo tus peccati quibus ipse insidiatur anime. Sz uir go Maria contriuit ex toto extinguẽs incinerata post mortem non fuit sed glorificata in corpore regnat cum filio. Unde.b.Augu.putredo ⁊ uer mis sunt obprobrium humane cõditionis a quo Marie natura excipitur:quã de ea ihesus assũpsit se probatur. Ex parte autem aĩme triplex ue om nes incurrimus:ue erroris:ue doloris:⁊ ue pudo ris. Errare est aliud pro alio putare.s.falsum ꝓ uero malum pro bono. Isa.liij: Omnes q̃si oues errauimus.b.Aug. Error non est in natura hõis instituti:sed pena damnati.i.puniti a deo per pec catum. Errauimus i rationali triplr.s.in eligẽdo in discernendo.⁊ in exequendo prouer. Errant q̃ operantur malum. Primum q̃ occurrit in agen do est finis. Omne enim agens agit propter finẽ inquit philosophus. Finis autem habet rationez boni. Nemo enim intendens ad malum operat. Sed istud bonum quod quis intendit in operan do est aliquando uerum bonũ:ut opus uirtuosũ aliquando apparens bonum sed non uerum bo num:ut opus vitiosum:auaritia enim intendit i suo opere bonũ utile lucri:sed quia postponit sa lutem anime:obseruationem diuini precepti pro hibentis illicita lucra:ideo non uerum bonuz eli git sed apparens ⁊ falsuz. Luxuriosus eligit bonũ delectabile carnis contra uirtutem castitatis: esti mans tunc illud maius bonum q̃ castitatem ⁊ sic errat. Sed seruus dei eligit bonum honestatis q̃ est uerum bonum deo acceptum:opus.s.uirtuo sum istud uel illud. Istud ergo ue erroris de quo Isa.v.dicitur. Ue qui dicitis malum bonuz ⁊ bo num malum. frequenter omnes incurrũt:sz Ma ria sine isto ue fuit. Optimam enim partem sibi elegit Maria in omnibus Lu.x. Unũ quippe sci mus pro certo inquit odilio in sermone:qz omis Marie actio semper intenta fuit in domino.

In discernendo erramus. Non enim suffic eligez bonum finem in opere nostro:sed etiam debita media perueniendi ad illum finem querere. Uñ dictum fuit chaym fm aliã trãslationẽ. Si recte offeras ⁊ nõ recte diuidas peccasti.i.si itendas et facias bonũ opus ⁊ non obserues debitas circun stantias:que sunt diuerse:ut debitum locũ tẽpus modum:⁊ huiusmodi peccatũ incurritur. Bonũ est enim dare elemosynã ꝓpter deũ. Sed dare ñ indigenti uel ei qui abutitur ⁊ huiusmodi nõ est bonum. Et illud ue etiam frequẽti incurritur ò q̃ potest itelligi illud Math.xvij.ue mũdo a scan dalis. Quia.n.hoies i operibus suis nõ obseruãt debitas circunstantias:ideo sequũtur multa scan dala. Sz aue.i.sine isto ue fuit Maria q̃ sẽp opa ta ẽ cõsilo manuũ suaꝝ..puer.uli.i.i operibus su is consiliũ habebat:discernẽdo debitas circũstan tias. In exequendo erramus nõ opando ⁊ exe cutõi mãdãdo:uel tarde quod rõ decreuit fien dũ ex negligẽtia uel pigritia.cũ tñ ut ait phũs in ethi.oportet consiliata uelocẽ exeq̃. Et istud ue i currim⁹ frequentissime non exequendo que cogno uim⁹ ⁊ deliberauimus facere. Et ne dissolutis cõ de Eccl̃i.qui.s.non uiriliter exequũt qõ itendunt Sed aue.i.sine isto ue fuit Maria: vnde concep to filio cũ audisset Elisabeth grauidam. Logitas illi seruire i ptu. Exurgens habũt in montana cũ festinatione ad domũ zacharie Lu.ij. O mia hec pertinent ad prudentiam : qua plenissima fuit: Unde de ea canit ecclesia. Quo progrederis vgo prudentissima ⁊c.

Secũdum ue est do.§.V

loris cõe omnibus in concupiscibili Eccs. Cuncti dies eius laboribus ⁊ erumnis pleni sunt ps.xvij dolores inferni circundederunt me. Item tribula tionem ⁊ dolorem inueni. Et quis est ille qui vn q̃ euasere it istud ue. Sed quomodo dicimus de uirgine de isto ue. Aue idest sine ue doloris. Cum ut dicit damascenus :dolores partus fuerũt ei re seruari in passione filij :tunc enim animam eius pertransiuit gladius :ut predixerat Simeon. Et ibi dolores ut parturientis utiq; ex his que dicit Seneca probatur fuisse sine eo:dicit enim q̃ sapi ens non turbatur uel contristatur quicquid acci derit ei. Et hoc sic probat. Ualidius est quod le dit eo quod leditur. Nequitia autem non est for tior uirtute sed infirmior. Non leditur autem q̃s nisi a malis. Ergo non leditur sapiens:dolor aũt est de lesione. Item alia ratione. Diuinitati ñ nocetur. Sed omnis sapiens participatione deus est:ergo sapienti non nocetur. Dolor ãt est de lesi one. Dolor ãt est de nocumẽto. Item tertia ra tione sic probat: Omnis iniuria est alicuius rei. que perdi potest. Sapiens autem nihil potest p dere :omnia in se reposuit. Nihil credidit for tune :bona sua habet in solido. Nihil autẽ cupit fortuna quod non dedit. Nulla ḡ turbatio cadit i

sapientem. i. uirtuosum: hunc enim appellat sapientem. Sed omne ue. dolōis est turbatio: ergo ve non cadit in sapientem. Uirgo autem Maria ꝑ culdubio fuit omni sapiente sapientior ⁊ perfecti or: ergo in ea non fuit ue doloris. Et hoc utiq; verum est. q̄tum ad rationem fuit in omnibus sup omnes potentias suas ordinatissima: ratione superiore semper dominante: inferioribus uiribus Unde quicquid doloris sustinuit in corpore secū dū sensualitatem ut in passione filij: maximuz totum cessit ei in mām amoris ⁊ gaudij ſm rationē Et sic in ea dolor maximus in passione filij secūdum sensitiuam nunq̄ contrarius fuit gaudio rationis: quod habebat ex cognitione q; ex passiōe filij sequebatur dei honor ex redentione humani generis. Sine ue. ergo doloris in ratōe fuit. Quāuis autem in ceteris sapientibus ⁊ perfectis uiris hoc aliquādo fuerit: ut. s. ſm rationez non habuerint turbationem uel dolorem in aduersis: non tamen ita uniuersaliter quin aliquando turbat' fuerit ⁊ offuscatus oculus rationis. Etsi non excecatus. Tertium ue. s. pudoris incurrit homo per peccatum. Nam in statu innocentie dicit Gene. iij. q̄ erant nudi ambo. s. Adam ⁊ Eua ⁊ non erubescebant. Sed post peccatum uidentes se nudos erubuerunt: unde propter pudorem fecerunt sibi pizomata ad cooperiendum ignominiaz suā Est autem erubescentia timor de turpi preſeti uł preterito: cui omēs subiacimur: q; oēs facimus ꝺ fusione digna. ps. xliij. Tota die uerecundia mea contra me est. Sed ab hoc ue fuit imūis ꝟgo Maria: q; nihil turpitudinis unq̄ gessit uel in se hūit nihil inordinationis. Q; autem Ambro. dic̄ ō ea q; erat intenta operi': uerecunda sermone: uult dicere q; in exteriori conuersatione ostendebat verecūdia: ostendens necessariam maxime iuuenib' ⁊ mulierib': nō q; rō eam argueret de aliqua turpitudine presenti nil preterita. Ex parte ꝓiuncti. i. aie cū corpore repitur in hūano genē triplex ue. s ignorātie culpe ⁊ pene. Ignorātia magna est ī omnibus. Nescit enim homo finem suum Eccs. ix. quo ad corpus ⁊ quo ad aiam: nam ignorat diez mortis sue: ⁊ quo perget: ad penam uel gloriam. Et i uita ut dī Eccs. ix. Nemo sit utrum odio uł amore sit dignus. i. sit in gratia dei uel ñ Sed beata uirgo Maria ab isto ue fuit libera: quia certa erat non solū q; gratiam dei habebat: sed etiaz q; plena gratia angelo sibi nuntiante qui mentiri nō potest. Sciuit enim per reuelationem diem mortis sue: ⁊ q; maximam gloriam consecutura esset.

Ue culpe est triplex quia culpa originalis: culpa mortalis: ⁊ culpa uēialis de primo Hiere. xv. capitulo. Ue mihi mater mea quare genuisti me uirum rixe. Ex conceptu enim contrahitur originale cum quo nascimur: cum rixa carnis ⁊ spiritus: ⁊ ab hoc fuit libera beata Maria quia etsi concepta in eo ut ceteri: tamen nata sine eo sanctificata in utero. Neq; enim festis laudibus celebraretur. s. natiuitas eius: si non sanctas nasceretur i quit beatus Bernardus in sermone. Etsi aliq̄ sancti ut Joannes baptista et Hieremias fuerunt in utero sanctificati: sed non in tanta copia gratie: nec ita cito. Nam infusa anima in corpore pie cre di potest: q; eadem die fuerit ab illa culpa emūdata. Ad quod facit quod ait ps. loquendo de sanctificatione tabernaculi altissimi. quod tabernaculum nulli dubiuz fuit beata uirgo. Adiuuabit eam deus mane diluculo: adiuuit dando ipsi uirgini gratiam adiutricem ad uincendum ex omni parte peccatum. Mane id est in principio sue animationis cum recipit animam cum luce intellectus: diluculo idest q; citius Ue culpe mortalis actualis plurimi incurrunt quod nisi emundetur per penitentiaz a peccatis cessādo sequitur aliud ue eterne damnationis de quo potest illud Apoca. exponi unum ue abijt ecce aliud ue: ue vnum est culpa que abijt moriēdo quia cessat q̄s peccare. Sed sequitur ad illud ue eterne damnationis ⁊ potest dici illud ps. Tu. s. deus ꝓfregisti capita draconum in aquis. Capita draconuz sunt septez uitia capitalia. Unde ⁊ Joannes in Apoc. uidit draconē q̄ insidiebatur mulieri habere septez capita: hec capita confringuntur in aquis gratiarum que fuerunt in Maria plenitudie. ut de ea possit illud intelligi Gen. i. Congregationesq; grāruz appellauit Maria: producto hoc nomie nō correpte' prolato secundum litterā. Maria enim ut ait beatus Hieronymus plenitudo gratie se infundit. Fuerunt septem capita draconum. id est uitia capitalia confracta in Maria: ⁊ quo ad se ipsam: quia nullum eorum habuit: ⁊ quo ad nos suo merito et exemplo ac filio suo. De septemplici ue peccati mortalis dicit Isaias ca. i. Ue genti peccatrici populo graui iniquitate: semini' nequā filijs sceleratis: dereliquerunt deum: blasphemauerunt sanctum israhel: abalienati sunt retrorsū In qua auctoritate notantur septem capitalia uitia quibus debetur ue eterne damnationis a quibus omnio fuit Maria libera. Et ideo bene ei dicitur. Aue id est sine ue huius. Primum est uitium gule. Et huic dedita gens dicitur peccatrix: quod importat habitum permanentem. Nulluz enim uitium est in nobis ita permanens ut gula habituatum quasi in nobis ⁊ q̄ citius exerceatur Nam puer totus est gule deditus. Et quis est ille qui ultra metas necessitatis non rapiatur in cibo ⁊ potu. Quod cum mortale est preparatur ei ue eterne damnationis secundum illud Isaie. v. Ue qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandaz ⁊c̄. Ad hoc Maria beata libēa fuit. Scōz cāput draconis est accidia: hic est pplus grauis iniq̄tate. Nam accidia aggrauat animam ut nul boni

agere libeat. Sed ue dissolutis corde dicitur Ecclesiastici.ij. Tertium caput est luxuria. Et hec est semen nequam: quia nequiter effundit semen Sed ue qui opulenti estis in syon: qui lasciuitis i stratis uestris. hēt amos sex. Quartum caput ē auaritia. Et dediti huic uitio sunt filij scelerati Auaritia enim nil scelestius. Sz ue his qui cōgregant auaritiam inquit prophēta. Quintum caput est superbia. Et hij sunt qui dereliquerūt deum. Per nullum etiam uitium recedit quis a ðo et bellat contra eum sicut p supbiam. Sed ve corone superbie scribitur in Isa. c. xxviij. detracta ē eni ad inferos superbia tua. Sextum caput ē ira: per hanc homines pessimi blasphemauerunt sāctum isl'. Sed dicitur Eccī.ij. Ue his qui perdiderunt sustinentiā id est patiētiam uicti ab ira. Septimum caput est inuidia. Inuidi autem abaliēati sunt a deo retrorsum. Deus omnia sua bōa cōmunicat: inuidus autem dolet q aliquis extra se habeat bona unde alienus a conditionibus dei. Sed dicitur in epistola iude ue !his qui abitiunt in uiam chaim ⁊ chore. Jud.ij. Di ex iuidia moti sunt primus contra abel alter contra Moisem

Ab omnibus his fuit libera Maria. Naz abstinentie dedita ut ostendit. b. Amb. Ab accidia libera cuius spiritus exultauit semper in domio operata. A luxuria aliena q uirgo. Auaritie nescia: que omnia sua communicauit pauperibus Contra superbiam humillima: quia respexit humilitatem ⁊c. Nil in ea ire: que inter omnes mitl ut in passione filij. Inuidia nunquam in ea que salutem omnium semper optabat. De ue culpe uenialis cui debetur pena purgatorij si nō purgatur. potest intelligi illud michee pphete .ij.c. Ue uobis qui cogitatis inutile. Nam cogitatōes inutiles communiter sunt uenialia peccata. Sed ab omni culpa actuali mortali ⁊ ueniali fuit libera uirgo maria: de quibus loquitur. b. Aug. cum ait in li. de natura ⁊ gratia. Cum de peccatis agit nullam prorsus uolo de ea haberi mentionez. Ea excepta omnes sancti ⁊ sancte cum uiuerent cum Joā. euange. sanctissimo dicerent. Si dixerimus quia peccatum non habemus actuale. saltem ueniale perpetratum: ipsi nos seducimus ⁊ ueritas in nobis non est. Ue tertiū. s. pene est roleqns ex peccato: penitudo quia conscientia remordet de malo. Juxta illud. b. Augu. in li. cōfes. Justisti domine ⁊ sic est ut omnis inordinatus animus ipse. s. ibi pena sit ⁊ philosophus in ethico. Omis malus impletur penitudine. Uel etiam ue pene: est inclinatio ad alia mala perpetranda. vñ Gre. peccatum quod per penitentiam non delet mox suo pondere ad aliud trahit. Et licet per baptismum fomes peccati. i. inclinatio ad malu minuatur: ut non dominetur. non tamen extinguitur quin incitamentum ad illud sepe exurgat. De q ue pene potest intelligi illud Mich. Ue eis quoniam recesserunt a me. s. peccando. Sed ab huiꝰ modi fuit immunis. b. Maria: quia cum nullu commisserit peccatum. non habuit penitudinem de eo. nec aliquam inclinationem ad malum. Tota pulchra es de ea dicitur in canticis. iij. capitlo et macula non est in te. Apte ergo ei dicitur. Aue i. sine ue ignorātie culpe ⁊ pene ꝑdictis.

Fuit beata maria. §. VI

sine ue quod contigit omnibus matribus. Unō dominus iesus: ue pregnantibus ⁊ nutrientibus. Math. xxiij. Est autem istud ue triplex in matribus. s. damnificentie: indigentie: ⁊ afficientie. Damnum autem triplex incurrit femina cuz mater efficitur. s. quia in ꝯceptu perdit uirginitatez thesaurū irrecuperabilem. Post conceptuz venustatē ⁊ sānitatē. Nō. n. mulieres grauide appēt ita pulchre ut prius nec sane: quia subijciūtur mltis alterationibus propter conceptum: In partu autem perdūt hominum societatem. Non enīz possunt uiri accedere ad eas: sed ab hꝰmōi fuit libera uirgo maria. Nam in conceptu non amisit virginitatem sed aucta est puritas eius. Rubum quem uiderat moises incombustum conseruataz agnouimus tuam laudabilem uirginitatē dei genetrix canit ecclesia. Pulchritudinem non minuit ex cōceptu: immo ita est adaucta pulchritudo eius q Joseph non cognouit eam donec peperit filiū: qz ut dicit gl. tantus splendor tāta pulchritudo exibat ab ea ut facie ad faciez non fixe posset aspicere in eam: ⁊ merito qz splēdor etne glie erat in ea Nec tamen hoc alijs appebat. In ptu non perdidit hominum societatem sed pastores eam uisitarunt et paulo post reges tharsis sancti magi. Item matres incurrunt ue indigentie. Nam ad ꝯcipiendum indigent compare. i. uiro exquo concipiant. Post conceptum egent quiete' In partu obstetricatione. Sed ab huiusmodi ue: libera fuit beata maria: quia non ex uirili semine sed misti co spiramine uerbum dei factum caro est de uirgine maria. Quod enim in ea natum est. inqt angelus. i. conceptum de spiritusancto est. Mathe. i. id est opere spiritussancti. Non eguit quiete: qz non ex eo debilitata sed roborata fuit. vnde ⁊ subito abijt in montana ad uisitandum elysabeth ⁊ seruiendum ei in partu eius ut dicit Hiero. nulla enim obstetrix: nulla obsequia mulierum. Isaias germinans germinabit. s. uirgo pariet letabūda. i. laudans circūstantibus angelis ⁊ canentibꝰ gloria in excelsis deo. Tertio matres incurrūt ue afficientie: quia afficiuntur in conceptu libidie importando in uentre grauedine: in partu maximo dolore. Sz beata Maria sine huiusmodi ue fuit. Nam concepit sine libidine. Unde angelus.

Uirtus altissimi obumbrabit tibi: id ē refrigeriū prestabit: vt sine ardore alicuius libidinis concipias. sine grauamine filium in ventre portauit. Isaias. Ecce dominus ascendet super nubem leuem. Nubes est virgo Maria que grauamen in portā do non habuit ⁊ ipsa sola peperit sine dolore saluatorem seculi.

Ne quod ē speciale feminis ē triplex. s. sterilitatis in virginib' subiectionis ⁊ corruptionis in coniugatis: desolatiōis in viduis vt de se patet. Sed beata Maria i quolibet statu fuit sine tali ve. Nam virgo fuit cum fecunditate diuine plis. Coniugata fuit sine corruptione: quia ipsa cum sponso in virginitate pmansit libera: ab eo quod de alijs dictum est feminis. Sub viri potestate eris. Gen. iij. Non eni fuit subdita Joseph: sed ipse ei: quia ⁊ filius dei subditus erat ei. Uidua postea: sed non desolata: sed filio naturali associata ⁊ post mortem eius filio adoptiuo Joanni. Ergo aue. i. sine omni ve.

De nomine virginis. Capituluz. XIIII.

Omen uirginis Maria. Luce. j. Hoc autem ppū nomen virginis: angelus in salutatiōe reticuit sed ecclesia addidit

In quo posset videri alicui erratum: vel ab angelo nomē ipsum omittendo cum tamen in salutatione soleat nomen salutati exprimi: vel ab ecclesia non videtur recte factuz addēdo verbis sacre scripture cū dominus mandauit in Deut. Nō addetis verbis his quicq̄ nec minuetis. Et Joan. apoc'. vltimo ait. Si quis apposuerit ad hec. s. vba apponat ei deus has plagas: que. s. sunt in libro isto. Sed ad hec respondetur q̄ a nullo erratum est sed rectissime factum. Angelus enim dignissime salutando noue dignitatis nomie salutauit: vt p mutationem nominis: mutatio status figuraret: ⁊ eminētia dignitatis. Oñ eni quis assumitur ad magnam dignitatem: mutat nomen: vt patet i papa: quod ⁊ dominus Jesus fecit de Pe. d. Tu voca, Cephas. i. Petrus. Angelus ergo de pprio nomine quod est Maria: mutauit nomen: d. gratia plena: hoc autem nomen quod est gratia plena: huius circūlocutio ē tantū pprij nominis beatissime virginis ⁊ persone ipsius: quod nulli alij conuenit pprie nec deo nec creaturis: sed qō plenitudo gratie intelligitur susceptiue. Constat enim q̄ deus non est gratie susceptiuus sed datiuus. Nulla autem pura creatura est plena gratie susceptiue p̄terq̄ beata virgo: que tantum susceptit: q̄ pura creatura magis recipere nō potuit. Unde hoc ita ei proprium fuit: q̄ nulli alij conuenit. Jō angelus hoc ei nomen imposuit: d. gratia plena. Ecclesia tñ addendo ad gratia plena Maria non erat vel indecenter agit: quia non apponit ad vba scripture aliquid falsum vel contrariū ei. quod p hibet per auctes supra inductas: naz per id quod dicit cum angelo gratia plena: quod nomen exp̄mit suam dignitatem: ⁊ per quod addit Maria: intendit eam inclinare ad nostram necessitatem subleuandam. Ipsa enim que est gratia plena per influentiam diuine bonitatis: data est nobis stella maris: que est interpretatio Marie: vt eius plenitudo gratie in nobis suppleat defectum culpe in via: Et ipsa stella in firmamento glorie fixa: nos naufragos de statu miserie traducat ad portuz salutis eterne. Et ideo apte dicitur. Aue Maria. Nomē vginis inq̄t euāgelista Maria. Nō i datiō dic'. Nomē vgini: sic̄ dixit de Joseph. Cui nomen erat ioseph. Nā Joseph ex sponsalib' cū Maria: acquisitum est sibi ⁊ datum augmentum virtutuz. Sed in genitiuo dicitur nomen virginis Maria: que significat possessionē: non enim tunc ei datū fuit vt esset stella maris: sed iam possedit: ⁊ i hoc nata fuit vt omnes illuminaret p̄cedentes ⁊ sequētes: quia nisi per fidem verbi incarnati vel incarnandi de hac virgine explicitam vel implicitam: nulli salus extitit. Satis verisimile est: q̄ cum mulieres non circūciderentur sed mares: i qua circūcisione octaua die natiuitatis sue celebrata ipone bat ar ei nomen: feminis ipsis die sue natiuitatis nomen imponeretur. Et sic die qua nata est ipositum est ei nomen Maria a parentibus secūduz angelicam reuelationem de qua stella oriunda p phetauit Balaā: dicens. Orietur stella ex Jacob id est virgo Maria ex genere Jacob: numeri. xx iiij. Et in festo natiuitatis eius canit ecclesia. Stella Maria maris hodie pces. ad or. Recte igitur nomen virginis Maria. Noia eni imponunt rebus fm pprietatē eaz. Et quia virgo ista habz similitudinē ad pprietatem stelle maris: ideo nomē eius Maria quod interpretatur stella maris: vt declarabitur: ideo nomen eius Maria. Ubi tria notantur circa hoc nomen.

Primo nominis interpretationez explicandam.
Secundo nominis deriuationem adaptandam.
Tertio nominis litterationem appropriandam.

Quātum ad primū. §. I.

sciendum q̄ maria interptatur domina vel illuminata seu illuminatrix. Ac etiam stella maris fz. b. Hieronymū i libro interptatiōnū. Ipsa eni domina oim: cum filius eius sit dñs vniuersoz̄. Ipsa illuminata a deo. vt luna a sole ⁊ plena oim illuminationū celestium. Ipsa illuminatrix omniū electorum: vñ cait eccla. Solue vincla reis: pfer lumē cecis: merito. s. ⁊ interuētu. Stella q̄s maris. Aue maris stella ei oz: ⁊ sup hac int̄ptatiōe alijs omissis

diffusi tractemus. Unde.b.bernardus super missus ē. Loquamur de hoc nōie Maria: quod interpretatur stella maris: ⁊ matri virgini valde cōuenienter adaptatur. Ipsa siquidē syderi cōueniētissime cōparatur: quia sicut stella sine sui corruptiōe profert radiū Sic ꝟgo maria sine sui violatione edidit filium.. Nec syderi radius suam ūminuit claritatē: nec filius Marie ei suam integritatē. Ipsa nanq; est nobilis illa stella: orta ex Jacob: cui⁹ radius totū orbē illustrauit: cuius splendor etiā prefulget in supernis: in inferos penetrat: terras etiaz perlustrans ⁊ calefaciens mentes: magis q̄ corpora: fouet virtutes ⁊ exco quit vicia: Ipsa siquidez preclara ⁊ eximia stella: super hoc mare magnuz ⁊ spatiosum necessario eleuata: micans meritis: illustrans exemplis. O quisquis intelligis in huius seculi ꝓfluuio magis inter ꝓcellas ⁊ tempestates fluctuare: magis q̄ per terraz ambulare: ne auertas oculos ab huius seculi syderis fulgore: si non vis obrui procellis. Si insurgant vēti tentationū Si incurras scopulos tribulationū: respice stellā: voca Mariā. Si iracundia: aut auaricia: aut carnis illecebra nauiculam cōcusserit mentis: respice ad Mariam. Si cuiminum imanitate turbatus conscientie feditate confusus: iudicij terrore barathro desperationis incipias turbari vel absorberi ⁊ tristari in periculis in angustijs: in rebus dubijs Mariam cogita: Mariam inuoca: non recedat ab ore: non recedat a corde. Et vt impetres orationis eius auxilium: non differas conuersationis eius exemplum. Ipsam sequens non deuias. Ipsam cogitans non erras. Ipsa tenente nō corruis. Ipsa protegente non metuis. Ipsa duce nō fatigaris. Ipsa propitia peruenis. Et sic in temet ipso experiris quia nomen virginis Maria: id est stella maris. Conuenientius autem dicitur virgo Maria stella maris: ⁊ ei assimilatur: propter vi consideranda in stella illa: videlicz substantiā: quantitatem: qualitatem: situm: statuz: ⁊ effectū. Et quantum ad substantiam stella illa celestis incorruptibilis: ⁊ origo lucis que tamen conuenit ⁊ alijs stellis. Sic virgo Maria fuit celestis cōuersatione: vt completius dicere posset cum apostolo. Nostra conuersatio in celis est: ad Philp. iij. Incorruptibilis fuit mente ⁊ corpore. Nam vt dicit Anselmus. Ea puritate decuit vt niteret: qua maior sub deo nequeat reperiri. Origo fuit lucis. Nam vt canit ecclesia. Angelus consilij natus est de virgine. Sol de stella qui illuminat omnem hominem venientē in hunc mundū. Quātum ad equalitatez: stella illa est superior: clarior: ⁊ vtilior: quia est in supremo poli: ideo superior: ⁊ beata Maria est superior omnium sanctorum ⁊ angelorum: deo propinquior: clarior est virginitate. Et etiam beata Maria stella semper rutilans: semper clara in fide fuit. Omnes alie stelle: id est apostoli ⁊ Marie ceciderunt amittentes lumen fidei diuinitatis Christi: ipsa nunquā in passione eius. Utilis est valde stella maris fecunditate. Et quis sanctus vel sancta vtilior nobis hac v̄gine: que nobis genuit deum pariter ⁊ hominem omnium saluatorem. Quantum ad quantitatem stella maris est minima in apparentia nobis: sed maxima i seipsa. Sic beata Maria maxime in sanctitate in se: sed minima in sui mente. propter maximam humilitatem: quia respexit humilitatem ancille sue ait. Luce. j. capitulo. Humilis i corde totū deo tribuēs. Humilis i ore seu locutōne: cuius signum rarissima ⁊ breuis locutio eius. Humilis in opere seruiens cognate in partu loco ancille ipsa que erat domina angelorum. Quātum ad statum: status stelle est quasi sine motu: quia est vicina polo: ita modicus est circuitus ei⁹ vt videatur non moueri. Est sine occasu quia nō occidit nobis vt alie stelle: ⁊ siñ errore. Sic beata Maria est sine motu inconstantie nūquā turbata. Nam q̄ dicitur turbata in sermone angeli: ñ fuit illa turbatio ire sed admirationis i tanta laude ex humilitate. Sine occasu fuit alicuius peccati. Nam etsi septies in die cadit iustus: vt ait Salomon: prouerbiorum scilicet venialiter: ⁊ igitur in die gratie remanens: hec nunq̄ cecidit. Fuit sine errore ignorantie eorum que pertinent ad salutem: vnde ⁊ dicitur mater agnitionis Ecclesiastici xxiiij. Quantum ad effectum stella illa attrahit ferrum ad calamitam: sua luce nautas dirigit ⁊ est contra aquilonem. Et beata Maria per insertam sibi misericordiam attrahit peccatores ad celum per penitentiam quam eis procurat. Naufragantes in pelago huius mundi ad portum salutis dirigit. Unde canit ecclesia. Ad te pia suspiramus. Si non ducis: deuiamus. En ad te confugimus. Est etiam contra aquilonem id est contra diabolum nobis aduersantem. Juxta illud Diere. j. Ab aquilone pandetur oē malū. Sed tu nos ab hoste protege: ⁊ in hora mortis suscipe et dicimus. Quantum ad situm dicit Exastenes: q̄ est vna stella ifima que polus appellatur: per quē locum mūdus ipse extimatur versari. Quod nulli pure crearure videtur potius conuenire: q̄ beate Marie scilicet mundum circa ipsam versari. Ad ipsaz enim re picere videntur vniuersi superi vt restaurent. Inferi vt de libo liberentur. Qui in mōdo sunt: vt iustificentur. Qui ante nos fuerit ꝓpbe vt virificentur in suis prophetijs de incarnatione filij. Qui in pñti sunt vt subleuent a tantis miserijs. Qui futuri sūt: vt saluentur. Dicitur autem stella maris ⁊ non stella celi vel nauis maris: quia existens ipsa in statu celestis patrie vt stella i celo: ⁊ non i pelago in quietudine pleno vt nauis dirigit nos in statu vie qui sumus in mari: et ideo stella maris non celi.

Capitulum Décimumquartū.

Ntuz ad ſecunduz. §. II.

principale deriuatur hoc nomen a mari. Et hoc aptiſſime: quia ſicut omnia flumina in mare intrant: ꝛ mare non redundat Eccēs. j. ita in maria omnes aque gratiarum que fuerunt in aliis ſanctis vt fluuijs: intrauerunt in Maria virgie: ꝛ tamen iſtud mare plenum omni gratia non redundauit: excedens terminos ſuos in aliquam elationem vel iactantiam. Unde ꝛ beatus Hieronymus in ſermone. Leteris ſanctis per partes collata eſt gratia. Marie vero plenitudo gratie ſe infudit. Mare autem dicitur quaſi amarum fuit autem beata Maria mare amarum in conuerſatione amara ſcilicet perfecta ſenſuum mortificatione. Nulla enim pura creatura mortificauit ita ſenſus ſuos ab omni vanitate ꝛ curioſitate vt ipſa. Cum tamen: vt dicitur Eccēs. j. nunq̄ ſatiabitur oculus viſu nec auris auditu. Et ſic aliis ſenſibus erga ſua obiecta. Et inde mors peccati intrauit per feneſtras noſtras ſenſuum: quia non clauduntur vt oportet: vnde ꝛ beata Maria aſſimulatur mirre amare: que preſeruat a corruptione: quaſi mirra electa ait ipſa dedi ſuauitatem odoris. Eccleſiaſtici. xxiiij. Maria vero mare amariſſimum fuit in paſſione filij. Nam vt ait Damaſcenus. Partus dolores fuerunt ei reſeruati. In partu igitur naturali peperit ſine dolore ſaluatorem: immo cum ſummo gaudio. Sz in partu ſpirituali: cum ſcilicet parturiuit nos deo: attendite ꝛ videte ait ſi eſt dolor ſicut dolor meus treñ. j. Sicut ergo ex primo partu dicitur Maria quaſi ſtella maris: qui ſicut ſydus radiū profert: virgo filium pari forma ſine dolore ſine corruptione. Sic in ſecundo partu dicitur Maria mare amarum: vbi ſcilicet mater miſericordie affuit patri miſericordiarum in opere ſumme miſericordie: ꝛ dolorem paſſionis ſecum ſuſtinuit.

Nam ipſius animam pertranſiuit gladius doloris immenſi excedentis omnem martyrum dolorem vt ait beatus Bernardus. Et ſic adiutrix facta eſt noſtre redemptionis: ꝛ mater noſtre ſpiritualis generationis. Et de hoc duplici partu virginis dicitur Iſaie vltimo. Antequam parturiret peperit: ꝛ antequā veniret partus eius: peperit maſculum. Quis audiuit vnquam tale aut quis vidit huic ſimile peperit primo beata Maria ſine dolore ꝛ peperit maſculum filium ſuum primogenitum quem pannis inuoluit: parturiuit poſtea iuxta crucem: dolorem immenſum ſentiendo cum filio in cruce: non vnum ſed multos filios: qui redempti ſunt a domino: ſimul quantum ad virtutem cauſe: non ſimul quantum ad eſſe: ſed diuerſis temporibus quantum ad applicationez effectus ipſius paſſionis. Quis vnquā audiuit tantum gaudiuz vt in primo. Quis vidit tantum dolorem vt in ſecundo partu: Certe nullus.

Fuit autem figurata hec beata Maria quantum ad nomen in Maria ſorore Moiſi ꝛ Aarō

Illa enim tranſito mare rubro: cecinit cum magno gaudio. Cantemus domino gloriоſe. Et iſta Maria non ſoluz mater: ſed ꝛ ſoror affectu ꝛ natura ſummi ſacerdotis Jeſu Chriſti: ꝛ ducis populi iſrael populi fidelis: poſt primam natiuitatē in vtero: intelligens in ſui initio proſtratum pharaonem infernalem cum ſuis deo gratias agēs dixit. Magnificat anima mea dominum. ſed in mari rubro paſſionis filij cognoſcens mortem noſtram per mortem filij deſtructam: ꝛ diabolum proſtratum in reſurrectione filij: pro noſtra liberatione mente domino decantauit gratias agens: ꝛ ad hoc omnes inuitans: ꝛ amaricatos per penitētiam ex amaritudine peccatorum: egredientes ad littus ſalutis ſuſcipiens.

Quantū ad tertiū. §. III.

Ex ſignificatione litterarum huius nomis elicit ſublimitas eius. Quinq̄z enim ſunt littere huius nominis Maria.

Et ſignantur per hoc q̄ eſt..
Mater vniuerſorum.
Archa theſaurorum.
Regina celorum.
Jaculum inimicorum
Aduocata peccatorum.

Primo eſt mater vniuerſorum. Juxta illud Sapientie ſeptimo. Omnium eſt mater. Quod Albertus ſuper miſſus eſt: exponit de virgine Maria ſubdens. Quia mater reſpectu filij habet quatuor proprietates que ſunt: genitura: cura: prioritaſ: ꝛ dignitas. Et genitura primo quidem mater eſt omnium: quia vnum hominez genuit ſcilicet Chriſtum: ꝛ omnes regenerauit. Peperit enim filium ſuuz primo genitum Chriſtum corporaliter. Alios autem omnes ſancto ſpiritualiter. Ipſe enim Jeſus non confunditur electos ſuos apoſtolos vocare fratreſ per p̄s. vigeſimop̄mo dicens. Narrabo nomen tuum fratribus meis.

Nam per conceptum eius ꝛ partum ex ipſa virgine: caro ꝛ frater noſter eſt: vt ſit ipſe primo genitus ſcilicet dignitate in multis fratribus ſcilicet omnibus ſanctis: quos ſanctitate precellit. Nec obſtat ſi dicatur: q̄ filius eſſe non poteſt ante matrem. Sed multi ſancti fuerunt antequā virgo eſſet in mundo concepta vel nata: vt patet de omnibus patribus veteris teſtamenti: ergo videtur q̄ reſpectu illorum non poſſit dici mater. Sed reſpondetur q̄ hoc eſt verum in eſſe nature: q̄ filius non poſſit eſſe ante patrem vel matrem in tē pore. In eſſe autem gratie non repugnat: omnes ſancti qui fuerunt ante Chriſtum ſalui fuerūt

ꝛ gratiam receperunt per fidem verbi incarnādi de virgine Maria: explicatam vel saltē iplicataz: de cuius plenitudine omnes sancti acceperunt. Sicut ergo regeneratio spiritualis: per quam sci licet habetur esse gratie quo ad sanctos noui te stamenti: est per fidem viuam verbi incarnati de virgine: ita quo ad sanctos veteris testamēti erat regeneratio in esse spirituale per fidem incarnan di de virgine. Que incarnatio fuit in virgine. Ho rum igitur omnium regeneratorum spiritualiter per gratiā virgo mr est. Jtez et angeli cuz recipiāt illuminationem: perfectionem: ꝛ beatificationem a Jesu. Nam ipse est in quem desiderant angeli prospicere. i. pe. i. Et per ipsum omnia restauran tur in terra ꝛ in celo: ergo ꝛ angeli recipiūt quod dam esse glorie a beata virgine. Quicquid autez est causa cause: est causa cāti. Sed beata Maria est causa Jesu quia mater eius: ergo ꝛ causa ē ali quo modo glorie angelorum: vt apte dicatur ma ter eorum. Cum etiaz ipsa dicatur ab ecclesia ma ter gratie ꝛ mater misericordie: ꝛ gratia perducat ad gloriam ꝛ causa sit eius: sequitur ꝙ omnium qui sunt in gloria sanctorum: etiam qui eam pre cesserunt tempore in gloria consequenda mater est. Secundo est mater nostra cura: quia i vno nobis genuit: quicquid ad hanc vitam vel futurā nobis necessarium fuit. Unde ipsa dicit Eccs. xx iij. A generationibus meis adimplemini: id est a bonis que generantur ꝛ profluunt a filio a me genito. Et sicut de sapientia dei dicitur. Ipsi ē cu ra de omnibus: ita de virgine matre sapientie di ci potest ꝙ curam habet de omnibus. Jn cuius fi guram Eliezer procurator Abrahe postularet a Rebecca vir gine pulcherrima: vt potum sibi da ret. Non solum ei obtulit potum aque: sed ꝛ ca melis suis. Sic virgo pulcherrima mēte ꝛ corpo re: non solum curam habet de electis ratione vtē tibus vt sitientibus procuret aquam gratiarum: sed etiam peccatoribus curam habet vt animali bus irrationabilibus: non petentibus nec desi derantibus aquam gratiarum procurat. Tertio di gnitate quoq; est mater: quia primo genita est an te omnem creaturam. Nobilior enim est ꝛ perfe ctior gratia ꝛ gloria omni pura creatura. Quod autem est primum in vnoquoq; genere: est quasi causa aliorum. Sicut charitas que est excellentis sima virtutum: dicitur mater virtutum: ita ꝛ vir go Maria excellentissima creaturarum dicitur mater earum. Non solum autem spiritualium sed ꝛ rerum corporalium mater dici potest: om nis enim creatura: inquit apostolus ad Romāos octauo: ingemiscit ꝛ parturit vsq; adhuc: spectās reuelationem filiorum dei idest glorificationem sanctorum in anima ꝛ corpore quod erit in fine mundi: quia ꝛ tunc creatura corporalis insensibi lis innouabitur: liberata a corruptione vt elemē ta: ꝛ motu vt corpora celestia. Unde ꝛ Jo. apoc. penultimo: dicit se vidisse celos nouos ꝛ terram nouam idest innouatam. Que innouatio fit per Christum. Juxta illud Apocal. Ecce noua facio omnia. Unde sicut beata Maria mater est Christi: ita ꝛ innouationis ꝛ creaturarum inno uataꝛ mater merito dici potest. Prioritate ēt dicitur mater prioritate scilicet predestinationis. Ipsa enim ante secula predestinata est: vt esset prn cipium: ex quo recreandum fuit omne creatum. Et sic dicitur de ea prouerbiorum octauo. Domi nus possedit me in initio viarum suarum id est i principio operum suorum vt sim prima omniuz suarum creaturarum que pure creature sunt. Et cum eo eram cuncta componens scilicet recrean do que per culpam quasi destructa erant. Unde ꝛ beatus Bernardus. Merito o domina respici unt in te oculi vniuerse creature: in qua ꝛ ex qua benignissima manus dei quicquid creauerat: creauit.

Secunda littera ē. §. IIII

A ꝛ significat ꝙ est archa thesaurorum: que figu rata est in archa tabernaculi: de qua dixit domi nus ad Moisen. Exodi. xxv. Fac tibi archam de lignis Sethim: que vtiq; archa deaurata erat in tus ꝛ foris. Et erant in ea vrna: manne: tabule le gis: ꝛ virga Aaron que fronduerat. Ligna sethiz de quibus fabricata erat archa: sunt ligna impu tribilia: ꝛ significat thesaurū virginitatis in sum mo que in ea fuit. Castitas enim est ille thesaur⁹ de quo ait apostolus. ij. Corintheorum. iiij. habe mus thesaurum istum in vasis istis fictilibus in corporibus. Nam in angelis que non habent cor pus: virginitas non est virtus: quia hoc habent a natura: non a pugna cum gratia. Est autem tanti valoris iste thesaurus: vt dicat sapiens Ecclesiasti ci. xxvi. Non ē digna ponderatio anime continē tis: qui thesaurus si semel amittitur: nunq; recu peratur quo ad premium aureole. Et licet secun dum philosophum in ethicis dicatur incontinēs vnde ꝛ vitiosus: qui sustinet pugnam carnis ꝛ de ducitur ac superatur: scilicet consentiendo concu piscentijs. Continens autem ꝛ virtuosus: qui etsi sustinet tentationes carnis: non tamen deducitur sed resistit. Insensibilis autem qui non sustinet huius stimulos vnde nec deducitur. Hoc est verū secundum naturam et communem gratiam. Sed i virgine per gratiam specialem: non per in sensibilitatem que est vitium: hoc habuit: vt cum esset in carne: non sentiret stimulos aliquos ꝛ mo tus etiam primos carnis: nec aliquam inclinatio nem ad malum. Et ista archa deaurata intus et foris: quia plena charitate. b. Hieronymus in sermone de assūptione eius ait. Totā icāduerat

eam diuin⁹ amor: vt nihil esset in ea quo mundanus violaretur affectus: sed ardor cōtinuus ebrietas perfusi amoris. Aurum enim quia preciosius alijs metallis: ideo significat charitatem maximā virtutum. Hac ipsa erat circundata in conuersatione exteriori ⁊ actione interiori. Ad opera ipsius charitatis Christus hortabatur Mathei. v. dicens. Thesaurizate vobis thesauros in celis: faciendo scilicet opora charitatis. In hac archa est thesaurus misericordie designante per manna suauissime: quem thesaurum postulabat Moises populo suo. d. numeri. xx. Aperi eis dñe thesaurū tuum fontē aque viue scilicet misericordie ⁊ gratie. vnde ⁊ mater misericordie virgo maria dicitur. Est in ea ⁊ thesaurus apientie signat⁹ per legē ibi positam: de quo dicitur sapientie. vij. Infinitus thesaurus est hominibus scilicet sapiētia de qua ibi loquitur. Nulla enim creatura pura habuit tantam cognitionem de diuinis rebus ⁊ pertinentibus ad salutem sicut ipsa: vnde ipsa magistra fuit apostolorum et euangelistiarum ad docendum eos de mysterijs Christi. Nec mirum si thesaurum habuit immensum sapientie: cum in ea Christus requieuerit in q̄ sunt omnes thesauri sapientie ⁊ scientie dei secundum apostolum. Et qui Christum nouit: ait. b. Ambrosi⁹: thesaurū sapientie ⁊ scientie nouit. di. xxxvi. Est ⁊ virga in archa designans potestatem ⁊ dominium. Nā regina dicitur celorum ⁊ domina angelorum. Archa autem ista habetur in tabernaculo vt preciosissimum quid. Et ita virgo in tabernaculo ecclesie preciosissimum ⁊ sanctissimum.

Tertia littera est .Ꝟ.

R denotans quia ipsa est regula viatorum: nam vt canit ecclesia. Eius vita incl. cunc. illu. ecclesias Habetis inquit beatus Ambrosius in libro de v̄ginibus in ea exempla probitatis: vt sciatis quid eligere quid reprobare debeatis. Reprobare scilicet illicita ⁊ eligere virtuosa opera: hinc ⁊ Hiero. in sermone. Talibus decebat virginem appignerari muneribus vt plena esset gratia: que celis dedit gloriam: terris deum: pacemq; refudit: fidem gentibus: finem vicijs: moribus disciplinam scilicet per exempla vite sue. Et cū sit triplex status ecclesie scilicet virginum: coniugatorum ⁊ viduarum in vtroq; sexu. Ipsa in omni statu se reperit vt omnibus regulam daret. Virgo vtiq; semper fuit ante partum: in partu: ⁊ post partum docēs virgines suo exemplo virginitatem suam domino dedicare. Ab infantia enim a parentibus ad templum adducta: ⁊ ibi dimissa a parentibus cū alijs virginibus nutriebatur ⁊ instruebatur in lege domini. Panem ociosa non comedit: vt dicitur proverbiorū vltimo: sed operata est consilio manuū suarum: faciens aliquod honestum exercitium manuale. Inuictum ab oratione ⁊ laude dei spiritum non relaxabat. adeo vt cum vocaret a quoq; responderet per deo gratias: ne illud momentū temporis a gratiarum actione vacaret. Prodire domo nescia ait de ea beatus Ambro. nisi cum ad templum accederet: lege domini hoc mandaz te. Discite o virgines ait idem beatus Ambrosius non cursitare per alienas edes: non aliquos in publico miscere sermones. O q̄ parum locutam fuisse refertur. cum tamen in verbo offendere non posset: vt virtutem primam innueret esse compescere linguam. Sciens illud prouer. quia in multiloquio non deest peccatum. Parum cui hominibus loquebatur vt copiosius posset loqui cum deo: in salutatione angelica q̄ turbata est virgo i laudatione sua: ⁊ cogitabat qualis esset ista salutatio: docentur virgines ⁊ persone spirituales ex horrescere cum laudantur: non sibi ipsis complacere ⁊ ad mentem recurrendo se humiliare: non omni spiritui de facili credere: cum in angelum lucis aliquando se sathanas trāsferat: sed cogitare ⁊ discutere si ex deo sit ipiritus apparens. Demū informata de domini voluntate totam se ei submittens. Ecce ait ancilla domini. Fiat mihi secundum v̄rbum tuum instruens vt cogitet virgo q̄ dei sunt: quomodo per omnia placeat deo. Deinde aspiritu sācro edocta ante conceptum filij de sponsari acquieuit: non in carnalem copulam assentiendo: quā per reuelationem nouerat non eē sequendam: sed cum sponso virginitatem conseruandam. Sed in coniugalem societatem sponsū Joseph assumens antiquum pauperem ⁊ carpētarium secundum Crisostomū: ipsa erat de stirpe regali pulcherrima iuuencula ⁊ nobilissima: non dedignans illum accipere sed cum in reuerētia habens. Unde cum filium inuenit in templo requirēs ait. Pater tuus et ego dolentes querebam⁹ te Preponens sponsum suum sibi: quem patrem vocauit quia nutritius eius erat. Uel secundum estimationez vulgi. Ubi regula datur coniugatis: vt discant vxores subdite ⁊ reuerentes esse viris: ⁊ non dedignari si sunt pauperes ⁊ vilis conditionis. Audiens autem ab angelo cognatam Elizabeth grauidaz etsi longanimior ⁊ dignior: visitat eam ⁊ prima salutat: cum ea manens tribus mensibus ad seruiendum in partum: ⁊ leuandum natum Joannem baptistam de terra: quez in vtero existentem Elizabeth virgo salutans: per filium iam conceptum sanctificauerat ⁊ deum excellenter magnificat: docens coniugatos deum collaudare: ⁊ gratias agere cum filios generant. Eos insuper ad ecclesias: et ad dei verbum audiendum ducere. Sic enim Maria et Joseph paruulum Christum duodennem duxit ad templum. Ubi exponebatur lex dei. In nuptijs quoq; nepotis ex matre scilicet Joannis se reperiens: compatiens

verecūdie sponsi ex defectu vini: a filio supplemē tuz procurauit: vt discant coniugati necessitatib⁹ suorum prouidere. Uidua autē effecta ex mor te sponsi: non alium sponsum duxit. Licet enim hoc non prohibeatur. Status tamen vidualis p⁹ vnicum magis collaudatur. Exercitium autem viduarum est ieiunijs z vigilijs z orationibus in tendere. Nam viuens in delicijs vidua: vt ait apo stolus. j. ad Thimotheum. v. mortua est. Quod totum faciebat beata Maria: vt docet beat⁹ Am brosius in libro de virginibus. Sequebatur autē filium audiendo eius predicationem z miracula aspiciendo. Status autem est cōmuni ter cum tribulationibus z oppressionibus ab ali is. Sic ipsa passa est maximum dolorem in iniu sta condemnatione filij: iuxta crucem aspiciens i numera opprobria ei illata z penas. totum pacie tissime ferens: sine querela vel contumelia ad cru cifixores. Et ne remaneret sola exquo sponsus ei⁹ iam mortuus erat. Et ipse ab ea per mortez recess surus erat: ideo cōmendauit eam Joanni. Post ascensionem autem filij visitabat vidua loca de uotionis: vbi filius fecerat aliquod opus egregiū vt montem caluarie: locuz natiuitatis: annuncia tionis: z huiusmodi: cum iam esset. xlvi. annoruz vel circa. Et sic patet q⁹ vita eius est regula oniū.

Quarta littera est. §. VI.

J. Insinuans q⁹ ipsa est iaculum inimicorum scili cet infernalium. Unde de ipsa dicitur in cāticis. Terribilis vt castrorum acies ordinata. Terribi lis vtiqz beata Maria spiritibus malignis. Un de frequenter ad eaz orat ecclesia. Tu nos ab ho ste protege: z hora mortis suscipe: quando maio ra contra nos bella mouet. De ea enim sub figu ra prime matris Eue: dictum fuit antiquo serpē ti. Inimicitias ponam inter te z mulierem: et se men tuum z semen illius. Ipsa conteret caput tu um: z tu insidiaberis calcaneo eius. Genesis. iij. Mulier hec: mater quidem omnium vere viuen tium spiritualis est beata Maria. Naz Eua erat mater omnium morientium Semen eius spiritu ale est: scilicet vel sancte affectiones z operationes virtutum: ex vtero mentis eius procedentes: vel omnes electi eam vt boni filij spir tuales imitan tes. Serpens diabolus est callidioz cūctis. Semē eius sunt vicia: que suggerit in mentib⁹ hominū: ad generandum mala opera in eis. Uel omnes mali imitatores eius: quos Christus appellat fili os diaboli Joannes. viij. Et clarum est: quia dia bolus cum membris suis: id est malis est inimicus Christi: matris eius: z cunctorum electorum z se mina eorum adinuicez inimicantur: quia contra ria sunt vicia que suggerit diabolus virtutibus: z bonis operibus virginis z filiorum suorum. Et natura contrariorum est mutuo se expellere: vt ūimica adinuicem. Contraria est enim humilitas virginis z sanctorum: superbie demonuz z malo rum. Sed mulier hec Maria prenunciata est q⁹ contereret caput serpentis: quia ipsa ex toto sup biam in se extinxit: que est caput id est initiuz ma licie eius z aliorum viciorum. Et etiam primos motus omnium viciorum: vt scilicet in ea non es sent tales primi motus: qui dicuntur caput serpē tis: quia principium quo mordet z inficit per pec catum. Semen autem spirituale ipsius mulieris: id est sanctos z sanctas conterit meritis eius: exē plo z precibus: caput serpentis id est ipsos primos motus viciorum: non quidem vt non sint: sed ne dominentur z inficiant per consensum. Contri uit etiam caput serpentis: id est dominium quo erigebat se contra genus humanum: per benedi ctum fructum ventris sui: vt qui per lignum po miferum vicerat: per lignuz crucis viceretur salu tiferum. Sed non quiescit serpens: nam insidias ponit calcaneo mulieris siue ipsius virginis mor ti: qui est finis vite: querendo si forte aliquid suuz inueniret. Uenit enim princeps mundi huius: ait Christus: id est diabolus ad eum: scilicet in fine vi te. Si forte quid etiam minimum vicium reperi ret in eo. Sed in me ait non habet quicq⁹: id est non inueniet aliquid suum: id est malum peccati. Sic in virgine in fine vite nihil reprehensibile in uenit. quia vt dicitur Cant. iij. Tota pulchra es anima z corpore: z macula non est in te scilicet ali cuius minimi peccati. Insidiatur quoqz serpens iste antiquus calcaneo mulieris: quo ad semen ei⁹ spirituale: id est electos. Siue in generali in fine mundi: quia tunc soluetur sathanas de carcere suo per semen suum Antichristum ad perdendū animas. Siue i particulari in fine vite cuiuslibet etiam sancti: fortiter tentans ad decipiendum. Sz adiutorio Christi et meritis eius insidie eius dete guntur vt supercurat Sicut de multis legim⁹ quos in exitu suo quasi deficientes virgo liberauit. De nique ipsa est illa sancta Judith figurata: que vir go prius coniugata: et postea vidua castissima de uotissima et pulcherrima que sua sapientia et for titudine interfecit illum terribilem et superbissi mum Holofernem: caput eius abscidens: et sic li berans populum dei de manibus eius iudit.

Quinta et ultima. §. VII.

litera est. A. in qua ostenditur q⁹ est aduocata peccatorum. Unde in antiphona que dicitur composuisse Joannez. Damascenus ei dicimus. Eya ergo aduocata nostra: illos tuos misericor des oculos ad nos conuer e. Ut enim dicit An selmus. Impossibile est q⁹ illi a quibus virgo Maria oculos misericordie sue auertit: saluetur

ita necessarium q̄ hi ad quos cōuertit oculos suos pro eis aduocans: iustificentur ⁊ glorificentur. Aduocatum habemus apud patrem Jesuz Christum iustum. j. Joannis. ij. Qui etiam interpellat pro nobis ait apostolus ad Romanos. viij. Sed quia non solum aduocatus sed ⁊ iudex est constitutus viuorum ⁊ mortuorum: cuncta vtiq̄ discussurus: ita q̄ nil inultum remanebit. Poterat forte humana fragilitas ⁊ precipue peccatoz cuz vix iustus ante eum sit securus ad eum accedere tāq̄ aduocatum. Et ideo pīssimus deus prouidit nobis de aduocata que tota mitis ⁊ suauis est. Nihil in ea inuenitur asperum nunq̄ ex ea verbum processit durum. Hec est figurate illa prudentissima mulier tecuites: que ita sapienter aduocauit apud regem Dauid in causa Absalonis: vani: superbi: ⁊ fratricide exulis facti: propter tantuz scelus a Jherusalem: q̄ induxit patrem Dauid ad misericordiam erga filium: ⁊ ab exilio reuocandum. Sic virgo Maria pro mundo deo rebelli ⁊ occisore fratris sui id est animi sui: propter qō exul constituitur a superna Jerusalem: ita aduocat ⁊ interpellat: vt deum patrem placet: ⁊ cōuersum ad penitentiam ad gloriam inducat. Unde beatus Bernardus. Securum accessum habes ad deum o homo vbi mater stat ante filium: filius ante patrem. Mater ostendit filio pectus et vbera: filius ostendit patri latus ⁊ vulnera. Ibi ergo nulla poterit esse repulsa: vbi sunt tot amoris insignia. Ad thronum igitur eius scilicet virginem Mariam in qua quieuit: accedamus cum fiducia ait apostolus ad hebreos vt misericordiā ⁊ gratiam consequamur in tempore opportuno Amen. In ea reperiuntur non solum dei perfectiones ex ibi narratis: vt omnipotentiam in Geneſi in mundi cratione: dei clementiaz in Exodo ex liberatione in exitu Jsrael de egypto. Reuerentiam ⁊ maiestatem in Leuitico: ex sacrificijs ⁊ ceremonijs: eius patientiam in libro numeri. Fortitudinem in bellis Josue. Longanimitatem ⁊ misericordiam in libro Judicum. Prouidentiam in libris Regum ⁊ huiusmodi: ⁊ sic de alijs ⁊ cetera. Sed etiam quecunq̄ ibi scripta: ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per exempla et dicta illorum qui ibi laudantur: curramus per viam virtutum ad brauium superne vocationis Respice ibi ⁊ inuenies Abel deuotionem. Enoch contemplationem. Credulitatem Noe. Abrahe fidelitatem. Jsaac patientiam. Jacob prudentiā. Joseph castitatem. Moisi charitatem. Finees sanctam emulationem. Aaron deuotam oblationem. Jude audaciam. Josue confidentiaz. Octoniel rectitudinem. Samsonis fortitudinem. Boos equanimitatem Samuelis integritatem. Job redargutiones. Tobie correptiones seu monitiones. Dauid misericordiam. Salomonis penitentiam in Ecclesiasten scilicet. Helye zelum pietatis Helizei zelum equitatis. Jsaie stabilitatem. Jeremie magnanimitatem. Ezechielis rigorez. Danielis feruorem: Mathathie singultus. Judeq̄ machabei cultum. Eleazari amorem patrie. Razie virorez latrie. In nouo testamento Christi domini obedientiam. Angelorum exultationem. Baptiste confessionem. Petri longanimitatem. Pauli sublimitatem. Andree magisteriuz in cruce. Jacobi desiderium in luce. Joannis sapientiā. Thome scientiā. Alpheidis iusticiam. Philippi reuelgentiam. Bartholomei nobilitatem. Mathei veram sanctitatem. Simonis constantiaz. Thadei reuerentiam. Mathie humilitatem. Marci sinceritatem: Luce vigilantiam. Barnabe eminentiam cum innumeris virtutibus: legendis ⁊ tangendis in sola philosophia quam deus pro salute nostra dignatus est mundo misericorditer reuelare Hec Joannes dominici cardinalis in noctiluca. que omnia possunt attribui beate Marie ut volueris.

De plenitudine gratie in beata Maria vgine. Capitulum decimumquintum.

Ratia plena sci

licet es Luce primo. In ista autez salutatione cum fuerit perfectissima potest primo queri. Quare angelus non dixit: gloria plena sicut gratia plena cum gloria sit perfectior gratia? Ad quod respondet Albertus super missus est: q̄ congrue plenitudo gratie annunciatur Marie que est origo: medium ⁊ causa omnis gratie: in humanum genus transfundendo ⁊ secundum statum vie ⁊ secundum: statuz patrie. vade Ecclesiastici. xxiiij. Ipsa ut intrducit ecclesia: ait. In me omnis gratia vite ⁊ veritatis: i me omnis spes vie ⁊ virtutis. Trā site ad me omnes qui concu. me: ⁊ a genera. me. adimplemini. Quia vero initium beatitudinis significat per gratiā: consumatio vero eius per gloriam: hic autem annunciatur initium beatitudinis ⁊ salutis scilcet incarnatio: ideo potius dicit debuit gratia plena q̄ gloria plena.

Sciendum autem q̄. §. I

cum dicat de plib⁹ plenitudo gre. Nā de Christo dz Joan. j. Plenum gratie ⁊ veritatis. De apostolis. Repleti sunt omnes spiritusancto. i. gra. De stephano. Stephanus plenus gratia et fortitudine Act. vj. distinguere oportet et assignare triplicem plenitudinem secundum Albertum. Est plenitudo effluxiua non receptiua. Est plenitudo receptia sine mensura et effluxiua. Est plenitudo

receptiua cum mensura ⁊ effluxiua. Prima plenitudo est in deo qui dat gratiam et non recipit a quoq̃: ps. Gratiam ⁊ gloriam dabit dominus. Et nulla creatura potest eam dare: nec etiaz Christus in quantum homo: vt ponit magister sententiarum in. iij. quia ipsa est virtus infinite cum ducat ad bonum infinitum scilicet deo fruendũ omnis autem creatura est virtutis finite. Nihil autez potest supra virtutem suam. Et hec plenitudo q̃ dei est: sub figura assueri qui interpretatur beatitudo: describitur hester. xv. vbi dicitur: vidi te domine quasi angelum dei: ⁊ conturbatum est cor meum pre timore glorie tue: valde enim mirabilis es domine: ⁊ facies tua plena est omnium gratiarum. Hanc plenitudinem habuit virgo Maria i se: quia deum in mente plenum omnium gratiarum: sed in ventre per incarnationem. Un̄ Bernardus. Legimus stephanum plenum gratia: et apostolos plenos spiritusancto: sed longe dissimiliter a Maria. In nullo enim alio habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter: quemadmodum i Maria. Nec aliqui conceperunt de spiritusancto: sicut ⁊ Maria. Et sic videtur intelligendum illud Hieronymi. Ceteris sanctis per partes dat: Marie vero plenitudo gratie se infudit: id est deus plenus omni gratia. Secunda plenitudo gratie est in Christo secundum humanitatez. Nã requieuit super eum spiritus domini: vt dicitur Isaie: xi: cum omni gratia quam recepit. Sed in hoc est differentia: quia omnibus sanctis data est ad mensuram certam nobis ignotam: sed illi notissimam qui omnia constituit in ponderе: numero ⁊ mensura. Sed homini Christo id est anime eius infusa fuit gratia ab initio sue conceptionis sine mensura: secundum illud: non enim ad mensuram dat deus spiritum. Joan. j. scilicet Christo Unde in gratia crescere non potuit: ⁊ ex operib⁹ suis infiniti valoris: quia ex perfectissima charitate procedentibus: nõ sibi meruit: sed nobis. Plenum igitur verbum incarnatum vidimus gratie ⁊ veritatis. Joannis. j. Fuit ergo plenus gratia quia ille homo habuit omnia per gratiam que deus habuit per naturaz: ⁊ preterea nulla gratia fuit in eo diminuta vel ociosa: vel habens aliquid contrarium. Etiam hec gratia fuit vnionis. Plenus autem fuit veritate: quia anima illa in verbo cui erat vnita: omnia cognouit ab initio sui: que vnquã actu fuerunt: sunt ⁊ erũt. Et Isidorus dicit: q̃ trinitas sibi soli nota est ⁊ homini assũpto. Et quia anima Christi carni fuit vnita i ventre v̄ginis sic etiam potest dici: q̃ ista plenitudo sine mensura fuit in virgine vt dicatur gratia plena: quia anima Christi plena summa gratia habituali simul cum corpore fuit in vtero virginis. Non tamen beata Maria ita plena fuit gratia quãtũ ad animam seu affectum: quin potuerit in ea crescere. Nec ita plena veritate quantum ad intellectum: q̃ in via cognouerit omnia: vel etiaz cognouerit per speciem: sicut sancti in gloria. Sola autem virgo Maria plena gratia fuit inter puras creaturas: quia maiorez gratiam habere non potuit. Nisi eniz ipsa deitati vniretur: maior gratia non potuit intelligi q̃ quod de ipsa acciperetur quod vniretur hoc est q̃ nisi ipsa esset deus: maior gretia intelligi non potest q̃ q̃ esset mater dei. Hieronymus. Quod natura nõ habuit: vsus nescit: ignorauit ratio: mens non capit humana: pauet celum: stupet terra: omnis creatura etiam celestis miratur: hoc totum est quod per Gabrielem nunciatur cuz dicit: gratia plena: ⁊ per Christum impletur carnem de ea assumens. Tertia plenitudo que est receptiua cum mensura: tamen ⁊ effluxiua: que est quidam habitus mentis: deo gratam creaturam faciens: ⁊ omnia opera eius q̃ ab ea procedunt meritoria ⁊ digna vita eterna: De qua apostolus ad Romanos. vj. Gratia dei vita eterna. Et ad Titum. iij. Justificati gratia ipsius heredes sumus secundũ spem vite eterne. Hec plenitudo replet mentem interius ⁊ effluit exterius per operationem bonam. Et hec plenitudo fuit in beata Maria: apostolis. Stephano ⁊ Tabita: que dicitur in actibus apostorum plena operibus bonis: scilicet interioribus per charitatez formatis ⁊ elemosynis id est exterioribus procedentibus ex fide per dilectionem operantis. Magis tamen in Maria pre ceteris. Quãto enim aliquod receptiuum est magis vicinum principio influẽti: tantomagis recipit de influentia eius: sicut patet de igne ⁊ aq̃: quãto eni quis magis appropiquat ignq̃ ẽ principiũ caloris: tãtomagis calefit q̃to fluꝰ magis appropiquat mari qõ principiũ aq̃rũ tanto profundior ⁊ copiosior est aqua. Et quia virgo maxime appropinquat Christo principio effluxiuo gratie: nam mater eius ẽ ideo plena gratia pre ceteris. Nam vt dicitur Joan. j. De plenitudine eius scilicet Christi omnes accepimus gratiã ab eo collatã causatiue in quãtũ deus: meritorie ⁊ exemplariter in quãtũ homo. Hec autẽ effluxio gratie que mentẽ iplet ⁊ effluit p opus exterꝰ cõis oibus sãctis ẽ triplex ꝑm Albertũ vbi supra. Quidã. n. effluunt de iteriori pfectione gr̃e ad exteriorem operationem: ad sui saluationem: ⁊ aliorum per exempla edificationem. Et hec est communis omnibus sanctis habentibus tempus operandi: et hec dicitur plenitudo sufficientie: ad quam tenentur omnes: de qua potest intelligi dictuz de tabita: quod erat plena operibus bonis Secundo alij effluunt non soluz per bonam opationem exteriorez ad sui salutem et aliorum edificationem: sed etiam per doctrinam salutarem in ecclesie edificationez. Et de ista dicitur illud Act. ij. et ꝑmo. Repleti sunt omnes spiritusancto: et

ceperunt loqui. Tertio alij effluunt non solū per opationem bonā exteriorē ⁊ alioꝝ instructionem: sed etiam per anime sue. i. vite pro fide positionem: vt in Stephano qui dicitur plenus gratia ⁊ fortitudine. Plenus gratia ad conuertendos peccatores: et fortitudine ad tolerandos passionis dolores. Et hec dicitur plenitudo excellentie. Secunda dici potest plenitudo abundantie. Omnis ista plenitudo in virgine fuit super omnes excellētius: vt dicere valeat. In plenitudine sanctorum. i. gratie sanctorum: detentio mea. Eccī. xxiiij. i. detineo omnem plenitudinem gratie. plena fuit operibus bonis. i. elemētis Unde ⁊ b. Bernar. dicit: ꝙ in die purificationis obtulit sacrificiū pauperum par turturum vel columbarum: quia etsi magi reges obtulerāt ei pauca diebus ante non modicum aurum: iam illud pauperib⁹ erogauerat. Plena fuit gratia per doctrine cōmunicationē. Ipsa enīz apostolos ⁊ euāgelistas aliorum doctores de multis instruxit mysterijs. Unde ⁊ Beda dictt super illud. Maria cō seruabat omnia verba hec: conferens i corde suo Luce. ij. q². s. menti retinebat illa mysteria: vt postea apostolis ea explicaret. Plena fuit tolerantia pene in passione filij: cuius animam pertransiuit gladius doloris vt plus ꝙ martyrem dicat eam Hieron⁹. Aue igitur omni gratia plena. Unde ỏ ipsa figurate dicitur sub nomine Hester regine q̄ humilis interpretatur. Fons puus creuit in flumē maximū. Fons dicitur propter abundantē gratiam ⁊ originē eius: quia ex ea Christus vnde nobis oibus misericordia ⁊ gratia influxit. Paruus dī ꝓpter humilitatē: ꝓpter quā creuit in flumē maximum: quando scilicet nobis genuit dominum nostrum Jesum Christum. Qui ait Eccs. xxiiij. Ego quasi aque ductus exiui de paradiso dei coopertus. s. carne mortali: de paradiso. i. fonte paradisi ecclesie. Fons enim vt dicitur Gen. ij. egrediebatur de loco voluptatis. i. padiso: virgo. s. Maria plena gratia. Qui fons diuiditur in. iiij. capita Effectus enim gratie ꝓcedentis ab isto fonte ad iiij. partes extenditur. Ad angelos videlicet eos restaurando ⁊ letificando. Ad inferos demōes virtutem eorum exīminādo: ps. Confregisti capita draconum in aquis. Ad pīes qui erāt in limbo a tenebris liberando: ad homes qui sunt in mūdo: iustificando ⁊ a multis malis liberando. Excellentissime igitur dicitur. Aue gratia plēa. Nā vt ait beatus Bernar. de plenitudine eius oēs recipiūt: captiuus redemptionem: eger curationem: tristis consolationem: peccator veniam: iustus gratiam: angeli letitiam. Tota trinitas gloriā. Deniqz dei filius carnis substantiam..

Inuenisti gratiam. §. II.

apud deū. Ex his verbis cōprehenditur excellentia beate Marie. Et ex eo qō dicit angelus. Inuenisti. Inuenit ait: nō quia prima in rem gratie venit Nam angelus prius in hanc rem gratie venit. cum scilicet a principio sibi fuit gratia collata. Sz inuenit: quia ipsam rem gratie pditaz ꝑmo recuperauit humano generi. Hoc Adā non fecit: quia ⁊ si gratiam perditam ꝑ penitentiam recuperauit: vt dicitur de pe. di. j. Sicut primi: hoc tantū pro se: non pro toto humano genere procurauit. Sz Maria pro omnibus inuenit: quia per ipam omnes gratiam rehabuerunt virtualiter per filium ipsam nobis afferentem. Meruit autem hoc de congruo. Unde beatus Aug⁹ in sermone. O beata Maria quis tibi digne iura gratiarū ⁊ laudū preconia valeat ipendere: que tuo singulari merito mūdo succurristi perdito. Et cum per virtutes gratuitas sit proprie meritum. i. per opera earū. Et beatus Augustinus dicat: ꝙ humilitas Marie nobis genuit deum. Et. b. Ber. ꝙ ipsa Maria est mulier illa euāgelica q̄ cōmiscuit sata tria: id ē deitatē: animam: ⁊ carnē Christi in vna persona cōiunxit. Et fermentum ad ea ꝓmiscenda seu fermentāda fuit fides eius. Et. b. Augustinus ꝙ beatior fuit Maria concipiendo fide ꝙ carne. Patet ꝙ meruit gratiā nobis perditam inuenire. Inuenisti ait. Non creasti gratiam: quia hoc dei est q̄ gratiam ⁊ gloriam dabit dom⁹. Inueniſti. Nō semper habuisti vt filius tuus. De quo Joānis. j. Plenū gratia ⁊ veritate. Inuenisti nō rapuisti vt angelus prim⁹: dicens. Similis ero altissimo. Inuenisti non perdidisti. vt ꝑmi parentes: qui vt ait b. Aug⁹ voluerunt diuinitatem ⁊ perdiderunt felicitatem gratie. s. ⁊ glorie. Inuenisti non emisti: vt Symon magus qui obtulit pecuniam apostolis vt emeret gratiam spiritussancti. Inuenisti q² quesisti: quia qui querit iuenit: vt virgo prudētissima vt doctrix fidelissima. Sed reddidisti vt mater misericordissia. Inuenisti gratiam dei miserātis charitate: ꝓmittētis vitate: hois necessitate: tui ad hoc idoneitate. Inuenisti gratiaz ītatā i deū. Et in illa ⁊ cum illa omnem creaturam. Inuenisti gratiam specialem. Et generalem quidem: quia gratia que fuit ⁊ est in omnibus electis in ipsa fuit. s. gratum faciens. Gratiā specialem que. s. fuit i aliquibus sanctis sed nō i omnibus: vt gratie gratis date apostolis ⁊ alijs. Gratiam singularem: q̄ sibi soli cōuenit: vt patz de duodecim eius priuilegijs. Et de his omnibus plene infra dicetur. Inuenisti gratiam corporalem: quia gratiosa i aspectu omnibus ⁊ in sermone: ps. Diffusa est gratia in labijs tuis. Sed in hanc generalem habuit quātuz ad corporis resurrectionem cum alijs. Sed ante alios: quia quācitius post mortem. Specialem: quantum ad virginitatis integritatem: sed perfectius cunctis. Singularem: quantum ad vteri sanctitatem: ⁊ talis mater facta vnigeniti: ma er

dei ⁊ plasmatoris omniu3: mater inuiolata: ma ter intacta. Inuenisti gratiã apud deum. Ubi scien dum: q̃ ista prepositio apud deum tripliciter sumitur. Quandoq3 enim dicit equalitatez essen tie: vt illud. Uerbũ. erat apud deum Joannis. i. Quandoq3 equalitatem secundum situm: vt quã do opponitur ad supra ⁊ infra. Sicut dictum est iij. Regum. ij.. Positus est thronus matris apud vel iuxta thronũ regis. Quandoq3 apud ⁊ iuxta ponitur respectiue. Sicut dicitur de mulieribus: q̃ stabant iuxta crucem. Non quidem absolute. Sic enim stabat mater Jesu ⁊ Joannes iuxta cru cem: quia valde prope. Sed alie mulieres dicunt stare iuxta crucem respectiue. i. respectu turbe q̃ longius eis erat a cruce. Unde ⁊ alius euangeli sta dicit. Mulieres stabant a lõge respectu. s. ma tris Jesu: que absolute iuxta crucez stabat. Et oi bus his tribus modis potest exponi hic istud apũ deum: nam primo modo sicut filius dicitur esse apud patrem: ppter idemptitatem nature: quia eiusdem nature. Sic maria gratiam inuenit: vt sit apud deum scilicet filium: quia scilicet eius na ture cum eo secundum humanitatem in qua est vnum cum matre: sicut in deitate vnum cum pa tre. Et vere ista est gratia nimis mirabilis. Secun do modo: scilicet quantum ad situm: certum est q̃ exaltata est in celo super choros angelorum: vn de ⁊ apud deum. i. excellentiori gradu glorie deco rata super omnes puras creaturas. Juxta illud ps. Astit regina a dextris tuis scilicet beata Ma ria. Juxta figuram illam supradictam de matre Salomonis cuius thronus positus est iuxta thro num eius. Et apte: quia vna est maiestas regia in rege ⁊ regina: ⁊ coequãtur sibi. Inuenit ergo gra tiam vt sit apud deum. i. excellẽtiori gloria q̃ alie creature. Tertio modo dicitur apud deum: quia propinquissima fuit deo respectu aliorum in san ctitate. Uñ ⁊ ei familiarissia: vt iueniat gr̃az apũ deum pro deuotis eius: ⁊ refugium habentibus ad eam in suis necessitatibus. Apud ergo deum creatorẽ: factorem: iustificatorẽ ⁊ glorificatorem: inuenit gratiã ad ꝓcurãdũ oibus. Unde bene ait angelus. Aue gratia plena.

De triplici genere gratiaru3. Caplm. XVI.

Ue gratiá plẽa

Hec plenitudo gratie põt intelli gi triplr: vel quia sũmã ⁊ omnez gratiam habuit: vel q̃ maior gra tia nõ fuit: vel q̃ maioris gratie capax ñ fuit. Lõ stat autẽ fm Alber. vbi supra: quia nõ sũmãm ⁊ omnem habuit: quia gratiam vnionis non habu it q̃ est sũma in numero gratiarum: non ipsa: sed filius eius fuit deitati vnit. Similiter maior gra tia fuit in filio: in quãtũ homo q̃ in ea. Unde di ci non potest: q̃ maior gratia q̃ sua non fuit. Re stat g̃ vt intelligatur tertio modo. s. quia maioris gratie capax non fuit pura creatura: ⁊ in statu il lo viatorum: nam si aucta est gratia in assumptõ ne: quia dicitur gratia confirmata tunc effecta est in cõprehensorum numero. Preterea priuilegia principũ sunt late interpretanda. Cum ergo dñs in priuilegio suo quod ei mittit per angelũ: dicat gratiam plenam nullã specificãdo: erit pro oibus interpretãdũ. Preterea deus ifundit suaz bonita tem vnicuiq3 secundũ suam virtutẽ ⁊ capacitatẽ: vt pz Math. xxv. De dño q̃ tradidit suis bo na sua vnicuiq3 secundũ ꝓpriam virtutẽ: ergo q̃ cũq3 creatura ẽ capax oĩs gratie: cui ẽ capax pu ra creatura: illa erit plena omni gratia. Talis ãt creatura fuit beatissima vgo Maria: g̃ ipsa ẽ ple na omni gratia: cuius particeps potest esse omnis pura creatura. Ubi sciendũ q̃ triplex ẽ gen' gr̃a rũ. Est. n. gratia gratũ deo faciẽs ꝓpter sui sancti tatem. Est gratia gratis a deo data propt̃ alioruz vtilitatẽ. Est gratia priuilegioz a deo collata ad singularẽ sublimitatẽ. Omnibus his plena fuit vgo Maria: vt dicere valeat illud Eccĩ. xxiij. In me omnis gratia. Et ideo transite ad me omnes qui concupiscitis me ⁊c.

De prima gratia §. I.

que solum reperitur in bonis dicit aplꝰ ad Hebr. vltimo. Optimũ est gratia stabilire cor: ideo aũt optimũ: q̃ nil melius in vita. Est enim quid ita p cio sum: q̃ ea percipitur bonũ ifinitũ vñ Pe. i. ca nonica. Maxia ⁊ pciosa nobis donauit deus: vt simus diuine nature consortes ⁊ dij per partipati onem Eccĩ. xl. Gratia dei sicut paradisus in bene dictionibus. Parat enim nobis dei visum. i. aspe ctum: ⁊ secum habet omnem spiritualem benedi ctionez. Et illis solis dicitur. Uenite benedicti pa tris mei Math. xxv. qui cum gratia transierunt ista de seculo. Sed ⁊ ista gratia est triplex rea liter distincta vna ab altera ⁊ diuersi effectus. Est enim gratia sacramentalis. Est gratia virtualis. Est gratia muneralis: omnis ista gratia fuit in vir gine ⁊ perfectissime. Et ideo verissime dicitur ei. Aue gratia plena. Et de prima gratia scilicet sa cramentali: dicit magister in. iiij. q̃ sacramentum est inuisibilis gratie: quã. s. continet visibil forma.

Tractando igitur §. II.

de gratia: q̃. s. in omnibus. vij. sacramẽtis ẽ varia Sciendũ q̃ sicut quodlibet sacramentũ continet in se gratiã gratum facientem: ad tollendum mor bum peccati vel reliquias eius: vnde ⁊ medicine anime dicuntur: sicut que auferunt a corporibus: morbos medicine corporalis: vnde ex quolibet eo rum deuote sũpto recipitur vel augetur gratia si non ponatur obstaculum. Ad recipiendum igit

talem: talis requiritur actualis receptio sacramē ti cum fieri potest. Et ideo si dicimus virginez ple nam hac' gratia: oportet etiam dicere q̄ sacramē ta suscepit: quod firmat Alber. super missus est: omnia videlicet sacramenta sūpsisse ordine exce pto. Sed ꝛ ipsos p equipollentiā accepit vt dicet Sed quia non eis eguit: quoniam peccatum nul lum actuale cōmisit: originale contractū iam per sanctificationem in vtero matris sue erat extictū cum reliquijs suis. Jdeo oportz circa huiusmodi tria videre. Primo quare ipsa sacramenta susce pit. Secūdo quare hoc scriptura reticuit. Tertio quid vtilitatis ex eis acquisiuit. Quātum ad primum secundum Albertum. vbi supra scien dumq̄ vt dictum est: virgo Maria non accepit sacramenta ex necessitate vt alij: sed triplici ex causa ipsa sacramenta deuote suscepit. Prima ob sui maiorem humiliationem. Secūda ob alio rum instructionem. Tertia ob bonoꝛ superero gationem. Quantū ad primū. Sicut primuz do cumentum quod dedit nobis ꝛ infudit prima ma ter Eua fuit superbia: qua voluit se deo equari: ita ꝑma marie virtus: inquit. b. Ambro: ē humi litas: hanc nos mater spiritualis in omnibus edo cuit. Unde sicut legalia obseruauit instituta pro peccatoribus tanq̄ peccato subdita foret: que ta men omni carebat: vt patet in sacrificio purifica tionis: ꝛ filij redemptione. Jta etiam sacramenta que sunt medicine principaliter peccatoꝛ ex hu militate suscipere voluit. Unde. b. Ber. Uere vir go Maria non indiges purificatione. Sed nec fi luis tuus circūcisione. Esto ergo ꝛ tu sicut vna ex mulieribus sicut ille ē vnus ex illis. i. peccatoribꝫ secundū apparentiam. Secūdo sacramēta susce pit beata Maria propter instructionem alioꝝ vt perfectos doceret sui exemplo seruare leges su periorum: etiā si nō tenerētur promulgatum fue rat a domino per apostolos oibus edictum. Euntes docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti. s. docentes eos serua re quecunq̄ mandaui vobis Math. vltimo: vt ō penitentia: de eucharistia: ꝛ alijs huiusmodi. Uo luit ergo beata virgo obseruare ꝛ hec mandata filij: vt inuitaret nos exemplo ad obedientiā: pec catores etiam instruit vt non erubescant assume re remedia humilia: ad delendum peccata institu ta. Erubescant aliqui peccatores sciri ꝛ ideo non confitentur peccata sua: ne cognoscantur tales eē quales sunt in malicia. Unde beatus Bernardus Omnia insania hominum: pudet ablui scilicet p sacramenta: ꝛ non pudet iquinari scilicet per pec cata: pudet sordes abstergere: ꝛ non pudet contra here. Beata Maria vero cum esset sine peccato: tamen sacramenta cōtra peccata in remedium in stituta suscepit: acsi esset peccatrix. Tertio pro pter bonoꝝ supererogationem: vt dicitur apo cal'. vltimo. Qui iustus est iustificetur ad huc. Et in puer. dicitur. Justoꝝ semita q̄ ē via arta vtutū q̄ lux splēdes, pficit ꝛ crescit vsq̄ ad pfectū diē. s. visionē clarā patrie. Tepidoꝝ eni ꝛ imperfectoꝝ est seruare necessaria ad salutem: ꝛ non curare in anterioꝛa se extendere: quod periculosum est dis positio ad casum. Sed perfecti considerantes q̄ status gratie ꝛ virtutum est quasi infinitus: quia nunq̄ potest tantum in gratia proficere: quin va leat multo magis crescere: propter qō dicit apls. Crescentes in gratia dei scilicet sitis. Nam vt dici tur Eccl. Cum consumauerit homo: tunc icipiet respectu eius quod restat ad valendum meritum augere. Uirgo igitur Maria: etsi in sanctificatio ne sua fuerit ex vtero matris plena gratia: ꝛ in cō ceptu filij multo magis repleta tanta scilicet quā te erat capax pura creatura: non adeo q̄ non po tuerit in ea crescere duz erat viatrix: hoc enim fu it priuilegium solius Christi qui gratiam accepit ab initio suo infinitam: ita scilicet ut non posset i ea crescere. Et ideo quottidie magis ac magis bta Maria in illis exercebatur: vñ posset magis me ritum augere ꝛ deo placere. Et ideo sacramenta sumebat: etsi eis non egeret vt magis in gratia cre sceret per effectum sacramentoꝝ. Quantū ad secundum principale de gratia sacramentali. Quare scilicet non sunt hec de ea scripta in euan gelio vel actibus apostolorum. Ad quod Alber. vbi supra assignat sex rationes: sed tantuz tres po nentur. Primo propter vnitatem nostram repri mendam. Secundo propter claritatez patrie ap petendam. Tertio propter superfluitatez a scrip tura remouendam. Pro primo dicitur in üb. sap̄. Uani sunt omnes homines. Cum enim boni agimus aliquid vanitate glozie ducti cupimus il lud alijs innotescī: etiam si minimum sit illud. qō Christus prohibuit: dicens. Cum facis elemosy nam: noli tuba canere ante te Mathei. vi. Uirgo autem Maria cum esset excellentissimi meriti: ꝛ opera excellentissima plurima fecerit: vt ipsa sa cramenta suscipiendo: ꝛ multa alia: noluit tamē ea exprimere vl narrare facere: vt discamus ocul tare bona opera nostra quando non est necessari um. Sic ꝛ filius eius que egit vsq̄ ad annum tricesimum vite sue q̄ vtiq̄ friuola non fuerunt sed omnia magnifica ꝛ excellētissima: nec ipe nar rauit nec ab euangelistis exprimi voluit: vnde et beeatus Gregorius in moralibus. Depredari desi derat: qui thesaurum scilicet bonoꝝ operum publice in manu portat. Et beatus Bernardus. Increpat Christi natiuitas se laudantes ꝛ se ostē tare cupiētes. Unde nocte Christus nasci voluit.

Ubi sunt qui taz imprudenter gestiunt ostenta re se ipsos? Deniq̄ tacet Christus ꝛ nunciat an gelus: ꝛ laudat multitudo celestis exercitus.

Sileat ergo os tuum: ꝛ laudet te os alienum.

Pro secūdi declaratione Plotinus philosophus ait. Fugiendum est ad patriam: ibiq; patere ōnia non fugitur nisi a mala ꝛ miseria. Locus ad quez cōfugitur: vt illud euadatur: appetitur. Omnes homines natura scire desiderant inquit philosophus ꝛ magna. Sed nulla hic perfecta scientia. Et ꝓpterea voluit dominus plura remanere dubia: ꝛ non aperta in uia: etiam circa diuinas scripturas ꝛ circa alias facultates: vt mentes nostras alliciat ad concupiscenduz perfectam cognitiōez rerum i patria. Unde i figuram Exo. xij. de agno paschali dicitur. Non remanebit ex eo qnicquam vsq; mane. Quod autem residuum fuerit igni cōburetis. Ubi glo. b. Grego. Quod ex agno remanet comburi mandatur: quia quod de mysterio incarnationis eius penetrare vel intelligere non possumus potestati ſpirituſſancti humiliter reseruemus: vt non superbe quis audeat: vel contēnere vel denegare: quod non intellīgit sed igni cōburatur: id est ſpirituſancto relinquatur: donec omnia in futuro quilibet cognoscat. Et hoc est mane Ne tamen interim nostra deuotio sine exercitatione torpescat: secundum id quod ante ibi dicit seruetur. Caput inquit cum pedibus ꝛ intestinis vorabitis: nec remanebit aliquid de eo vsq; mane. glo. b. Grego. Caput agni vorare: est deitatem eius fide percipere. Pedes vorare est vestigia humanitatis eius amando imitari. Uorare intestia est verborum Christi occulta ꝛ mystica mandata auide quererē ꝛ intelligere. In quo verbo vorationis pigritia nostra reprehenditur: qui verba eius atq; mysteria: nec per nos requirimus ꝛ dicta ab aliis inuiti audimus. Et subditur. Non remanebit ex eo quicq; vsq; mane: quia ei⁹ dicta magna sunt excutienda solicitudine: vt anteq; veniat dies refecotinis in nocte presentis vite: omnia mandata eius solicite penetremus. Tertia ratio quare hec ñ sī scripta est vt remoueatur superfluitas scriptura. Bern. Si vnum folium de arbore: ne vnus de passeribus cadit super terram sine patre celesti. i. eius ordinatione: nec ego de ore euangeliste superfluum defluere verbum puto presertim de sacra historia. Dicit autem philosophus: ꝙ q̄ vnum dicit quod multa continet plura dicit: vn de dicito ꝛ pro cōstanti habito: ꝙ virgo Maria fuit plena gratia: gratie sacramentales q̄ cōmuniter fuerunt apud alios sanctos: explicite hoc dicere de ea superfluum videbatur: cum nulla gratia pure creature apta vacua fuerit. Unde sicut beatus Augustinus de beata Maria ponit vnam regulam scilicet ꝙ cum de peccatis agitur: videlicet actualibus nullam prorsus vult de ea haberi questionem: sed firme teneri: ꝙ nulluz commisit. Ita dicit Albertus vbi supra in bono tanq; pro regula ꝛ principio per se noto de ipsa supponatur: ꝙ q̄cquid boni aliqua creatura pura fecerit vl̄ receperit. De hoc expers non esse beataz Mariam ñ liceat dubitare: vt a nullo superetur illustriuz: vt dicit Jo. Dama. i. sanctorum. His igitur de cauſ hoc non expresse scribitur. Quātum ad tertium ſ. Quid beata Maria receperit ex sacramētis videndum est. Q̄ baptismum receperit: creditur: ñ ad purgationem peccati: quod nullum habebat sicut nec etiam filius eius: sed in exemplum equidem Christus ex ipso baptismo: nihil gratie in se accepit: sed vim regenerativā aquis contulit. Beata autem Maria non contulit aquis virtutem sz ex ipso baptismo suscepit virtutem: videlicz caracteris impressionem: virtutum exercitationez meritorum accumulationē: vnde nō baptismo Joā. qui ad ista non valebat: sed baptismo Christi baptizata est: sicut etiam. b. Aug⁹. expresse hoc dicit de apostolis: de conse. di. iiij. Quando. Licet nō inueniatur in euangelio. Sacramētum confirmationis accepit secundum Alber. vbi supra ad ampliorem meritorum augmentationem: ꝛ perfectiorem virtutum exercitationem ꝛ declarationē ad alterius caracteris ipressionem: vt ꝑ caracterē baptismalem collocetur in numero Christicolaz distincta a iudeis ꝛ gentilibus non consignatis ꝑ caracterem cōfirmationis ponatur: imo primicia sit in numero militantium pro Christo. Et si non fuit ibi vnctio sensibilis: non defuit vnctio insensibilis. Nam cum beatus Tho. dicat in. iij. q̄ apostoli fuerunt confirmati in die penthecostes misso in eis spirituſancto ad robur. Ubi loco vnctionis visibilis fuit ignis in forma linguarum: ꝑ quandā correspondentiam: nā oleum est fomētū ignis ꝛ lingua correspondet balsami odori. Beata autē Maria fuit in receptione illa spirituſancti cū aplis recipiens: vnde ꝛ crismata cū eis. A sacramento altaris suscepto: cōsecuta ē dñice passionis rememorationē: deuotionis actualis exercitationē: cōtra corporalē absentiā filij cōsolationē

A sacramēto vero penitētie recepit gratiā i excellenti equiloquētia. Nā pro contritiōe habuit innocentie cōuersationem. Pro cōfessione gratiaꝝ actionē. Pro satisfactione supererogationē. Luz autē sit triplex confessio. ſ. accusatio peccatoꝝ: recognitio incōgruitatis ꝛ ingratitudis: beneficioꝝ confessio. Et hec vltima fuit ꝓprie beate Marie cōfessio. Cōfitebatur aūt fm Alber. ꝙ tantā gr̄az accepit: ꝙ nunq; de condigno eam meruit: vel aliqua creatura promereri potuit: licet de congruo meruerit. Hec ꝛ similia fatebatur Joanni euangeliste vt credi potest confessori suo. In extrema vnctione recepit complete victorie preterite ꝛ plene glorie significationem. Et loco remissionis venialium totius doloris mortis remissionem. Et pro infirmitatis alleuiatione: totius corporis glorificationem. Et quanuis beata Maria potuerit hoc sacramentū non suscipere:

exempta p̄ priuilegiū: quod dominus confert his quos sine infirmitate ⁊ mortis dolore dignatus ē euocare tamē videtur q̄ isti priuilegio suo abre nunciauerit ⁊ sacramentum illud peccatoribus institutum humiliter suscepit vt humilitatē quā per totam vitaz tenuerat egressum consumaret.

In sacramento vero matrimonij cum sit triplex bonū: omne istud reperitur in cōiugio Marie. Unde beatus Augustinus. xxvij. q. ij. Omne nuptiarum bonū impletū est in parentibus Christi. s. fides proles ⁊ sacramentum. Prolem cognoscimus Christū dominū filium. s. virginis: nō Joseph. Fidem quia nullum adulterium. Sacramētum quia nullum diuortium. Habuit autem beata Maria istaz gratiam excellentius qz mater tāte plis: ⁊ qz mater ⁊ virgo. Nā vt ait. b. Aug⁹. Cōiugia sanctioza sūt pari voto cōtinentiū. Sacramentū aūt ordinis non habuit. Hic enī secundū exterioꝛē hominis representationem prefert dignitatem. Interius autem secundum veritatem ptinet ad humilem seruitutem. Unde per oppositum statui beate Marie opponebatur que interius habuit coram deo dignitatem: exterius coram hominibus sūmam habuit humilitatē. Hoc g̈ sacramentum beata Maria actualiter nō recepit: ⁊ propter status sui contrarietatem: ⁊ propt̄ humilem cum alijs mulieribus conformitatem. Nō enim sexus femineus est capax ordinis ꝓpter indignitatem: maioꝛez peccādi fragilitatē: ⁊ regiminis̄ incongruitatem. Licet autē beatissima virgo Maria sacramentū ordinis non receperit: quicquid tamen dignitatis vel gratie in iplis confertur de hoc plena fuit. Conferꝛtur enim in eis septiformis gratia spiritus̄sancti: q̄ omnifaria plena fuit. Jtez cuz tria sint in sacramento ordinis. s. dignitas ministerialis: potestas spiritualis: administratio executionis: hec autē tria beata Maria equipollēt habuit ⁊ excellent: ministri ecclesie habēt dignitatē beneficialem p̄ caracterē excellentie. Beatissima aūt virgo habet coꝛonam regni ecclesie militātis ⁊ triūphantis. Unde ⁊ summus ministroꝛum papa: dicit seruus seruoꝛū dei. Hec autem est regina ⁊ domina angeloꝛ ⁊ imperatrix totius mūdi Jtē in ministris est potestas spiritualis: tēpoꝛalis delegata a deo: vel subdelegata ⁊ vicaria. In ipsa autē ē plenitudo potestatis celestis ex auctoꝛitate ordinaria. Jtē in ministris est executio ligādi ⁊ soluendi per vsum clauium. In ipa autē est dominādi legitima potestas ad ligandū ⁊ soluendum per imperium. Et sic quicquid ē in ordinibus dignitatis ⁊ gratie: constat beate Marie mīme defuisse. Et ne videatur specialibus dignitatum vel virtutū ordinibus caruisse. Cū hostiarijs habuit mūdoꝛ introductionem ⁊ imūdoꝛ exclusionez. Cum exoꝛcistis demonū expulsionem. Cum lectoribus ꝓphetiarū expositionē. Cū accolitis illuminationem. Cū subdiacōibus doctrine aplice ostēsionē. Cū diaconibus verbi diuini conseruationē Et postea cū euāgelistis enarrationē. Cū sacerdotib⁹ coꝛporis Christi formationē: cōtractionem ⁊ cōiunctionē. Ipsa a culpis ⁊ penis p̄ filiū suū nos absoluit. Habet ⁊ officia episcopoꝛuz aliquo mō spūali: qm̄ conserat tēpla ⁊ altaria que ad eⁱ⁹ honoꝛē fiūt. Consecrat vgines interius cōfirmando ⁊ huiusmodi. Habet beatissima cū papa oim ecclesiarū solicitudinem potestatis spiritualis plenitudinē: priuilegiatoꝛz actuum vniuersitatē. Et sic patet q̄ fuit gratia plena.

De gratia vtuali beate vginis. Ca. XVII

Ne gratia plēa

Gratia videlicet virtuali. Quidā vt magister sentētiarū in. iij. dixerūt gratiā ⁊ vtutē idē eē realiter: sed rōe differre vt gratia dicat in quantū facit hominē deo gratū. Uirtus. in quātū inducit ad operandū opa vtuosa. Sed beatus Tho. i summa. p bat gratiā realiter distinctā a virtute: vt sicut a sole procedūt multi radij diuersi ab eo: ⁊ ab anima fluunt multe potentie realiter distincte ab ea ita ⁊ virtutes oēs procedunt a gratia distincte ab ea realiter. Et ipsa quidē gratia vt in subiecto est in anima. Uirtutes vo in potentijs aie ad expediendum eas ad bñ operandū: oēs igit̄ vtutes fluūt a gratia gratū faciente. Quā gratiā vgo beata habuit plenissime. Juxta hoc. Aue gīa plena: g̈ habuit oēs vtutes pfectissime: vnde ipa ait Eccī. xxiiij. In me ois spes vite ⁊ vtutis. Et ideo trāsite ad me omnes s. pro eis virtutibus quia ex me id ē mei suffragio ⁊ exēplo potestis sperare omnē virtutē. Uirtutes autez omnes vel sunt theologice vel cardinales vel eis annexe. Et theologicas numerat aplus. j. Coꝛ. xiij. dicēs. Nunc manent fides: spes: charitas: tria. hec.

Primo ergo uiden. ℌ. r.

dū ē de fide beate Marie: q̄ eā habuerit p̄ verba Elisabeth pz dicētis ad eā. Beata q̄ credidisti. s. vbis dictis tibi p̄ angelū ex pte dei. Luce. j. Credē eni ē actus fidei que ē de nō visis. Credidit enim se matrē dei fiendā: sicut factū est cū ait. Fiat mihi secundū verbū tuū. Luc. i. qō vtiqz non vidit: nec oculo coꝛporali nec intellectuali clare. Uidit vtiqz ⁊ experta est se concepisse: non opere humano: ⁊ se peperisse paruulum cū virginitatis honoꝛe. Sz q̄ ille puer filius eius cōceptus ⁊ natus eēt deus verus: non vidit ut in patria: sed fide credidit ⁊ ꝓgnouit: sublimioꝛi mō ⁊ interioꝛi gustu sup oēs vnq̄ viatoꝛes: vñ fides sua fuit sup oēm fidē. Un

beat⁹ Bernardus: super missus ē. Quis excepta fortasse illa q̄ sola hec i se felicissime meruit experiri: intellectu capere: ratione discernere possit q̄liter splendor ille inaccessibilis virgineis se viscerib⁹ infuderit: ⁊ vt illa que inaccessibilis est accedere ad se ferre potuisset: de portiuncula eiusdem corporis cui se immediate anima contemperauit reliqe masse vmbraculum fecerit: ⁊ forte propt̄ hoc maxime dictum fuerit: obumbrabit: quia res nūrum erat in sacramento. Et quod sola per se trinitas in sola ⁊ cum sola virgine voluit operari. Soli enim datum est nosse cui soli datum est experiri. Dicatur ergo. Uirt⁹ altissimi obumbrabit tibi. Hoc est illum modum quo de spiritu sancto concipies: ipsa dei virtus ⁊ dei sapientia Christus sic in sui secretissimo consilio obumbrando coniunget ⁊ obumbrabit: quatenus qui tantum est patri notus: sit ⁊ tibi. Ac si angelus respōdeat virgini. Quid a me queris quod in te experieris? Scies te feliciter scies: sed illo auctore illo doctore. Ego autem sum missus virginalem conceptum nunciare: non creare. Nec potest doceri nisi a donante: nec potest addipisci nisi a suscipiente. Ex hac auctoritate beati bernardi dicit Alber. colligitur q̄ beata virgo de incarnatione ⁊ de filio incarnato habuit cognitionem q̄ est supra fidem. Et videtur hoc intelligendum: q̄ cognitio illa fuit supra fidem communem seu omnium viatorum. Naz si clare vt in patria talis cognitio excluderet fidem: vel forte etiam in ipso cōceptu vel partu sibi datum est ad horam vt videret clare mysterium huius vt i prima: sicut Paulus vidit deum in raptu: ⁊ pro illa hora fuisset fides ⁊ visio. Sed post horam in se reuersus remāsit in fide ablata visione. Unde ⁊ ipse dicit. Per fidem enim ambulamus: non per speculum. Aue igitur gratia plena ⁊ cetera. Sed pro maiori horum declaratione sciendum: q̄ visio facialis dei id est per essentiaz est id in quo consistit principaliter nostra vera beatitudo ⁊ perfectio vltima. Juxta illud quod Christus dixit. Jo. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te solum verum deum et quem misisti Jesum Christum Joan. xvij. In hac summa veritas est ⁊ summa bonitas que sic reficit rationalem vim q̄ ex toto eam decorabit ⁊ alliciet vt nihil aliud querat videre ⁊ habere nisi ipsum aut propter ipsum. Et ideo erit ibi continuatio visionis. Item summum delectabile ⁊ concupiscibile sic sua suauitate perfundet vt nihil aliud amet aut querat nisi ipsuz aut propter ipsum Et ideo ibi non erit fastidiuz. Item summe arduum summa sui immobilitate irascibile roborabit ⁊ securabit vt nihil tenere aut tractare queat nisi ipsum aut propter ipsum: ⁊ ideo ibi non est fatigatio. Unde beatus Augustinus in vltimo capitulo de ciuitate dei: ait. Quecunq; ab hominib⁹ honeste desiderantur: erit deus finis omnium desideriorum nostrorum. Quem sine fine videbūt: sine fastidio amabunt: sine fatigatione laudabūt. Unde beatus Augustin⁹. Ad hoc vt pueniat anima rationalis oportet habitus intermedijs eleuetur. In qua eleuatione sunt gradus ⁊ ordo: de q̄bus dicetur infra. Sed prius aduertendum est secundum Albertum vbi supra: q̄ ratio naturaliter est cognoscitura omnium sensibilium creaturaz ⁊ intelligibilium: ratione cōmunitatis naturalis: quam habet cum omnibus sensibilibus ⁊ intelligibilibus. De qua cōmunitate ait beatus Grego. in omel. super illud maī vlī. Predicate euangeliū omni creature: q̄ nomine omnis creature intelligitur homo: quia commune aliquid habet cum omni creatura scilicet esse cum lapidibus: vegetari seu viuere cum plantis. Sentire cum animalibus. Intelligere cum angelis. Ipsa autem ratio cum sit naturaliter collatiua: cognoscit creaturas signum aliquod esse seu vestigiuz dei: sicut artificium artificis. Et ex hoc ratio naturaliter est cognoscitiua creatoris: cuius creature sunt vestigia ⁊ signum. Et sic patet q̄ ratio humana habet in sua natura: q̄ sit cognoscitiua creaturarum sensibilium ⁊ intelligibilium ⁊ creatoris earum. Et q̄ habet desiderium ducciuum ad cognoscendum hec qui dici potest: ductus naturalis rationis: q̄ ex solis bonis naturalibus ducitur tanq̄ ex p̄mis motibus ex parte ipsius. Similiter ex parte affectus sunt quedaz aptitudines naturales ad bonū quas aliqui philosophi appellabant seminaria vtutum: quibus mouetur anima rationalis naturaliter ad bonuz. Ipsa vero anima rationalis sic existēs ē receptiua hit⁹ mltiplicis. s. artiū ⁊ sciarū ex pte vtutis apprehensiue. Sed h⁹ habitus non ducūt rationē vltra motus vel terminos ei debitos secūdū aptitudinem naturalem: sz sunt facilitates ⁊ directiones quedā ad cognoscendū ea ad que naturaliter ductu se hz: ⁊ hec sūt habitus acquisiti per ingenium siue dati siue infusi. Ex parte vero virtutis motiue est receptiua habitus consuetudinalis: qua non erigitur affectus supra ductum nature: vel supra q̄ naturaliter rō ducta dictat. Affectū vero sic se habentē cognouerūt philosophi quidam nō sufficere ad beatitudinē. Unī Tulius. Sepe dicimus ⁊ sepe dicendum ē nāliter auidissimi ⁊ appetentissimi: q̄ honesta sūt nobis inata vtutū seminaria: ita vt si pateremur ⁊ anhelare licet ad beatitudinē cuz diuino munere natura nos ipsos p̄duceret: sz igniculos nā inditos sepe retūdimus. Ecce fm Tuliū q̄ exigit diuinum munus. Est g̃ p̄ter h⁹ habitus aīa rational⁹ suscep tiua ignis fidei: q̄ ē donū fluens a deo: mō nobilio⁹ ⁊ vtilio⁹: q̄ sit modus fm quē fluit a deo natura ⁊ bona naturalia. Huiusmōi autē gīa ducit aīa rationalis ad cognitionē taliū: ad q̄ n̄ poterat

ratio ductu suo naturali adiuta arte uel scientia vel habitu consuetudinali. Cognita autez huius modi sunt deus trinus ⁊ vnus: ⁊ verbum caro factum: ⁊ huiusmodi: ad que non sufficiunt bona naturalia sine fide: quia ad hoc natura est parua ⁊ statura pusilla: que figuratur Luce. xix. in zacheo: qui cum non posset videre Jesum: ascendit in arborem sichomorum. glo. deuotione scilicet fidei ad videndum saluatorem. Et sic patet q̄ fidem sursum trahit vltra ductum rationis. Et beatus Augustinus in. liij. de trini. ait: q̄ nōnulli mundi sapientes potuerunt acie mentis vltra omnem creaturam transferre: ⁊ lucem incommutabilis veritatis quantacunq; ex parte contingere. Hoc autem videntes ⁊ cognoscentes: possunt habere dilectionez: ⁊ sicut est delectatio in scientia: quia illa veritas eis apparet vt lucens: ⁊ sic eam amant: ⁊ non apparet eis ut purgans scilicet a vicijs ⁊ erroribus. Sicut enim cognitio in eis lucis est naturalis ad illam primam veritatem. Sic ⁊ amor est naturalis ad eam cognitam amandam. Cognitio autem ista naturalis est deo tantum: ñ est sufficiens ad salutem nec amor ad eā cognitaz naturalis: sed requiritur fides que per dilectionē operatur. Et vtrunq; scilicet fides etiam informis ⁊ charitas est a deo: non a natura. Triplicit ergo possunt distingui gradus quibus ascenditur in deum. Primo secundum ordinem actuum naturalem in se. Sicut docet beatus Augustinus in libro de quatitate anime ponens primum gradū inter actus anime vegetationem que est nobis cōmunis cum arbustis. Primus gradus videndi deum. Secundus gradus est sensus qui est nobis cōmunis cum brutis. In tertio gradu ponit memoriam intelligibilem que est cōmunis doctis et indoctis bonis ⁊ malis. Quartus gradus ē eleuare se supra se: ⁊ mundare oculum anime ab omni terrenitate. Quintus est ipsam custodire ⁊ firmare sanitatem. Sextus est serenum ⁊ respectum rectum in id quod videndum est dirigere. Septim⁹ est non iam gradus sed mansio ⁊ visio ipsa veritatis. Idem eosdem gradus aliter nominat: sic dicens. Ascendentibus nobis igitur sursuz. Prim⁹ actus est cum dicitur animatio: secundus sensus: tertius ars: quartus virtus: quintus trāquillitas: sextus ingressio: septimus contemplatio. Distinguuntur ⁊ hi gradus secundum actum potentiarum respectu obiectorum: vt primus sit visio in sensu secundum imaginationem: hicq; mundo mundiq; imagine vtitur vt speculo. Secundus gradus est in imaginatione: hic non mundo sed mundi imagie vtitur vt speculo. Tertius gradus est visio in imagine secundum rationem: quando ratio magis queritur ⁊ cum admiratione inuenitur. Quartus in ratione secundum imaginatiōez quando per inuisibilium similitudines ad inuisibilia ratio subleuatur. Quintus in ratiōe secūdā rationem quando ex aliquibus cognitis ad alia incognita ratiocinādo ratio progreditur. Sexto supra rationem non prepter rationem: quando per mentis subleuationez cernit quod nature metas transcendit: ⁊ ei quod per aciem intelligentie cernitur: natura rerum acquiescit. Septimus ē supra rationem: ⁊ hoc est speculo fidei: que ē substantia rerum superandarum argumentum non apparentium. Octauus est extasis siue raptus in quo rachel id est ratio moritur: ⁊ beniamin id est perfectio contemplationis generatur. Omnes hi gradus distinguuntur secundum ordinem potentiarum ⁊ actuum respectu obiectorum. Secundo modo sunt gradus in huiusmodi eleuatione anime ad deum secundum maiorem habitum perfectionum gratuitorum: animam super posse nature magis ac magis eleuantium: ⁊ deo propinquius contingentium. Inter quos primo gradu eleuant gratie sacramentales impedimenta culpe ⁊ pene remouentes ⁊ fomitem diminuentes que animam trahunt deorsum. Secundo gradu sunt virtutes animam in esse gratuito perficientes potentiam: ⁊ per operationem in finem dirigentes. Tertio gradu sunt dona spiritussancti animam per actus excellentiores gratuitos perficientes: et magis fini eam coniungentes. In quarto gradu sunt fructus animam secundum possibilitatem vie deo coniunctam delectantes ⁊ reficientes. Cū his quattuor gradibus a latere currūt beatitudines statum perfectionis secundum moduz vie cōplentes. Tertio modo est ordo in predicta eleuatione anime ad deum secundum diuersitatem status subiecti quod eleuat: ⁊ diuersitatem medij per quod eleuatur. Diuersitas autem status subiecti quadruplex est. Eorum enim que eleuantur ad videndum deum. Alij sunt in statu vie. Alij preter statum vie. Alij super statum vie ⁊ iuxta statum patrie. Alij in statu patrie. Illi qui eleuā tur ad videndum deum secundum modum vie: faciunt gradus quinq; Primus est videre deum per vestigium in creaturis. Secundus per imaginem in anima. Tertius fide informi. Quart⁹ fide formata. Quintus est contemplantium. Illi qui vident perter statum vie vident per speculum in lumine. Et faciunt quattuor gradus. Primus est visio prophetarum communis. Secundus est visio Moisi⁹ facie ad faciem id est valde familiaris ⁊ assidua vltra communem modum prophetarum. Unde de eo dicitur in libro numeri duodecimo capitulo q̄ loquebatur ei deus ore ad os: non sicut in prophetis: sed sicut amic⁹ cum amico suo. Tertius est visio Joannis in pectore domini. De q̄. b. Aug⁹ dicit: q̄ transcendit omnē nebulā q̄ omnis terra tegit ⁊ puenit ad lipidum celum deitatis claritatē. Et alibi idem ait.

deitatis potentiam limpidius contemplans cuz domino ad celum volans celestis sapiētie haustū de dominici pectoris fōte limpidi⁹ ceteris potauit Quartus status est visio Ade in statu innocentie que fuit intellectualis: existens sine omni enigmate: non tantum culpe sed ꝛ pene: ꝛ sine omni fomite: ꝛ in natura non deteriorata per peccatuz: ꝛ iō est vltima in genere illo. Illi qui vident supra modum vie sunt qui vident sine speculo i lumie. Et faciūt hi tres gradus. Prim⁹ est cognitio Ade in sopore. De qua dicitur Sen̄.ḡ. Misit deus soporem in Adam: glo. Extasis illa in Adā ad hoc ymissa est: vt mens Ade intrans in sanctuarium dei: nouissima itelligeret particeps angelice curie Secundus gradus est raptus: sicut vidit Paulus ꝛ Joānes in Apocal'. Et de hac visione dicit glo. ꝙ apostolus vidit deum in illa vita: qua vidēdus est in eternum. De visione Joannis dicitur in prologo super Apocal'. Et sic visionem Pauli ꝛ Joānis dicit Alber. ponimus in eodem gradu. Tertius gradus est cognitio beate virginis in via: que omnes predictas cognitiones tribus gradibus supergreditur. Primuz est eleuata puritas: quia excessit omnem viatorem. Secundū est medū eleuātis improportionabilis quantitas: videlicet gratie plenitudo que i ea tanta fuit: ꝙ in pura creatura equalis esse non potuit. Tertium est eleuātis charitas scilicet dei: qui eam dilexit super omnem rerum creaturam: ꝛ ip̄proportionabili charitate sibi eam sociauit. Et ido hec visio eius omnem visionem vie excedit: ꝛ propinquissima fuit visioni patrie: ꝛ tamen citra quantum ad actum. Illi autem qui eleuantur secundum statum patrie vidēt per speciem ꝛ faciunt tres gradus. Primus grad⁹ est hominum anima ꝛ corpore glorificatorum. De qua dicit beatus Augustinus. Hoc minime dubitandum est raptam hominis a carnis sensibus mentem: ꝛ etiam post mortem ipsa carne deputata deum videre: sicut vident angeli: angeli enim vident deum ab omni corporali forma: ꝛ a corpore separati. Cognitio autem anime glorificate propter vnionem anime ad corpus: est inferioris gradus. Et hoc intelligendum est secundum ꝙ natura ordinatur ad naturam. Secundū enim esse gratie habent se sicut excedentia ꝛ excessa. Secundus gradus est visio angelorum: qui semper vident faciem patris qui in celis est: vt dicitur Mathei. xviij. Tertius gradus est visionis patrie. Visio glorioſissime virginis matris dei: q̄ super omnes puras creaturas limpidissime ꝛ improportionabiliter ꝛ propinquissime deum contemplatur ꝛ maiestatem eius: vtpote exaltata super omnes choros angelorum. Et ideo super tres ierarchias exaltata ꝛ supergressa: in quarta ierarchia a dexteris cum filio dei id est in potioribus bonis glorie est collocata. Super omnes has visiones est visio domini nostri Jesu Christi: quasi quartus modus. Et in hac possunt tres gradus assignari. Primus ē visio domini Jesu Christi: quam habet anima eius per gratiam comprehensionis qua inter omnes comprehensores perfectissime videt deum ꝛ omnia ad suam ꝛ suorum beatitudinem spectantia. Secundus gradus est p gratiam vnionis qua adhuc excellentius cognoscit anima Christi naturam diuinam sibi vnitam ꝛ omnia ad mysterium vnionis ꝛ incarnationis spectantia. Ultima visio Jesu Christu est que debetur ei ratione deitatis que est eadem: que est visio totius trinitatis: cuius respectu omnes predicte visiones sunt quasi imperfecte: sicut creatura respectu creatoris essentie: ꝛ huius respectu dicit Gregorius ꝙ essentia dei a nullo plene videbi.ur Et Isidor⁹ dicit: ꝙ trinitas sibi soli nota est ꝛ homini assumpto: Reuertendo igitur ad cognitionem beate Marie dicimus: ꝙ cognitio eius excessit omnem cognitionem ꝛ modum cognoscendi quem habuit aliqua creatura in tribus gradibus vt dictum est. Et preter hec tripliciter etiam excellit omnem cognitionem omnium viatorum: videlicet in perfectionis cognitione: in habitus possessione: ꝛ in modo cognoscendi cuz quiete ꝛ sine abstractione qualis est in raptu. Et quantum ad p̄mum perfectio cognitionis maior debetur ei ratione maioris eleuationis per habitus nobiliores ꝛ excellentiores. Quantū ad secundum in habitus possessione: nam talem habitum ꝛ actum qualez habuit Paulus in raptu fuit ad tempus: ꝛ postatim non fuit: sed habitus cum actu cessauit. Talem inquam generis habitum sed perfectorez beata Maria habuit: quia semper ꝛ cōtinue habuit: quoniam ab eo quo primum mater dei facta est ꝛ fuit: vsq; dum idem habitus in gloriosā cognitionem secundum statum patrie profectus est ꝛ ideo continuatio possessionis debeatur ei ratione maioris perfectiōis: qua huic vite super omnes viatores funditus mortua fuit: propter quod ꝛ vita eius cum Christo abscondita in deo: semp ꝛ curie angelice presens intra sanctuariuz dei habitauit. Quantum ad tertium. Modus cognoscendi eius non fuit per modum abstractionis: extasis vel stuporis vel etiam soporis: hec autem contingunt propter excellentiam et improportionabilitatem luminis ad intellectum illuminabilem: vt patet in lumine corporali in transfiguratione domini: quando ostendit discipulis claritatem simillimam claritati glorie. Dicitur enī ꝙ Petrus ꝛ qui cum eo erant grauati erant sōno ꝛ videre non poterant et ꝙ stupor circumdederat eos. Similiter in lumine spirituali.

Unde et Paulus excellentia visionis stupefactus: dixit. Utrum in corpore vel extra corpus: nescio: deus scit. Hunc stuporem beatissima

Maria: non habuit: cuius intellectus dei formali or ⁊ illi luci proportionabilior fuit. Unde sicut lux eadem que est egris oculis odiosa: sanis autem amabilis: ⁊ sicut per eandem lucem clari oculi perfectius vident ⁊ sine perturbatione. Egri autem minus perfecte ⁊ cum perturbatione. Ita lux spiritualis que oculis Pauli fuit improportionata: ⁊ ideo raptum fecit: ⁊ cum stupore. Sed oculis beate virginis fuit proportioabilis sine stupore ⁊ cum delectatione. Et hoc debebatur ei super Paulum: ratione puritatis super omnes viatores. Fuit ergo in beata Maria habitus fidei: sicut ⁊ actus qui est in raptu potest esse cum habitu fidei quamdiu est aliquid de obscuritate ⁊ non ita plene deputata sicut in statu comprehensorum.

De charitate virgi. §. II

nis Marie dicitur in canticis: vulnerata charitate ego sum. Et ecclesia canit vidistis eam plenam charitate: scilicet quo ad deum: ⁊ dilectione quo ad proximum. Excessit autem omnem creaturaꝫ in charitate proximi. Ego diligentes me diligo ait diuina sapientia prouer. viij. Et qui magis diligit deum magis diligitur ab eo: ita tamen ꝙ prior ipse dilexit nos vt ait Joan. in canonica. Maxime autem super omnes puras creaturas fuit ipsa dilecta a deo: quod patet ex eo quia maximuꝫ donum ei largitus ē deus: vt scilicet filium suum dilectissimum summum bonum ei communicaret: vt communis esset filius sui in deitate: eius in humanitate: vna ⁊ eadem persona deus ⁊ homo

Tria autez exiguntur ad hoc vt charitas viatoris perficiatur vt transeat in charitatem comp̄hensoris in subiecto charitatis. Primuꝫ est depuratio. Secundum est sui in se collectio. Tertium est eleuatio. Ad primum scilicet depurationem oportet ꝙ fiat separatio a cōtrarijs dispositionib⁹ in subiecto: que impediunt per contrarias dispositiones charitatis perfectionum. Sunt autem ista a quibus debent purgari ⁊ segregari scilicz culpa pena: corpulentia. Per omnia ista tria impeditur perfectio charitatis i maioribus in statu isto: per secundum tantum impediebantur patres in limbo scilicet propter penam originalis: propter tertium tantum: idest corpulentiam impediebatur Adam in paradiso. Et de his tribus impedimentis dicitur in libro sapientie. Corpus quod corrūpitur aggrauat animam: vbi corpus notat corpulentiam. Corruptio culpā. Aggruaatio penam. Nec obstat quod in domino Jesu fuit fruitio: vbi tamen fuit corpulentia ⁊ pena: quia vnio ad diuinam naturam vicit ⁊ abstulit hec impedimenta.

Secundum quod exigitur ad charitatis perfectionem est sui in se collectio: per quod etiaꝫ tria ponuntur impedimenta. Anima enim secunduꝫ ꝙ quedam natura est ⁊ forma corporis naturalis primo ligatur ad corporalium ymagines ⁊ species. Secundo obligatur ad diuersas corporis passiones. Tertio diuiditur in diuersas operationes de primo dicit beatus Augustinus in li. de trinit. Tanta est vis amoris: vt ea que cum amore diu cogitauerit ⁊ eis cure glutinio inhęserit: attrahit secum etiam cum se cogitandam quodammodo redit. Errat igitur cum se istis imaginibus tanto amore coniungit: vt etiam se esse aliquid huius existimet. Et post hec dicit ꝙ fuerūt diuersi errores philosophorum. Aliorum ponentium esse ignem. Aliorum athomos: ⁊ huiusmodi. Et subiungit sic. Dic subortitur erroris dedecus: dum rerum fensitiuarum imagines secernere a se nō pōt vt se solam videat. Coheret enim ei mirabiliter glutino amoris: ⁊ hec est eius imundicie: quoniā dum se solam nititur cogitare: hoc se putat esse si ne quo se non potest cogitare. Hec est ergo prima collectio ab imaginationibus corporalibus detractio. Secūda ē obligatio ad corpis passiones. vnde. b. Aug⁹. in li. de aīa ⁊ spiritu ait. Quibus dā affectibus ⁊ quandā amicitia aīa corpi iungit: p̄m quā amicitiā nemo vnq̄ carnē suā odio hūit. Socia nāq; ei⁹ ē: ex eius societate p̄grauet. Ineffabili nāq; conditiōe diligit illud amat comitē suū: ⁊ ió libera eē nō pōt. Doloribus eius vehemēter afficit. Formidat q̄ mori nō pōt. O culoꝝ speculattōe depascit. Sonoꝝb⁹ delectat auditib⁹. Suauissimis iucūdat odoꝝb⁹. Larga epulatiōe reficitur. Et ex his rebus nullaten⁹ vtat: graui tñ mero re afficitur: si ista subtrahant. Tertiū ipedimētū ē diuisio ad opatiōes varias. De q̄ dic. b. Aug. in li. de spiritu ⁊ aīa: p̄m sui corporis effect⁹ varijs nuncupat noibus. Dicit. n. aīa dū vegetat. Spūs dū cōtēplat. Sensus dū sentit. Animus dū sapit. Mens dū intelligit. Rō dū discernit. Dū recorda tur mēoria: Dū p̄sētit volūtas. Ab istis ꝑ trib⁹ colligitur aīa in seipaz p corpalē imaginū abstractionem p passionū corporaliū cessationē ⁊ p opationū vnionē. Et de vnione actuū dicit. b. Aug⁹. Sēsus vertet i imaginationē: imaginatio in rationē: rō in intellectuz. Intellectus in inelligentiam. Intellectiua in deum. De ista triplici collectione simul sez imaginationuz: actuū ⁊ affectuū dicit. b. Aug⁹. in li. de quātitate aīe: purgatur mēs a pcti colluuione: ab errore obtenebratione: a rerum fantastica imaginatione: a rerum naturalium fallaci proportione: a rerum temporalium vana delectatione. Idem. Ab hoc ergo mundo reuertentes ad deum est quasi ab hinc sursum reuertentes. Per nosmet ipsos transire debemus ad deū hoc ē intrare ad semet ipsū. Et intrinsec⁹ penetrās se ipsum transcedit: et istinc ad deum ascendit. Ab huiusmōi ergo cor nostrum colligamus: et

ad eterna gaudia reuocemus: vt aliquando radium cogitationis in lumine gē figere valeamus. hec est enim requies cordis nostri: cum deum suū contemplatur: ⁊ ipso sua contemplatione suauiter reficitur. Et dulce est illi semper quod ad desiderandum: quod ad laudandum: quod ad amādum semper suaue inuenitur. Tertium quod exigitur ad charitatis perfectionem est eleuatio que fit per tria: scilicet a natura conante: a gratia subleuante: a deo attrahente. Et de conamine nature dictum est supra de zacheo: qui statura pusillus erat. Et de subleuatione gratie qui ascendit in arborem sichomorum: quod designat gratiaz sacramentalem: ⁊ virtutis. Sed quia nō sufficit ad consūctionem que est in perfectione charitatis: nec conatus nature: nec subleuatio gratie sine diuinitatis attractione. Ideo clamat sponsa Cant. j. Trahe me post te. Et Christus Joan. vi. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit illum. Ad primum scilicet conatum nature disponūt antecedenter: primo miseriarum presentium stimulatio. Secundo proprie defectibilitatis cognitio. Tertio summe perfectionis naturalis appetitio. Ad secundum scilicet gratie subleuationem disponunt antecedentes inchoatiue. Gratie sacramentales sanando a malo culpe ⁊ pene. Gratie virtutum adijciendo ⁊ ducendo in bonuz progressiue. Dona quoq; ⁊ fructus. Dona ad excellentiores actus adiuuando: fructus: laborantem reficiendo. Completiue autem secunduz statum vie beatitudinis: secundum statum patrie dotes. Sed de ista attractione nota q; in naturalibus tanto maior est motus quanto maior est appropinquatio ad suum vbi. Nec sola appropinquatio est causa augmenti motus: sed similitudo ⁊ conuenientia ad suum vbi. Unde quanto magis lapis mouetur deorsum: tanto magis intēditur suus motus: ⁊ sic ignis ad sursum. Sed in voluntarijs motus naturalis non sufficit mutare situm ipsius virtutis ad suum vbi: sine ipso vbi. Et hoc est q; in naturalibus est tantum vbi: ita q; non motor. Sed in voluntarijs ipsum vbi est motor ⁊ cooperator. Et ad id quod motus est: et quod mouet per ipsum habet motus q; sit appropinquatio. Est tā h?. appropinquat onis terminus perfecta conformitas voluntatis diuine et humane de formis effectio. Ad hanc autem attractionem appropinquationem ⁊ conformitatem tria specialiter disponunt antecedenter i via scilicet opera instructionis vel edificationis: opera pacientie vel passionis: opera excellentie supererogationis. De operibus instructionis dicit beatus Augustinus. Lex est diuine prouidentie vt nemo a superioribus adiuuentur ad cognoscendaz vel participandam gratiam: quem non ad eandē que ponitur affectu non adiuuerunt. Unde ⁊ Jo annis. xi. legitur de Caipha: q; cum esset pontifex anni illius prophetauit. In quo dominus ostēdit q; etiam in malis ratione prelationis dona tribuit ad vtilitatem aliorum. Et de Saule legitur: q; post vnctionem introiuit in eum spiritus ⁊ prophetauit. De operibus pacientie: ⁊ passionis patet per id quod ait apostolus. ij. Corinthiorū. xij. Uirtus in infirmitate perficitur. Et figuratur in Job qui post perfectam victoriam p pacientiam omnia bona sua recepit duplicata. De operibus supererogationis scilicet paupertate: castitate: et huiusmodi dicit Christus Mathei. xix. Amen dico vnbis: q; nemo est qui reliquerit agros ⁊c: qui non recipiat centies tantum in vita. Consistit ergo ista perfectio charitatis transeunti de statu vie ad statum patrie. In plena deputatione. In omnimoda collectione. In perfectissima eleuatione. Patet ergo q; perfectio charitatis de statu vie in statum patrie transmutande fit fine substantiali addit one per perfectionem sui in se?: per actus extensionum: per actus ⁊ habitus meliorationū ⁊ nobilitationum: ⁊ per summam cum summo bono coniunctionem. Et quia charitas sola perfecta est: que est vinculum perfectionis. Alie autē virtutes habent aliquid de imperfectione: vt fides que est de eo quod nō videtur: ⁊ huiusmodi. Cū autem venerit quod perfectum est: ait apostolus. i. status patrie: euacuabitur quod ex parte est. Ideo necesse est omnes alias virtutes euacuare. i. secundum vsum vite presentis: vel ab actionibus sopiri: solam autem charitatem dominari ⁊ exercere omnes operationes. Et tunc implebitur illō Diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo ⁊cetera Quod tunc implebitur quando omnis actus cessabit naturalis: quantum ad actum: ⁊ omnis alterius virtutis habitus erit sopitus quantum ad actum: ⁊ anima in esse suo nobilissimo: tota nobilissimo habitu implebitur: ⁊ nihil nisi charitas i anima ad actum egreditur. Sicut ergo charitas beate Marie in statu patrie est maior charitate omnis pure creature: ⁊ quantū ad substantiam: ⁊ quantū ad actum ita eadem charitas eius i statu vie maior fuit omni charitate pure creature quantum ad substantiam: non autem quantum ad actum. Et sic quatum ad substantiam fuit charitas beate Marie maior charitate omnium angelorum: sed quantum ad actum minor charitate minimi angeli. Q; autem maior substantia minor est in actu facit subiecti conditio cōtrarij coniunctio minor motoris attractio:

De spe beate §. III.

Marie dicendum est q; vtiq; eam habuit perfectissime. Nam habuit vt dictum est perfectissimā charitatē: q; mī ē oim vtutū fz. b. Ambr.

Capitulū Undecimum.

vt qui eam habeat ⁊ filias eius contineat: idest alias virtutes. vnde ⁊ spem. Et cū spes sit certa expectatio future beatitudis ex meritis ⁊ gr̃a pueniens: vt diffinit eā magister i. iij. sen. Allj scti ⁊ scie qz certitudinē scie nō hñt de meritis suis ⁊ gratia sed per coniecturas: ideo nec certam expectatiōez habent de sua beatitudine: sed conditionalem scilicet si habent gratiam ⁊ merita. Sed beata Maria erat certa gratia se esse plenam: vnde ⁊ certa de sua beatificatione quam expectabat. Et ppter perfectam ⁊ abundantem spem dicitur Ecc̃i. xxiij. in persona eius. Ego mater pulchre dilectiōis timoris: agnitionis: ⁊ sancte spei: quia non solum ista in se habuit in mente ⁊ actus produxit: sed et in alijs procurat. Unde ⁊ dicitur. Spes nostra. s. ad suffragandum in omnibus auxilium procurādum. Et ecc̃i. xxiiij. dicit. In me omnis spes vite. Et in dicta auctoritate notantur tres ille virtutes Charitas ibi pulchre dilectionis scilicet dei: vnde procedit timor reuerentialis. Fides ibi agnitionis Per eā enim habetur cognitio de necessarijs ad salutez. Et sancte spei: quod dicit ad excludendū vanam spem. Sed obijci posset: ꝙ beata Maria nec charitatem perfectam habuit: nec fidem: nec spem. Nam in fide videtur dubitasse. Et dubius in fide ē infidelis: vt dicitur extra de hereť. Cum enim angelus ei nunciasset conceptum filij dei: interrogauit ⁊ dixit. Quomō fiet istud qm̃ virum non cognosco. Quod simile videtur locutioni zacharie: cum sibi ab angelo nunciata fuisset conceptio futura Joānis baptiste: dixit ei. Unde hoc sciam cum sim senex ⁊ vxor sterilis. In q̃ bus verbis ꝙ dubitauerit ⁊ incredulus fuerit: patet ex eo quod dixit ei angelus. s. pro eo ꝙ nō credidisti verbis meis: eris tacens ⁊ non poteris loq̃ ⁊cetera: que mutitas fuit ei data in penam. Hoc idem videtur ex exemplo quod subdidit angelus Marie: dicens. Ecce Elizabeth cognata tua ⁊ ipsa concepit filium in senectute sua. q. d. Non habes dubi are de conceptu tuo: quia sicut cōcepť Elizabeth est miraculosus: ita erit ⁊ tuus. Aliter tamen: quoniam illius ex sterili sed de viro: tuus ex virgine tantum ex deo. Ad hoc respōdetur ꝑ beatum Bernardum ꝙ beata Maria in nullo dubitauit: quod declarauit spiritussanctus. cū dixit per os Elizabeth. Beata que credidisti. Tunc n. dicit Elizabeth repleta fuisse spiritusācto: quo reuelante cognouit Mariam deum concepisse: quod erat occultum. Non ergo cum dixit. Quomodo fiet istud dubitauit querens de facto: sed q̃ siuit de modo. Et hoc ē quod ait beatus Bernardus. super missus est. Non dubitabat de facto: sz modum ⁊ ordinem quesiuit. Non enim querit si fiet istud: sed quomodo: quasi dicat. Cum sciat dominus meus testis conscientie mee votum anille sue esse: non cognoscere virum qua lege: quo ordine placebit sibi ut fiat istud? Si oportuerit me frangere votum vt pariam talem filium ⁊ de filio gaudeo: ⁊ doleo de proposito. Fiat tamē voluntas eius. Si autem concipiam virgo: pariam virgo: quod vtiqz impossibile nō erit si ei placuerit: tunc scio vere: quia respexit humilitatem ancille sue. Hec beatus Bernardus. Unde ⁊ Beda dicit: quod illud quo modo sunt due dictiones distincte. Et quoniam virum non cognosco: id est proposui me non cognosciturum virum carnaliter. Emiserat enim votum virginitatis secundum beatum Augustinum. xxvij. q. ij §. Beata Maria. Uel secundum Albertum super missus est. Non cognosco virum vt persone mee dominatorem: operum rectorem. corporis corruptorem: a se obligatorem: prolis propagatorem: nunquā volo cognoscere aliqua cognitione: videndo scilicet aut audiendo: aut intelligendo vel diligēdo. Qō autem angelus ei nunciauit conceptū sterilis Elizabeth vt dicit ei quedam glosa. Non quasi incredulam hortatur ad fidem. sed credenti que audierat ampliora replicat miracula: vt que deum paritura erat: precursorem quoqz de anu sterili nasciturum cognosceret. Hinc ⁊ beatus Bernardus Ubi supra: Quid fuit ne esse etiam huius sterilis virginis nunciare conceptum? Nunquid forte ad huc dubiam ⁊ incredulam oraculo recentiori) voluit confirmare miraculi? Absit. Sed ideo conceptus sterilis virgini nunciatur: vt dum miraculū miraculo additur: gaudium gaudio cumuletur. Porro necesse erat non modico leticie ⁊ amoris incendio inflammari: que filiuz paterne dilectionis cum gaudio spiritussancti mox erat conceptura. Uel etiam ut audiens cognatam: id est attinentez vetulam ⁊ grauidam cogitat ipsa iuuencula de illius obsequio. Unde postea eam visitans: ei i partu seruiuit: sunt ⁊ alie rationes que hic omittuntur. Secundo quantum ad dilectionem videtur ꝙ non habuerit eam maximam. Nam dicit filius eius: maiorem hac dilectionem nemo habet: q̃ vt animam suam: id est vitam ponat quis pro amicis suis: scilicet per martyrium. Sed beata Maria non recepit martyrium: sed morte naturali sine dolore mortua est: ergo et cetera. Respondeo secundum Albertum vbi supra. Non tantum beata Maria quantum ad actum interiorem id est dispositionem ⁊ desiderium: sed etiam quantum ad operis exhibitionez: posuit animam suam pro proximis: immo animam filij sui: ⁊ ipsum filium quem magis ꝙ animam suā dilexit pro proximo. Et propriam animam sine necessitate: passioni obtulit propria voluntate: et eam in passione filij crucifixit cum filio ut plus ꝙ martyr fieret ſm omnes doctores. Uñ ⁊ duas alias obtulit ꝑ primo: ⁊ effectū dilectōis ad primum duplicauit: ppter qō Symeō dixit

Tuam ipsius animã gladius transibit. s. doloris. Luce. xx.. Et vt addamus aliquid simplicibus auribus vix credibile. Ita proximũ dilexit q̃ si defuisset qui filium crucifixisset: ipsa pro salute humãi generis consequenda: cum manibus suis in cruce posuisset. Tertio de spe. Non enĩ videtur habuisse spem. Nam ut ait apostolus. Quod habz quis: quid sperat: q. d. spes est de re que nondum habetur: vt de beatitudine: sed Elisabeth spiritu sancto repleta: dixit eam esse beatam. Beata que credidisti: si ergo beata erat: non beatitudinez sperare poterat: quam iam habebat. Ad hoc respõdetur: q̃ vel beatam dixit futuraz: si loquimur de beatitudine glorie perfecta vel si loquitur de beatitudine imperfecta seu dispositiua: de qua Christus. Beati pauperes spiritu ꝛc: sic vere tunc erat beata: quia omnes illas beatitudies perfectissime habebat. Et talis beatitudo non opponitur spei: sed manet cum ea.

De uirtutibus .§.IIII.

cardinalibus: de quibus dicitur sapientie. viij. sobrietatem ꝛ sapientiam docet iusticia ꝛ virtutem quibus nil in vita hominibus ẽ vtilius: sobrietas hic dicitur tẽperãtia: sapientia: prudentia: virt⁹: fortitudo. Justicia autem ponitur in suo vsitato vocabulo: docet ista diuina sapientia: cum inhabitat mentem per gratiam suam. Et prima facie posset videri q̃ hec non fuerunt in virgine ex actibus earum virtutum. Nam dicit. b. Aug⁹. q̃ prudentia est in precauendis insidijs. Insidia est occultata decepcio: sed virgini non fuerunt occulte fraudes diaboli: nec ad eam accessit tentando. Justicia est in puniendis malis: in se vl̃ i alijs: sed beata Maria nullum in se peccatum habuit. Erga alibi dicitur mater misericordie que nõ punit sed remittit penas. Fortitudo in tolerãdis molestijs. s. sine ipatientia. Temperantia in refrendadis illicitis concupiscentijs. Sed beata Maria ñ habuit aliquos motus concupiscentie illicite. Et in omnibus requiem quesiuit: nihil ratione sentiens molestum: vt in alijs accidit: ergo ꝛc. In ꝓtrarium ẽ: quia angelus dixit. Aue gratia plena. Sz vna ex gratijs est gratia virtutum. Et potissime inter morales sunt iste: ergo ꝛ istas habuit. Unde ipsa ait Ecci. xxiiij. In me omnis spes vite ꝛ virtutis Transite ad me omnes. s. pro eis adipiscendis: et a generationibus meis adimplemini. i. actibus virtutum a me ꝓcedentibus: implemini pfecte imitãdo. Sed sciendum: q̃ cuz virtutes iste sint sub quadruplici differentia: secundum diuersos status vt ponit Plotinus phs: ꝛ declarat. b. Tho. in ꝑma secunde. Et prime dicuntur politice existentes in incipientibus ꝛ proficientibus in virtute: quaruz officiũ est in habentibus sustinere magnos ꝛ multos impulsus tentationum a vicijs eis contrarijs sed tameu superare: ꝛ passiones rationi subijcere Secunde dicuntur purgatorie habite a perfectis viatoribus: quarum officium est quasi in quiete eas habere: cum modica pugna contrariorum. Tertie dicuntur purgati animi que proprie sunt in comprehensoribus. Et aliud officium habent q̃ in presenti. Ut prudentie sit eligere deum vt sũmũ bonum: ꝛ omnia in euz referre. Justicie ei totaliter subijci ꝛ voluntati eius cõformari. Fortitudinis ei firmiter inherere. Temperantie in ipso sũme delectari ꝛ non in alio. Quarte dicuntur exẽplares ꝑut sunt in mente diuina. Habuit ergo. b. Maria v rtutes istas secũdum Alber. q̃ ꝑ modũ patrie ꝛ vt purgati animi: non autem simpliciter sed medio modo inter statum viatorum ꝛ cõprehensorum: nam quantũ ad actuum perfectionez habuit per modũ patrie sine aliqua pugna. Sed quantũ ad merendi cõditionẽ: habuit per modũ viatorum. Si enim simpliciter habuisset ad modũ cõprehensoꝝ: non ex illis actibus meruisset.

Deriuãdo sermonẽ ad singulas de prudentia eius canit ecclesia. Quo ꝓgrederis virgo prudentissima. Prudenter conseruabat omnia v̄ba hec: que de filio dicebãtur paruulo: conferens i corde suo. Luce. ij. s. cum his que scripta erant de eo: vt dicit Beda. Prudenter diabolo ocultabat suam v̄ginitatem. Prudenter euasit persecutionem Herodis contra filium: fugiens in egyptum cum eo. Qui moderatur labia sua ꝓudentissim⁹ ẽ iquit Solomon in ꝓuerbijs: nulla autem pura creatura ita moderata est: nam pauca reperitur locuta ꝛ valde rationabilia ꝛ vtilia. Cum angelo breuit interrogando de modo eius quod sibi nunciauit. Et hoc intellecto: voluntati dei se totã subdendo Ecce inquit Ancilla domini ꝛc. Cuz filio auxiliũ pro defectu vini postulando: cum ait: vinũ nõ habent ꝛ ministros ad obedientiã eius exhortando cum ait. Quodcunq̃ vobis dixerit facite. Jo. ij. Et iterum filio inuento in templo ait. Fili quid fecisti nobis sic ꝛc. Luce. ij. Diffuse autem cum deo locuta est quando canticum deo gratias agendo edidit: magnificat anima mea: ꝛc. Justicie partes integrales sunt facere bonuz ꝛ declinare a malo. Sed hec sola declinauit ab omni macula peccati. secundum illud canti. macula non est in te. Et semper operata est bonum ad omnes. Partes iusticie potentiales sunt religio: obedientia: pietas: siue misericordia: gratitudo: ꝛ penitentia. Est autẽ religio cõprendens latriam ꝛ duliã. Et latria quidem est honos soli deo debitus ꝛ exhibitus: Et consistit seruitus latrie ſm Albertum vbi supra i tribus. In actu cordis: vt cognitio ꝛ dilectio. In actu oris: vt laus ꝛ oratio. In actu operis vt genuflexio: adoratio: imolatio ꝛ huiusmodi. Oia hec fuerunt in beata virgine in summo. Actibus enĩ interioribus virtutum excellit omnem creaturaz

puram. Angeli.n. hñt virtutes iamissibiles sz nõ meritorias premiũ essẽtialis. Uiatores hoies sãcti hñt virtutes meritorias sed amissibiles. Bta autẽ maria hũit cum angelis uirtutes iamissibiles: cũ sanctis uiatoribus meritorias: ꝛ sic ẽt excellentius cũctis hũit. Actus latrie in ore. s. laus et oõ excellẽtissime fuit in ea: vt dicere ualeret illud. Sẽper laus eius i ore meo. Et oõ quidem scorum nõ innititur alicui iuri ex parte sui: sz tm̃ mie ex parte dei: oõ ãt uirginis innititur gẽ dei iuri naturali ꝛ iusticie euangelĩ. Nam filius nõ tm̃ tenet audire matrem sed ꝛ obedire. Juxta illud apostoli. Filĩ obedite parentibus uẽis: qõ ẽt est de iure nature. Qõ ipsa vĩ inuere i mõ orandi: non. n. usa est obsecratione simplici sed insinuatione dicens. Uinũ non hñt. Jo. ĩ. Dicit ãt hugo de scõ victore: q nobilissima spẽs oõnis est insinuatio: exẽplificans i dõ uerbo. Uinũ non hñt. Et sic oõ et' erat nobilissimus modus orandi: tũ qz hẽbat rõnem iussionis ꝛ iperũ: tũ qz ipossibile erat eam non exaudiri iuxta illud qõ i figurã h' dixit Salomon matri sue ber: sabee: cum aliquid petere uellet. Pete i quit mater mea: neqz. n. fas est: ut auertam faciez meam. iĩ. reg. ĩ. Actus exterior latrie est i oblatione ꝛ i templorũ constructione ꝛ scificatione: totum hoc bta maria fecit in sũmo. Nã de corde et corpore suo construxit templũ spui sco: in quo sãctificato dei filius habitauit. Ipsa nõ solũ se ipsã obtulit deo in sacrificium per uotũ uirginitatis: sed ꝛ filium suũ ex suis carne ꝛ sanguine formatũ spontaneo consensu i eius passiõe obtulit pro nobis oĩbus deo in odorem suauitatis. Dulia uero ẽ honor debitus ꝛ deditus creature cõiter propter aliquã excellentiã: ut potestatis: sapie: ꝛ uirtutis: iperdulia ãt debetur excellẽtibus creaturis ut uirgini ꝛ cruci. Et iperduliã quidem hũit beata maria i sũmo sup omnes creaturas: nã maius ẽ adorari q̃ adorare iperdulia. Sed omnes alĩ sancti adorant uirgines iperdulia. Ipsa ãt adoratur ab oĩbus iperdulia: ergo oẽs excellit i iperdulia. Jtẽ actus dulie hũit super oẽs excellenter: nulla. n. digna persona uel creatura potuit aliam creaturaz tm̃ honorare quantũ dignissima creaturarũ mat dei. Jtẽ cũ esset suprema ꝛ dignissima oĩum creaturarũ: quam debebant omnes uenerari: mie debitũ fuit ñ iusticie: vt alias creaturas honoraret. Jtẽ seruitus humilima fuit: qua iferiores se honoraret: qñ. s. ipsa proxima deo per icorruptionem: qz icorruptio facit proximũ deo purificationem pollutis matribus cõstitutã absqz legis precepto obseruauit: ꝛ filium cũ oblatiõibus offerẽs sacerdotibus: legalibus reuerentiaz exhibuit. Et supra legem posita ipsa legi ꝛ ministris legis obediuit p gens ad templum singulis annis i festiuitatibus p ceptis in lege: ꝛ filium ducẽs duodẽnẽ. Quantuz ad opera mie que debentur ex compassiõe ꝓxio rum ꝛ subleuatione miserie: ꝛ propter hoc ỏbitũ dicũtur hmõi opera iusticie: ad que tenẽntur omnes pro loco ꝛ tpe: ut pz i discussione i finali iudicio. Esuriui ꝛc̃. Mat. xxv. Huius opera mie beata maria hũit in sũmo super oẽs: operum ãt mie alterum est altero maius: vel qõ fit ex maiori charitate: uel qõ fit magis digno indigenti: uel qõ fit ex maiori effectu ipenso: uł qõ fit ex magis nccio. hec oĩa fuerunt in beata maria i summo. Nã charitas ex qua fecit opera mie excessit dilectionez oĩum miam facientiũ: maxime indigenti exibuit: qz nemo iter uiatores xp̃o paupior fuit: dignissimo pauperi tribuit: qz hõr deo: magnum. n. opus misericordie est: qõ datur laico bono: maius qõ dat clerico: maius religioso: maximuz si ep̃o egenti ꝛ bono: maxime maximũ si pape pauperi. Sed super oĩa pauperi deo. Qui ut ait apls cũ sit diues i gl̃a propter nos egenus factus est: maximum ẽt effectũ mie nobis ip̃edit: quia nobis miseris ꝛ captiuis ꝛ mendicis dedit filiũ suum d' ũ: captiuis in precium: famelicis i uiaticum: laborãtibus i p̃mium: infirmis i medicamentuz: ꝛ cũ ipso dedit nobis regnũ celorz ꝛ õe bonum. Cum illo. n. omnia nobis donauit. Non de superfluo sed de necessario opus mie fecit filio suo pauperculo ꝛ peregrino de suis purissimis carnibus ꝛ sãguinibus fecit ꝛ tunicam corporis: i gremio uteri suo hospitat' est: ꝛ de proprio corpore cibauit ꝛ lac dedit. Penitentia uirtus que est pars iusticie fuit pfectius in beata maria q̃ alĩs uiatoribus: qõ pz: ex eo qz in oĩbus alĩs actus penitentie relinquit pccm̃ in esse uel fuisse. Est. n. dolor de peccatis cõmissis. Sed i uirgine beata actus p̃nie fuit sine p̃ntia uel pcessione culpe. Fuit. n. i ea per modum patrie. In beatis. n. est p̃nia uirtus sicut ꝛ alie omnes: sed ad alium actũ q̃ hic uidelz non dolor de commissis: sz detestatio pcĩ sine uello peccare. Et sic fuit in beata maria ſm Alber. De fortitudine eius põt i telligi illud qõ dicitur prouer. ultimo de muliere sapienti. Fortitudo ꝛ decor idumentũ eius. i. fortitudo decora: qz. s. sine motu perturbatiõis alicuł qõ ñ fuit i sãctis. Hac fuit iduta semper ꝛ õnata. Unde mater dei effecta appropinquãs ad partũ magnanimiter aggressa est iter cũ spõso Joseph i bethleẽ per montana iudee: vt describeretur: et sensum daret p̃sidi ꝓ romano iperio. Et cuz illic non reperissent hospiciũ siue ꝓpter multitudinem cõcurrentiũ: siue ꝓpter paupertatẽ: nõ hñs ad expendendum secessit i diuersorium. Ubi media nocte in hyeme peperit filium suũ: frigus' cuz eo constantissime ferens: natus ide ad paucos dies magnifice exposuit paruulũ pene maxime circũcisionis: non sine sui dolore ĩmẽso. Et post modicuz quesitus paruulus ab herode ad perdẽdũ: secessit i egyptũ ad terras idolatrantiũ pluribus annis ibi demorata: ꝛ p' mortez herodis reuersa

in nazareth semper fiduciã habens in dño: vt eri peret de inimicis. Secuta filiũ predicantẽ ⁊ mira cula facientẽ: o quot opprobria: quot blasphemi as: quot persecutiones: quod insidias ad capiẽdũ eũ illata ⁊ facta patientissime tulit? Demũ stabat iuxta crucẽ ihesu mat̃ ei⁹ Maria: ut dr Jo. xix. cũ cuz maximo dolore cernẽs filium derisũ: conspu tum: flagellatũ: spinis coronatum: a cunctis male dictum: ⁊ reprobatũ: i medio latronuz collocatũ: clauis affixum: aceto ⁊ felle potatũ in siti sua: lan cea vulneratum. Stabat pena mortis consterna ta: sed mente ad deum erepta. Stabat non iclina ta ad sensualitatẽ ex amore filij. Stabat non cur uata ad appetendũ uindictam crucifigentiũ: non eos maledicens: non odiens: nõ murmurans: non uociferans: non capillos euellens: uel faciem dila cerans: ut multe faciunt i morte charissimoruz. Stabat fortiter: ⁊ usq; in finẽ perseueranter ⁊ oia sustinens ꝓpter dilectionẽ dei hoc volentis: ⁊ pro ximi dilectionem inde redimendi: ꝺa fortis est ut mors dilectio: dura sicut infernus emulatio. Cãti. viij. Intẽperantia deniq; singularissima fuit: ꝓpter qõ ait Eccĩ. xxiij. Quasi mirra electa dedi suauitatẽ odoris: mirra que est amara ⁊ preseruatiua a corruptione significat tẽperantiam: que uti q3 amara est displicibilis sensualitati: sed preseruatiua a corruptione multoruz peccatoꝝ. Et de abstinentia quidem dicit. b. Ambro. in li. de uirginibus q⁹ frequenter ipsa ieiunabat: ⁊ cũ reficiẽdi necessitas cogeret: cibus ei obuius erat: qui mortem arceret: non qui delitias ministraret. Sola ipa fuit: que nunq̃ metas in cibo ⁊ potu excessit: nec unq̃ cũ nimia auiditate sumpsit. Que ãt castior ea que dei filium itacta generauit? In oibus alijs uiatoribus castitas est cum pugna contra fomitez ⁊ cum casu: ad minus ipximente veniale: ⁊ cũ possibilitate cadendi ẽt in mortale: exceptis sanctificatis i utero: ⁊ aplis spũ sancto repletis dicit Alber. ubi supra. Sed i beata maria fuit castitas sine pugna fomitis ⁊ sine casu ⁊ possibilitate cadendi in mortale uel veniale: quinimo castitas eius non solum hominum viatoruz: sed ⁊ angeloruz castitatez excellit. Et. n. multiplitior: qz angeli solum eã hñt in spũ non in corpore: qõ non hñt. Sed maria in spũ ⁊ corpore uirgo. Est ⁊ nobilior ⁊ utilioꝝ: qz angelis est naturalis. Unde nec meritoria. In beata maria est gratuita ⁊ meritoria. Est tertio glorioſi or: qz in angelis quasi necessaria ⁊ sine pugna. In Maria uoluntaria ⁊ cuz victoria: o q̃ ergo ẽ pulchra: casta generatio cũ claritate. Sap. iij. Nulla clarior ista. Unde ad eius aspectum cum esset pulcherrima oiũm: etiã incontinentes non mouebãtur ad concupiscentiam eius: sed ad continentiaz incitabantur. De modestia parte temperantie dicit apls ad phil̃. iij. modestia uestra nota sit omnibus hominibus: que consistit circa habituz seu uestitum. Habitus autem ſm Alber. ubi supra ẽ triplex. s. mundanoruz uanus qui prohibetur. De quo dicitur in canonica Pe. de mulieribus. Quarũ non sit exterius capillatura: aut circũdatio auri ⁊ argenti ⁊ margarite ⁊c. Unde ⁊ dines qui indebatur purpura ⁊ bisso: describitur sepultus i inferno. Luc. xvi. qz ad pompam. s. superbiaz eis utebatur. Est secũdo habitus mediocritatis: qui pertinet ad modestiam: ad quaz tenentur omnes ẽt imperfecti: de quo apls. i. ad Thimo. mulieres in habitu ornato cũ uerecundia ⁊ modestia ornãtes se non i tortis crinibus aut uestę preciosa. s. nimis: aut auro ⁊ argento: sed sicut decet mulieres ⁊c. Est tertius hitus humilitatis: qui pertinet ad perfectos: qualis erat habitus Joan. baptiste. s. ꝺ pilis camelorꝝ: ubi glo. Qui penitentiã predicant hitũ penitentie portent. i. humilem ⁊ deiectũ. Et Crisо. exponens illud. qõ dr de uestę xpi: q⁹ erat inconsutilis: ⁊ de super contexta per totum: dicit in cõsutilis. i. deformis: non q⁹ non hẽret formam: sz qz hẽbat rudes futuras. Et de super contexta per totũ exponit. i. repeciata multuz: vt vestes pauperũ. In isto tñ tertio hitu hũilitatis sũt gradus: qz. s. põt esse ⁊ nimis hũilis. i. deiectus: ⁊ nimis deiectus q̃. s. requirat stat⁹ portantis ⁊ mediocris: ⁊ ad hoc fac̃ qõ ait Hiero. di. xli. §. i. Nec affectate sordes: nec exquisite delitie. s. i uestibus: qz laudẽ pariunt. Dicendũ igitur inquit Alber. q⁹ habit⁹ beate marie fuit hitus hũilitatis: mediocris tñ. Et idẽ credimus de uestitu dñi Jesu ⁊ scoꝝ. Et si quera tur qũo beata maria potuit excellere omnes alios i ista mediocritate hũilis habitus cũ quocunq⁹ panno usa fuerit: potuerint ⁊ alie illo uti ⁊ indui. Rñdet Alber. q⁹ ſm pbum circa particularia ars mediũ determinare nescit. Descendentẽ. n. ad idi uidua plato iubet quiescere. Singularia. n. infinita sunt: nec eorum est disciplina. Sed i huiusmõi gĩa potentior est arte. Dicimus ergo q⁹ in hoc beata maria alios excessit in cultu vestiũ: q⁹ sup artez per unctionem spus sancti sciuit mediocritatez super omnes in huiusmodi obseruare. De humilitate nunc tacemus: que tanta fuit: ut deum de celis ad terram traxerit. Respexit humilitatẽ ⁊c. Aue ergo gĩa plena. s. uirtutum.

De gĩa septẽ donoruz que fuit in beata uirgine. Capituluz. XVIII.

Ave gratia plena gĩa. s. donoruz. vij. spus sancti: que dr gĩa septiformis: ſm illud qõ canit ecclesia. Tu septiformis munere. Et zacha. ait. iiij. ca. Exequabit gĩam gĩe: gĩam. s. donoruz gĩe uirtutũ. Tm. n. quis hz de donoꝝ perfectione q̃tum de perfectione uirtutum. Sĩa ãt donoruz realiter differt a gĩa sacramentali ⁊ uirtuali. Et ipsa ẽt dona differunt ad inuicem realiter. De quibus Isa.

xi.dñi. Requieſcet ſuper eũ ſps dñi:ſps ſapie ⁊ itel lectus. Sps conſilij ⁊ fortitudinis. Sps ſcie ⁊ pietatis:⁊ replebit eum ſps timoris dñi:ſine quibus donis nullus ſaluatur:Et faciunt hoiem de facili moueri ad opera excellentiora q̃ uirtutes iſuſe ex quodã ipetu ſps mouentis:ut feruentius ⁊ perfectius agat:que oia abundantiſſime fuerunt in beata maria. Et ió. Aue gĩa plena ſeptiformi. Sz uidetur q̃ in ea non fuerint. Nam dicit.b. Grego. in mora:q̃ ſapie opponitur iſipiẽtia. Intellectui ebetudo. Conſilio temeritas. Fortitudini precipitiũ. Timori remiſſio:ſcientie ignorantia. Pietati crudelitas. Uel ſic ſapie luxuria. Intellectui gula. Cõſilio auaricia. Fortitudini accidia:ſcientie ira. Pietati inuidia. Timori ſuperbia. Ex quibus pz q̃ i uiatoribus dona ſunt cũ permixtione ad ꝓtraria ⁊ cum pugna:ſed in beatiſſima maria nõ fuit pugna ad uicia cõtraria donis:ergo nõ hũit. Reſpõ deo q̃ oia hũit:ſed quaſi per modũ patrie.i. ſine pugna ⁊ ad alios uſus:ſed cũ merito.

Deſcendẽdo ãt ad .§.I.

citur operatio uirtutum: glo. idest miraculorum que sunt contra naturam idest contra solitū cursum nature. Et ista est differentia inter istam et p̄cedentem: quia precedens uidelicet gratia sanitatum: est circa ea ad que se extēdit etiaz uirtus naturalis scilicet sanatio ifirmitatuz. Sed ubi ꝑ naturam fit sanatio mediantibus medicinis et successiue per gratiam diuinam fit et subito. Sz operatio uirtutum est circa ea ad que non se extēdit potentia nature create: ut illuminatio cecorum: et resuscitatio mortuorum. Solem in celo fixum stare uel retrocedere: omnium autem uirtutum ⁊ miraculorum maximum est: deus hō: seu v̄buz caro de virgine factuz. Unde Hiere. xxxi. Nouū creabit dominus super terram. Femina circundabit uirum. Ista femina est beata maria: que circūdedit: non aliūde accepit nisi a spiritu sancto corpore formato ex purissimis sanguinibus eius: et subito perfecte organizato: anima tunc creata plena sapientia et omni gratia unde et uirum ei infusa ⁊ diuinitati unita est et omnia simul et instāti. Nouum est istud super omnes nouitates. Quis unquam audiuit talia? inquit Isaias ultimo ca. Certe nullus: nec in preteritum nec in futurū erit. Opus utiq; huiusmodi gratie uirtutum fuit: qd̄ factum est sub Ezechia: quando scilicet ad petitionem eius ī signum sue sanationis ⁊ remissionis culpe: sol reuersus est retro per decem lineas ī horologio Acham regis: ut habetur. iiij. Regū. xx. Sed opus uirtutum fuit istud: quod fuit umbra et figura: q̄ maius erit ipsa res figurata. Signum enim fuit datum in sanationem et remissionem peccati non unius: sed totius humani generis infirmi ad mortem: ꝙ quando sol iusticie filius altissimi retrocederet decem lineis: tunc sanaretur homo. Nouem linee sunt nouem ordines angelorum recti ante deum. Decima linea est humana natura. Reuersus est ergo quasi retro: quando paulominus angelis minoratus: quia mortalis factus: formam serui accipiens habitu est inuentus vt homo. Et sic in decima linea. Horologium ad cuius decimam lineam reuersus est sol: est beata Maria ex rege acham descendens: que in se habuit perfectionem omnium ordinum angeloruz ⁊ hominum. O quante uirtutis opus. Deus factus est homo: vt homo fieret deus: cecus illuminatus: mortuus suscitatus: infirmus sanatus per uirginem mariam. Cecos quoq; legimus eaz illuminasse corporaliter. Nam ut legitur: cuz quidā clericus ei ualde deuotus: qui arte scribendi uitā suam sustentaret: audiens et legens pluries d̄ pulchritudine et excellentia uirginis rogabat frequēter: ut semel ei se dignaretur ostendere. Cui reuelatum est: ꝙ tanta esset claritas eius: vt si uideret: uisum amitteret. Qui nimis affectuose hoc cupiens dixit se non curare de amissione oculorū: duz semel mereretur eam aspicere. Cogitauit tamen sibi in hoc prouidere: ne amissionis uisu oporteret eum mendicare: scribere non ualendo: statuēs uidelicet in mente sua cum ei appareret: unū oculorum clausum tenere: et altero eam aspicere: ut saltem clausus sibi remaneret illesus. Cum igitur super hoc anelanti quadam uice beata Maria sibi cum magna gloria appareret: et ille clausum unum oculum tenere inciperet: tantam pulchritudinem et magnificentiam in ea cum uno oculo aperto uidit: ꝙ non contentus uidisse uno oculo: nisi eam totis oculis uidisset. Etiam si

centum habuisset: aperuit subito ꝛ aliū: ut plenꝰ cōtēplaretur. Qui subito ex imēsitate lucis utro qꝫ oculo orbatus est. Nec tamen ex hoc contrista tus: sed mirabiliter consolatus ex huiusmodi uisi one. Rogauit tamen beatam mariam: ut saltem vnū restitueret: ut ex scriptura ōgere posset. Hac igitur fuit plena beata Maria.

Septima gratia .§. VII.

est discretio spirituum. Nolite: inquit Jo. i pri ma canonica sua omni spiritui credere. Sed pro bate spiritus utrū ex deo sint. Nam et ipse sathanas transfigurat se in angelum lucis: ut adoretur: vt patet in collatione secūda moisi per plura exē pla. Et sepe uicia se ingerūt: et uirtutes esse simulantur: siue per instigationem diaboli: siue sensualitatis siue mali hominis: ut decipiat. Sed p hāc gratiam discernuntur ista uera a falsis. Nam ut dicit apostolus. i. Corin. ij. Spiritualis omnia iudicat: idest discernit agenda a nō agendis: ꝛ simulata a ueris. Et quia beata maria fuit spiritualis super omnes: ideo sup omnes habuit discretionem spirituum. Sed et cum beatus Antonius in spiritu videns totum mundum plenum laqueis se inuicem cōnexis exclamasset. O quis euadet istos laqueos? Responsuz est ei. Sola humilitas. Beata uero maria super omnes uiatores puros fuit sine comperatione humilis. Jdeo ipsa p gratiam istam discretionis spirituum omnes decepti ones euasit. Proprium est spiritus nequam tentare de superbia spirituales. Sed nunquam beata Maria habuit stimulum superbie. Sic paulus Apostolus dicit. ij. Corin. ij. Nō ignoramus astutias eius scilicet diaboli. Cum ipsa sit plusquam paulus: multo magis ipsa nō ignorauit: sed discreuit: et nunquam ab eo decepta fuit: vnde ꝛ salutata insolito modo cogitabat qualis essz ista salutatio mente reuoluens: quia aliquando per laudes homo ōcipitur. Et ideo cogitabat et discernebat ne forte deciperetur. Sed recognoscens ueritatez intellexit non esse decipientem missum. Sed omnimodam ueritatem explicantez. Unde Aue gratia plena discretionis spirituum.

Octaua gratia .§. VIII.

est genus uarium linguarum. Loqui scilicet scire et intelligere idiomata uaria: que quidem non dicit per industriam: sed accepit a deo per gratiā. Jdeo spiritus sanctus in pentecoste fuit datus in specie lingue ignite. Juxta illud Actuum. ij. Apparuerunt illis dispartite lingue tanquam ignis: ad inueniendum qꝫ acceperant donum linguarū idest loqui ad placitum suum in uarijs idiomatibus: hebraico: greco: latino: gallico: theutonico: italico et huiusmodi. Et quia beata Maria fuit cum apostolis orans: quando receperunt spiritū sanctum: credendum est qꝫ et hoc donum recepe rit cum eis. Quanuis non esset ꝓputata a deo ad discurrendum per mundum ad predicandum si cut apostoli: tamen ut nil boni spiritualis et gratie ei subtrahatur: decebit eam hac non priuari. Sic nec filius eius quanuis non egeret habere donum linguarum: quia non predicauit nisi iudeis dicens. Non sum missus nisi ad oues israel: nō tamen hoc caruit secundum beatum Thomam in summa. Nec frustra ipsum habuit: quāuis eo nō sit vsus: sed ad excellentiam eius. Preterea ipsa beata maria etsi non predicaret: uerisimiliter tamen credendum est: quanuis non scriptum sit: qꝫ multi ex conuersis ad fidem de diuersis nationibus et linguis audientes matrem iesu: deum et hominem post aduentum spiritus sancti accedebant ad eam uisitandam: venerandam: audiēdā. Quibus cum plena esset charitate: nec in loquela posset errare: loquebatur: consolabatur: respōdebat: instruebat uarijs idiomatibus: in quibus illi nutriti et edocti erant. Aue igitur et hac gratia plena.

Nona gracia dici. §. IX.

tur interptatio sermonum. i. expositio scripturarum: nō p exercitium habita ex lectionibꝰ doctorum exponentiuz: sed p ifusionē spūs sancti quā habuerunt apli: vt patet in petro ex epistola sua. Hanc gratiam habuisse beatam mariam patet ex hoc: quia dicit amos ppheta. c. iij. Non faciet dominus verbum quod non reuelet seruis suis. Sed beata maria super oīs fuit ancilla dñi qui immo mater domini. Unde multomagis credendum est qꝫ ei reuelata fuerūt occulta misteria scripturarum. Habuit quoqz ꝛ dignitatē aplat. Nam etsi non fuit de numero. xij. aplorz a xpo ō putatoꝝ: ad predicandum: instruendū: ꝛ regēdū ecclesiam dei: fuit tamē magza eorum. Et ideo dr Luce. ij quod maria conseruabat omnia verba hec: vt. s. tpe suo instrueret apostolos et euangelistas de multis: vt de gestis in suo conceptu et partu: et infantia saluatoris que illi non viderant.

Preterea si Joannes baptista dicit. Ego sum uox clamantis in deserto. Joan. i. quasi dicat: nō tantum predico voce: sed totus sum vox exultationis: ita qꝫ omnia mea uita: victus: uestitus: et locus predicant penitentiam. Ita beatissime uirgini omnia predicant innocentiam. Si ergo Joannes habet donum et gratiam predicationis: quia est uox clamantis in deserto: multo magis beata Maria habet hoc donum apostolatus: quia est uox clamantis in celo. Proprietas apostolorū isti nuata a christo est. Uos estis lux mūdi. Mat. v. Sed multo magis beata maria cuius uita iclyta

vt canit ecclesia: cunctas illustrat ecclesias. Pauit etiam: et pascit ecclesiam continue benedicto fructu uteri sui: pane angelorum in ipsa formato in sacramēto altaris nobis ministrato: ut pastor bonus. Concludit igitur Alber. ubi supra: ꝙ uniuersitatem gratiaruz gratuitarū ⁊ gratis datarū omnifariam habuit. Quanuis enim iste gratie p̄cipue gratis date communiter dētur ad utilitatē animarū et sui profectum: beate tamen marie fuerunt collate: ⁊ si nō habuerit ministeriuz in ecclesia vt apostoli ad decorāduz potentiam: ad nobilitandū naturam: ad honorandum personam suam: et sic ad perfectionis ⁊ delectationis augmentum in materiam laudis et omnium bonorū spiritualium complementū. Juxta illud Sapientie ij. Uenerunt mihi omnia bona pariter cum illa scilicet sapientia diuina: quam alij ꝯcipiunt mentaliter: ipsa etiam corporaliter. Et ideo Aue gratia plena.

De gratia priuilegiorum singulariū beate marie. Capitulū. xx.

Ue gratia plena.

Hic demum uidendum est de gratijs singularibus seu priuilegiis que non reperiuntur in aliquo sanctorum. Quodlibet enim beneficiū alteri collatum gratis dici consueuit gratia: et tanto maiō quanto magis singularis. Unde et Ecclesiastici dicitur. Gratiam fideiussionis ne obliuiscaris: id est beneficiuz. Et regula iuris in sexto. Quod alicui gratiose conceditur: non debet ab alijs trahi in exemplum. Sunt autem duodecim gratie seu priuilegia propria beate uirginis nemini communicata: que designantur per duodecim stellas corone mulieris: de qua dicitur Apoca. xij. Mulier amicta sole ⁊ luna sub pedibus eius. Et in capite eius corona stellarum duodecim. Mulier est hec beata maria: ut dicit beatus Bernardus ī sermone. Ubi de ea possunt notari tria ostendentia magnificentiam eius.

Premium sublimissimum: quia amicta sole.

Meritum excellentissimum: quia luna sub pedibus eius.

Priuilegium copiosissimum: quia in capite ei⁹ corona stellarum. xij.

De premio nota .§.I.

ꝙ sancti comparantur stellis: quarum una est lucidior altera. Sic et sancti unus gloriosior altero. Et hoc est quod ait apostolus. i. Corin. xv. Stella differt a stella in claritate. Sic erit ⁊ resurrectō mortuorum: quia erit et manifestabitur cunctis unus splendidior altero. Omnes tamen stelle lumen recipiunt a sole. Sic omnes sancti lumen glorie recipiunt a christo: qui est sol iustitie. De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam ꝓ gratia. Joan. i. id est gratiam consumatam glorie: ꝓ gratia gratum faciente in presenti habita. Sz mulier ista beata maria: quanuis et ipsa stella maris illustretur a sole: non tamen hic dicitur illuminata a sole: sed vestita ipso sole: ut ostendatur p̄miū eius excellentissimum: ut sicut nihil propinquius ⁊ coniunctius corpori q̄ uestitus eius: ita nil propinquius glorie christi q̄ gloria et premiuz beate marie: ⁊ apte: ut sicut ipsa uestiuit solem ipsum ī mundo dei filiū carne sua secundū illud Ezechi. Solem nube tegam: sic ipse eam in celo uestiat sole excessiue glorie: ut dicere de ea ualeat illud. Te mecum assumam: et regnabis mecū.

Merituz excel .§.II.

lentissimum innuitur cuz subditur. Luna sub pedibus eius. Luna in quantuz uariabilis significat mundum: in quantum eclipsiz sepe patitur significat defectum: in quātum lucens illuminata a sole: significat ecclesiaz. Et ex oībus his significationibus ostenditur meritum beate marie. Nam in quantum significat munduz luna propter sue lucis uarietatem: quia quandoqz plena: quandoqz media: quandoqz uacua. Sic aliqui in mundo aliquando habent plenam prosperitatem: aliquādo medio modo: aliquando ea nudati: secunduz hoc luna fuit in mundo sub pedibus eius per contentum perfectissimum mundi sub pedibus affectus erat: ut nihil esset quod mundanus uiolaret affectus: quod de nullo sanctorum dici potest. In quantum significat defectum: sic luna sub pedib⁹ eius: quia omnis defectus sub ea est: ut inquit beatus Hieronymus. Sola sine peccato actuali etiam ueniali ut declarabitur. Nam cuz esset plena gratia: et veniale non sit ubi gratia: id est ꝙ ab ea non procedit: sed preter eam. Si esset ibi ueniale: ibi esset aliquid uacuum a gratia: et sic non plena gratia. Unde et beatus Augustinus. Cum de peccatis agitur: nullaz de ea prorsus uolo haberi mētionem: propter honorez domini cuius mater fuit. In quantum significat ecclesiam. Juxta illud prophete. Eleuatus est: et luna et luna stetit in ordine suo: id est ecclesia ordinata ab apostolis post eleuationem solis per ascensionem. Et secundum hoc tantum fuit meritum uirginis: ut ecclesia sit sub pedibus eius: sub protectiōe eius et dominio. Unde ipsa ait Ecclesiastici. xxiiij. In hierusalem potestas mea: idest in ecclesia: vnde ecclesia ad ipsaz orat. Sancta maria succurre miseris: iuua pusillanimes: refoue flebiles: ora pro pplo: intueni ꝓclero: intercede ꝓ deuoto femineo sexu. Sētiāt oēs tuū iuuamen. Cum. n. nunq̄ peccaret: nec ociosa esset: iz sēp oparetur cum maxima charitate: ⁊ in

quolibet actu mereretur ualde. Ex hoc ostēditur immensum meritum eius: ut ipso merito et preci b' ecclesia ꝓtegatur ab ea: ⁊ sic plena gratia. Unde opus nostrum habet ꝙ sit meritozium: et tanto plus quanto cum maiozi gratia.

Priuilegium .§.III.

copiosissimum eius non unum: sed multiplex: ex eo quod dicitur in cozona capitis eius habere duodecim stellas: que sunt duodecim priuilegia: seu gratie singulares eius excellentie: que cozona dicitur. Et diuersi diuersimode assignant ista duodecim. Sed Albert' ubi supza sic.

Quia nunquā peccato maculatur.
Quia nec peccare potuisse insinuatur.
Qz in quolibet opere meruisse mōstratur.
Qz sūma puritas in ea expzessatur.
Qz uirgo uirginum esse dicatur.
Qz mater dei uere nuncupatur.
Qz mater omniū predicatur.
Qz mater simul et uirgo decātatur.
Qz porta celi declarat.
Qz passio xpi ei soli cōicatur.
Qz super omnes creaturas exaltatur.
Qz regina misericordie laudatur.

Et hec sic de .§.IIII.

clarat Albertus ibi. Qz nunquam peccauerit: patet ex illo uerbo Canti. iiij. Tota pulchra es scilicet in anima et cozpoze. Et macula scilicet peccati non est in te. Et si dicatur. Qui totum dicit: nihil excludit. Sed Jaco. iij. dicitur. In multis offendimus omnes. Et. i. Joan. i. scribitur. Sanguis eius emundabit consciētias nostras ab omni peccato: glo. ibi. Non tamen debemus putare quādiu uiuimus omnino posse a peccatis mundari: ita itelligitur quin in aliqua incidamus saltem venialia. Quis enim potest dicere: mundum est cozmeum: purus sum a peccato: inquit Salomon proverbio. xx. Sed ut dicit regula iuris in. vi. Generi per speciem derogatur. Per speciale enim priuilegium concessum beate Marie quo ad ipsam derogatur illi regule generali: ꝙ omnes peccauerūt ad Roma. iij. quod declarat beatus Augustinus in lib. de natura et gratia dicens. Si omnes sancti et sancte dum hic uiuerent interrogati fuissent utrum peccatum haberēt: omnes una uoce respōderent id quod Joannes de se ⁊ socijs dicit. Si dixerimus: quia peccatum non habemus: ipsi nos seducimus: et ueritas in nobis non est: excepta sancta uirgine Maria. Inde scimus ei plus gratie fuisse collatum ad uincendum ex omni parte peccatum: que concipere et parere eum meruit: quem constat nullum habuisse peccatum. Est igitur h' priuilegium soli ei collatum respectu omnium uiatozum. Nam etsi angeli boni nunquam peccauerunt: nō computantur ipsi in numero uiatozum. Quod autem dicit Criso. super illud Jo. ij. Quid mihi et tibi est mulier: ꝙ aliqd humani passa est: tunc. b. maria quasi propter uanitatē voluerit xpm inducere ad faciendum miraculum: ⁊ iō xps sic dure uidetur sibi locutus: cōcedit simpliciter Alber. primam partē. s. ꝙ aliquid humani passa sit ut homo. s. cōpatiens hominibus i defectu uini. Sed ꝙ aliquid passa sit uel egerit uani per oia falsū et contra Aug. Unde per excessū locutus est Criso. Uel forte ꝛm opinio. astantiuz dixit quasi illi hoc extimarent. Ideo āt nō ponitur priuilegiuz eius: ꝙ fuit sine originali concepta: qz istud erat impossibile: nisi conciperetur ō uirgie: ⁊ sic mater sua esset uirgo. Et sic non esset priuilegium marie: ꝙ esset simul mater ⁊ uirgo: ut dicētur: qz ⁊ mater sua hoc habuisset. Priuilegiuz ergo xpi solius fuit concipi sine originali.

Secundum pri .§. V.

uilegiū gze singularis fuit ipossibilitas peccandi i ea. Unde. b. Ber. in sermone de natiuitate. Ego puto ꝙ copiosioz gratia sanctificationis in ea descenderit ꝙ in alijs in utero sanctificatis: que totam uitam eius immunem ab omni peccato efficeret: quod nemini in natis mulierum credimus esse donatum. Tanta igitur gratia ei ifusa est: ꝙ peccare non poterat. Sed cum damasce. dicat: ꝙ omne creabile est uertibile secundum esse ⁊ secundū electionē. Scōm esse ut cozpoza lia: ꝛm electionē ut rōnalia. Sed beata uirgo fuit composita ex utroqz: ergo uidetur fuisse uertibilis utroqz mō: vnde ⁊ ad peccatum. Insuper gliosius hētur: qō ex uictoria habetur ꝙ sine uictoria. Sed ubi nō ē pugna non dicitur esse victoria. In beata autez maria fuit nulla pugna fuit ergo et nulla victoria In beata maria fuit suūma gloria: ergo et victoria: ergo et pugna Igitur videtur potuisse peccare. In laudem quoqz sanctozum cantat. Qui potuit transgredi et non est transgressus: facere mala et non fecit. Uidetur ergo maxime et hoc ei conuenire: que ē omni laude dignissima. Sed secundum rei veritatem ipsa sola inter viatozes peccare non potuit. Inter posse enim peccare: et posse mereri: et non posse peccare: et nō posse mereri medium est non posse peccare ⁊ posse mereri. Sed primus status est conprehensozum: qui non potest peccare nec mereri. Secundus est viatozum communiter qui potest et peccare et mereri. Medi' ḡ stat' cōuēit. b. marie q̄ fuit simplicit' viatrix secūdū q̄d cōprehēsoz: vnde ipsa potuit mereri sed non peccare: quod pertinet ad statū medium. Sciendū tn secūdū Alber. ꝙ nō peccare per se sequtur naturā iuertibilem. Et hoc mō deus

trinitas dicitur non posse peccare: Beatus Hiero nymus. Deus solus oipotens dr: q̃ cũ oia possit: peccare non põt: de pe. di. ÿ. c. ulti. Secundo mõ dicitur non posse peccare: quod habet unionem personalem cum natura iuertibili. Et hoc modo christus homo peccare non potuit. Unde Dama sce. dicit: q̃ impeccabilis erat dominus iesus. Ter tio modo dicitur non posse peccare: quod habet coniunctionem uel conuersionem totalem ad na turam inuertibilem per medium quod est de sui natura inseparabile: vt est habitus glorie. Et sic sancti in patria non possunt peccare. ps. Confor tauit id est roborauit seras portarum tuarum sci licet superne hierusalem: vt nullus possit exire sci licet peccando. Quarto modo dicitur non posse peccare: quod habet coniunctionem ad naturam inuertibilem per medium: quod ꝛ si de sui natura in se quidem est separabile: sed tamen omnino est separatum a contrario repugnante uel resistente uel impediente: ꝛ propterea in suo summo est in separabile: ut est plenitudo gratie: que fuit in bea ta Maria. Et ex hoc peccare non potuit. Unde ꝛ beatus Bernardus de Joseph dicit: q̃ credebat potius uirginem posse parere: q̃ Mariam posse peccare. Et ex his patet respõsio ad obiecta. Pu gnam autem habuit ꝛ si non ab intra extincto in ea fomite: tamen ab extra per tribulationes: unõ ꝛ uictoriam.

Tertius priuilegi. §. VI.

us est in quolibet opere suo meruisse. Hortamur uos ait apostolus. ÿ. Corin. vi. ne in uacuum gra tiam dei recipiatis. Dat deus gratiam: vt operan do secundum eam acquirat sibi merita uite eter ne. Qui igitur non operatur cum potest: in uacu um ꝛ frustra gratiam recepit. Quanuis autez sã cti in multis ꝛ per multa bona opa se exercuerint in gratia: nullus tamen fuit: qui semper in omni opere suo secutus fuerit instinctum gratie: ut sic semper meruerit in operibus suis. Sed hoc fuit priuilegium singularis gratie in beata uirgie Ma ria. Notandum igitur secundum Albertus q̃ beata Maria quolibet motu liberi arbitrÿ ad a gendum vel patiendum merebatur: Unde nõ me rebatur motibus naturalibus in quantum natu ralibus: vt oscitando digerendo et huiusmõi: q̃ ibi non concurrit liberum arbitrium sed mereba tur motibus naturalibus gratia informitatis un de ꝛ motibus liberi arbitrÿ gratuitis ubi liberũ arbitrium ꝛ gratia operabatur. Sed liberum ar bitrium ut iumentus: gratia ut sessor secundum Anſ. Unde ꝛ apostolus. i. Corin. xv. Non autem ego sed gratia dei mecum scilicet operatur. Et sic merebatur quolibet motu quo contingit mereri in agendo. In passionibus autem in quantum ip se passiones ab extrinseco inferuntur: vt iniurie: vel necessario contrahunt ex natura: ut tristicia: timor et huiusmodi homo non meretur: sed in quantum uoluntas rationalis informata gratia ad illa in sufferentiam propria libertate inclinat: sic meretur eis. Juxta illud. ÿ. ad Thi. Si sustine bimus et conregnabimus. Et sic beata Maria in actionibus et passionibus ex libero arbitrio pro cedentibus: vel eo concurrente in eis semper me rebatur. Et ad hoc facit triplex ratio. Prima est: quia secundum philosophum. Intellectus sẽ per rectus est: nisi quando se immiscet fantasticis ꝛ deducitur ab eis. Sed intellectus beate Marie nunquam se immiscuit fantasÿs: ut deduceretur ab eis: ꝛ sic semper rectus fuit. Sed rectuz dicitur cuius medium non exÿt ab extremis. Ergo sem per mens eius in summum bonum principium ꝛ finem omnium. Secunda ratio. Ubicunq; ratio non potest in discernendo errare: et uoluntas: nũ q̃ potest elígere multa: sed eligit ultimum ꝛ opti mum. Sed utrunq; horum fuit in beata Maria Luce. x. Maria optimam partem elegit: scilicet unum quod est semper absolute necessarium sci licet summum bonum: et sic semper meruit. Ter tia ratio. dicit apostolus primo Cori. x. Siue mã ducatis: siue bibitis: siue quid aliud facitis: omnia in gloriam dei facite. Frustra hoc preciperetur: cõ suleretur: uel moneretur: si nullus obseruaret. Sz nullus aliorum uiatorum hoc semper seruauit. Oportet ergo aliquem inuenire: qui hoc fecerit: alias frustra. Et ista fuit beata Maria. Unde Odilio in sermone. Unum pro certo scimus: q̃a omnis Marie actio semper intenta fuit in domi no. Nec tamen ex hoc equabitur ipsa christo qui improportionabili charitate hec faciebat: et sine sui indigentia.

Quartum priuile. §. VII.

gium est puritas in ea in summo. Ad quod facit quod ait ei angelus: scilicet. Inueniſti gratiã apũ deum: gratiam puritatis apud deum: id est sum mam post deum. Dicit enim Anſ. q̃ ea puritate decuit: vt niteret: qua maior sub deo nequeat in ueniri. Nam si maior in filio suo: hic est deus. Et ad hoc facit quod dicitur prouerbio. xxv. Auser rubiginem de argento: et egredietur uas puriſſi mum. Argentum preciosius metallum ceteris post aurum significat beatam Mariam: albam puritate: et preciosiorem perfectione cunctis sanctis post christum. De quo dicitur Cantic. v. Ca put eius aurum optimum. Rubigo fuit peccatuz originale: quo ablato per sanctificationem in ute ro est effecta uas puriſſimum. Christus qui dem habuit puritatem: ita q̃ nullo modo uel vn quam habuit in se originale. Omnes baptizati uel sanctificati in utero: habent puritatem ab

oriḡinali scilicet in puritate liberati: quod quidez habuerunt quo ad culpam: a qua mundati habent adhuc originale quo ad fomitem. Virgo autem Maria habuit puritatem ab originali: non quia non contraxerit illud: sed mundata ita est ꝙ nullo mō remānsit i ea aliq̄d pene ei⁹ id est fomes: immo extinctus fuit. Et sic maior est puritas eius post deum hominem quo scilicet ad contrahētes originale. Naz angeli non contrahunt originale.

Notandum tamē ꝙ puritas secundū Alber. non tantū dicitur per recessū ab impuro: sed etiā per approximationem ꝛ accessū ad sūme puruz. Pro cuius declaratione sciēdū ꝙ puritas vt videtur sequitur naturā luminis ꝛ luminosi: ut quod plus participat de natura lucis plus habeat puritatis: vt summa lux vel sūme luminosum summe sit lucidum ꝛ purum. Et ubi magis proprie ꝛ uere est proprietas lucis: ibi etiā magis uere ꝛ ꝓprietas puritatis. Unde cū sit lux corporalis ꝛ lux spiritualis: ut dicit beatus Augustinus super Heñ. ad litterā: magꝭ ꝓpe dicitur lux: spiritualis lux ꝙ corporalis. Erit ergo ꝛ puritas cōporalis: ꝛ puritas spiritualis. Sed maior puritas corporalis ē secundum maiorem conuenientiam ad summaz lucem corporalem. Et sic aqua purior est terra: ꝛ aer ꝙ aqua: ꝛ ignis ꝙ aer: firmamentuz ꝙ ignis: celū aqueū ꝙ firmamentum: celū empireum ꝙ a queū. Et illud patet ad sensum. Similiter maior puritas spiritualis est secundū maiorem conuenientiam ad summam lucem spiritualem: que deꝰ est: quia lux est in tenebris: in quo tenebre nō sūt ulle. Secundum hoc ergo purior erit anima sensibilis ꝙ uegetatiua: rationalis ꝙ sensibilis: ãgelica ꝙ rationalis humana secudum naturam. Secundum gratiam autem que est quasi lumen creatuz procedens a luce increata: ubi est maior participatio gratie: ibi maior appropiquatio ad primaz lucem. Ergo ubi gratia in summo: ibi approꝑquatio in summo et puritas in summo. Sed in beata Maria respectu omnium creaturarum aliarum non unitarum fuit gratia in sūmo: ergo ꝛ appropinquatio: ꝛ inde puritas in summo. Itez apostolus ait. i. Thi. i. Charitas de corde puro scilicet ē. Ubi ergo maior charitas: ibi maior puritas. Sz charitas in beata Maria in summo: ergo ꝛ puritas in summo. Petrus etiam dicit in actibus apostolorum. xv. c. Fide purificans corda eorum. Et loquitur de fide formata per charitatē. Sed beata Maria habuit fidez in summo: ergo ꝛ puritatem. Nec obstat huic conclusioni ꝙ puritas beate etiaz in statu uie fuit maior omnium sub deo. Unde ꝛ angelorum ꝛ beatorum hoc ꝙ sua puritas non plene apprehenderet per speciem lucez in creatam ut beati. Naz hoc ideo erat: quia maior lux gratie in subiecto passibili coniuncto corpori ꝛ passibili ꝛ grosso beate marie: minus immutat ꝛ mouet actualiter ꝙ maiō lux gratie in subiecto impassibili et glorioso. Et hoc apparet per exemplum a simili. Uidemus ꝙ quandoqz maior lux minus illuminat: ꝛ minor lux magis illuminat ꝓ coniunctionem cum aere obscuro uel claro. Unde quandoqz luna tantum illuminat in nocte uel magis in aere sereno: quantum uel ꝙ sol in die in aere obscuro ꝛ obnubilato: ꝛ tamen impropꝛtionabiliter maior est lux solis ꝙ lune. Sic ꝛ beata Maria: ꝛsi non ita actualiter continue uideret deum summam lucem per speciem ut sancti: propter obstantiam corporis passibilis sui: tamen habebat maiorem gratie habitum ꝛ substantiam ꝙ ipsi: vnde ꝛ magis proxima luci eterne: ꝛ inde magis omnibus pura. Hec igitur puritas: inquit Albertus: nihil aliud est ꝙ peccati oꝛigtnalis deletio: fomitis extinctio: gratuitarum perfectionuz vltimatio. Et sic in beata virgine ꝟ statuz uie fuit gratia dei fortius ꝛ magis ꝙ in angelis: quantū scilicet ad substantiam non quantum ad actum: qui est operatio: ꝛ sic puritas in summo. Sed ad hanc puritatem summam quattuor gradib⁹ ascēdit. Primo enim purificata fuit per sanctificationem in utero. Secundo in uirtutuz exercitatiōe. Tertio in spiritus sancti superuētione. Quarto ī filij ꝓceptiōe. In ꝑmo ē pfectio gr̄arū sacialium. In ꝛo ē pfectio v̄tutū. In tertio est perfectio donorum. In quarto perfectio fructuum ꝛ beatitudinum. De prima dicitur Cāti. iiij. Tota pulchra es amica mea. Libera scilicet ab originali. Tota pulchra es a mortali exempta. Macula non est īte scilicet uenialis. De secundo in figuram eius dicitur de Hester: ꝙ erat formosa ualde incredibili pulchritudine: ꝛ omnium oculis gratiosa ꝛ amabilis. Formosa scilicet in opere per charitatem: q̄ est forma uirtutum. Incredibili pulchritudine: in corpore per uirginitatis insolitam castitatem. Et omnium oculis gratiosa per cordis humilitatez: quia respexit humilitatem ancille sue. Et de pulchritudine Sapiētie. iiij. O ꝙ pulchra ē casta generatio cum claritate et cetera. De. iij. ps. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus: deus ī medio eius non commouebitur. Et Luc. i. Spiritus superueniet in te et cetera. De. iiij. Ezechiel. xliij. Maiestas domini ingressa est templum ad uiam porte: que respicit ad orientem. Et postea sequit. Et repleta est gloria domus domini. Ad Hebre. ultimo. Adeamus cuz fiducia ad tronum gratie eius: ut inueniamus auxilium in tempore opportuno. Et sic patet priuilegium quaztum de puritate in summo.

Quintum priui .§. VIII.

legium gratie est: quia simul ē mater ꝛ uirgo. Unde Hieremias. Inuenit ꝑplis gratiam in deserto:

gratiam scilicet singularis maternitatis producē tis eum qui nobis attulit gratiam ⁊ ueritatē. In deserto id est beata Maria derelicta a peccato: ō relicta a parentibus in templo: derelicta a quoli bet uiro ⁊ incognita: per quam non pertransiuit homo: sed mater esset ⁊ uirgo. Mater inuiolata: mater icorrupta: mater intacta. Quis unq̄ audi uit talia: inquit isaias. c. vlti. ut mater esset: ⁊ itac ta generaret: q. d. nullus. Si queris ait beat⁹ Am brosius nature ordinem. Femina mixta uiro gene rare consueuit. Liquet autem q̄ preter nature or dinem sit christus natus ex virgine: de consecra. di. ij. Reuera. Decuit autem q̄ talis mater esset ⁊ uirgo: quod est ei priuilegium singulare. Homo enim est dignissima creaturarum: ergo generatio hominis est nobilissimus effectus generalis. Gene ratio autem nobilissimi cuiusdam hominis est ef fectus hominis specialis. Sed nobilissimus effec tus non est nisi nobilissime substantie: iuxta illud Luce. vi. Ex fructu arbor cognoscitur: ergo gene ratio nobilissimi hominis erit effectus nobilissi mus nobilissime uel nobilissimi hominis generā tis. Sed vnus ē solus homo nobilissimus scilicet christus: ergo uni soli conuenit esse matrem illi⁹: ergo huius maternitas est priuilegium unius soli us. Item effectus huius generationis fuit per fectus in summo: ergo ⁊ generatio perfecta in sū mo. Sed perfectior est generatio: ubi un⁹ de uno q̄ ubi unus ex duobus: ergo in ista generatiōe de buit esse unus ō una: ergo illa fuit mater ⁊ uirgo. Item ad perfectissimam generationem secunduz naturam sequitur perfectissima maternitas. Sed perfectior est maternitas cuz incorruptione q̄ cū corruptione: ergo decuit: ut in tali generatione es set simul mater et uirgo secundum illud Isa. vij. Ecce concipiet ⁊ pariet filium scilicet permanens uirgo. Item quicquid est in arte exemplari diuio totum debet esse declaratum et exemplatuz i exē plo creato. Sed generatio est in diuinis: ergo ali quod exemplum debet habere in natura. Sz ibi unus de uno: pater de filio sine diuisione corrup tione: et commixtione: ergo et hic in generatione christi unus de una sine corruptione ⁊ commixti one: ergo ipsa mater ⁊ uirgo. Priuilegium est igitur solummodo beate marie: q̄ sit mater ⁊ uir go. Nec sua maternitas aut uirginitas fuit indif ferēs sicut potest esse in alijs: sed utrūq̄ fuit meri torium. Eius enim perfectissima uirginitas fuit p fectissima itegritas cordis ⁊ corporis ex radice sū me charitat⁹. Eiusq̄ maternitas fuit sibi meritū: quia ipsa de congruo meruit fieri mater dei: me rito sue fidei: spei: ⁊ charitatis: ac pfectissime hu militatis. Or si obijciatur istud priuilegium non sibi soli conuenire sed ecclesie ⁊ plante. Nam dici tur ecclesia mater ⁊ uirgo. Etsi dicatur: q̄ mater ⁊ uirgo ecclesia dicitur spiritualiter non naturali ter. Tunc sic. Maternitas ⁊ uirginitas spiritua lis est perfectior et nobilior maternitate ⁊ uirgini tate corporali: ergo uerius et perfectius dicitur ec clesia mater ⁊ uirgo q̄ beata Maria. Respōdeo q̄ ecclesia non habet in omnibus membris itegri tatem carnis. Et in nullo habet integritatem car nis ⁊ cordis: cum summa fecunditate spiritus et corporis: excepta perfectissima uirginitate et fecū ditate beate Marie. Sed illam spiritualem fecū ditatem ⁊ uirginitatem quam habet ecclesia i ali is membris habet in se et beata Maria excellen tissime communem cum alijs: ⁊ in super istam p uilegiatam singularitatem. De plantis dicit phi losophus: q̄ est in eis sexus. Est enim planta ma sculina: et planta feminina: ⁊ tamen planta gene rat plantam sine corruptione ⁊ commixtione: er go ibi est mater et uirgo: ⁊ non soluz Maria. Re spondeo q̄ planta dici posset suo modo habere uirginitatem ⁊ fecunditatem seu maternitatem: si simul haberet si simul virorem florum cuz par te fructificationis: quod non contingit: ut dicere posset flores mei fructus sicut amigdaluz que uir ginis matris figura fuit. Hoc etiaz in figura nota tur. Gen. xiij. ubi dicitur Abrahe. In quarta ge neratione reuertentur huc scilicet ad terram pro missiōis seminis Abrahe promissaz. Quattu or sunt modi generationis hūane secundū Anſ. nec est inuenire alium modum. Primus fuit sine femina ⁊ masculo: vt adam factus a deo. Secun dus fuit sine femina ex uiro: ut eua ex costa ade. Tertius est ex muliere ⁊ masculo: vt est commu nis omnium naturalis generatio. Restabat quar tus modus scilicet ex femina sine uiro. Et hoc est uirginis Marie soluz: vnde mater ⁊ uirgo: quod est singulare priuilegium. Et per hanc generatio nem quartam filij abrahe. i. ueri fideles reuerten tur ad terram fluentem melle ⁊ lacte promissam eis. i. uitam eternam abundantem dulcedine dile ctionis ⁊ lacte puritatis.

Sextum priuilegi .§.IX.

um gratie est: q̄ est mater dei. Origen. super illō. Cum esset despōsata mater eius Mat. i. Mater unigeniti dei. Mater creatoris ⁊ plasmatoris om nium. Mater eius qui est in celis sine matre: i ter ris sine patre: Et hoc est singularissimum omniū priuilegiorum eius. Figuratum Dan. xiij. in Da niele existente in lacu leonum: cui missus est Aba cuch ministerio angelo de iuda in babiloniam cū prādio bono: q̄ abacuch intrauit et exiuit ad Da nielē clauso hostio. Nec daniel i aliquo fuit lesus a leonib⁹ septē qui deuorabāt alios. Daniel. n. q̄ i terp̄tat⁹ cā dei: castissim⁹: sapiētissim⁹: contempla tioni deditus significat uirginē mariā totam uiri lem: nil femineum in moribus hūitem: castissimā:

sapientissimam: ⁊ contemplatiuam: que bene dicit cā dei: quia mater dei. Mater. n. est cā ⁊ origo filij: cuius filius deus est. Abacuch interpretatur luctator fortis: ⁊ significat iesum qui luctaz gessit cum diabolo non inanem. Hic cuz prandio bono diuinitatis angelos ⁊ hoīes reficientis ad danielē id est ad uirginem missus est id est incarnatus ex ea angelo nunciante. De iudea que īterpretat confessio missus est in babiloniam: que interpretatur confusio: quia de celo ubi est confessio diuine laudis: in mundum plenum confusione errorum et peccatorum. Intrante autē ⁊ egrediente abacuch claustra non reserata fuerūt: quia aluus tumescit virginis: claustra pudoris permanent etiam ipsuz parienti. Leones septem qui circueunt querentes quem deuorent: vniuersitas sunt demonuz: ꝺ septem uicijs capitalibus tentantes: qui in nullo potuerunt virginem matrem ledere. Sed alios ꝺuorabant homines et bestias id est iudeos et gētiles.

Ubi etiam notandum secundum Albertum: ꝙ non potest intelligi maior gratia pure creature participari ꝙ̄ esse matrem dei. Maior enim est ꝙ̄ filius adoptiuus per gratiam: uel angelus uel frater dei. Et ratio primi est: quia inter matrem et filium est coniunctio substantialis. Inter patrem ⁊ filium adoptiuum est participatio accidentalis: ergo magis est esse matrem dei per naturam ꝙ̄ eē filium dei per adoptionem: quia perfectior coniūctio substantialis ꝙ̄ accidentalis. Propter̄ea quod claudit alterum in se: plus est ⁊ magis eligendum ꝙ̄ illud quod non claudit. Sed esse matrez domini secundum naturam claudit in se esse filium adoptiuum per gratiam necessario: quia aliter non fieret mater: ergo plus est esse matrem ꝙ̄ filiuz adoptiuum. De angelo sic probat ad quod sequitur maius bonum: illud est plus eligendum. Sed ad esse matrem dei sequitur maius bonum ꝙ̄ esse angelum. Naz ex maternitate tali efficitur domina omnium angelorum. Etsi angelus secundum naturam sit nobilior ⁊ perfectior homine: tamen secundum gratiaz que potior est natura: potest esse perfectiō: sicut est in beata matre dei. De fr̄e sic probat. Cā in quantū cā est dignior effectu ī ꝙ̄tum effectus. Dignius est ergo esse cām boni ꝙ̄ cō causatuz bono. Sed mater dei est cā ⁊ origo dei. secundū illud qꝺ natū est. Frater āt dei non est cā ⁊ origo dei. sed causatus ab eadē origīe: ergo plus est esse matrem dei ꝙ̄ fratrem dei. In cuius etiam signum est ꝙ dn̄s dedit preceptum de honorādo patrem ⁊ matrem: non autem de honorando fratres: quia quid maius est mater ꝙ̄ frater? Itez cum maius ⁊ dignius sit esse patrem ꝙ̄ matrem: si aliqua pura creatura esset pater dei secundum humanitatem: uidetur tunc plus esse secundū eē hominem patrem esse dei ꝙ̄ matrem dei: ergo eē matrem dei non est maximum priuilegiuz: quod possit communicari pure creature. Ad hoc respōdet Alber. ꝙ hoc esse nō pōt: ⁊ multa indecentia sequerentur. Dicit. n. ph̄us: ꝙ masculus est qui generat in alio. Ergo ille qui essz pater dei: aut generaret in alio: aut in se ipso. Si in alio: ergo due essent: unus generans in alio: ⁊ unus uel una generans ab alio seu altero: ergo ibi esset masculus et femīa. Si āt pr̄ generaret ī se ip̄o: ꝯ nec essz masculus nec essz pr̄. Itē non esset rō tunc q̄re magis diceretur pater ꝙ̄ mater. Item cum non sit in uiro locus conceptionis: formationis: ⁊ nutritiōis. Et si fieret subita formatio: non esset generatio. Itez cum sit ibi organum partus indifferens esset ratio virginitatis: ⁊ sic non esset filius uirginis: nec esset pater nec mater. Itez sic esset exclusus sexus femineus ab incarnatione. Non enim incarnatum esset femina: nec incarnatus esset ex femīa. Et sic patet ꝙ maior gratia pure creature concedi non potest: ꝙ̄ esse matrem dei naturalem. Nam quod ait christus Mat. xij. Qui fecerit uoluntatez patris mei: ipse meus frater soror ⁊ mater est: intelligitur spiritualiter ista parentela non naturaliter. Sed beata Maria fuit mater naturalis vnde p̄uilegium singulare. Item ꝙ fuerit nutrix dei. Ipsuz enim ut canit ecclesia sola uirgo lactabat ubere ꝺ celo pleno: non est per se priuilegium: sed pars priuilegij: que includitur in maternitate dei. Ad integritatem enim maternitatis secundum Albertuz exigitur non tantuz prima materia corporis generandi: sed etiam alimentum nutriendi: quod tam̄ aptum natum est ab alio accipi. Unde quando ē alia mater: alia nutrix: nutrix est quasi media mater a qua aliquando puer multuz contrahit a cōplexione influente: ergo ad perfectissimam maternitatem exigitur etiam ratio matricis. Unde cum beata maria fuerit perfectissima mater fuit et nutrix secundū illud Luce. xi. Beatus uenter qui te portauit: ⁊ ubera que suxisti. Et sic sub matre dei īcluditur nutrix dei.

Septimum priuile .§.X.

gium est: ꝙ est uirgo virginuz. Sic canit ecclesia ī letanijs. Ubi notandum secundum Albertum: ꝙ per genitiuum notatur duplex hītudo generalis scilicet ⁊ spiritualis. Ratione habitudinis quam importat generaliter notat originem. Dicitur eim genitiuus a generando quasi a prima sui generatione a qua ⁊ nomen accepit: et notat habitudinez gignentis ad genitum vel econuerso. Ratione spiritualis habitudinis notat excellentie significatioem. Ratione igitur primi non conuenit christo: ut dicatur uirgo uirginum. Quia etsi excellit uirginitatem matris: ipse tamen non fuit primus uirgo: qui generauit alios uirgines per immixtionem. Sed beata Maria est mater

oium i uirginitate: quia prima sine precepto: consilio uel exemplo: gl'iosum uirginitatis mun' deo obtulit: z per uotum uirginitatis ut dicit Augu. ab ea emissum. xxvij. q. ij. Opprobrium uirginitatis abstulit: qz maledicta in lege dicebatur sterilis z eam i se consecrauit: z sic omnes uirgines p mutationē sui genuit. Ergo ei soli conuenit: q̄ sit uirgo uirginum. i. mater uirginū. Ratione autem secunde habitudinis. i. i quantum notat excellentiam super omnes uirgines: sicut rosa flos florum: quia excellit alios: z rex regū iesus: qz excellit omnes reges. Sic ei soli conuenit: ita q̄ nulla alia potest dici virgo virginū. Excellit āt oēs alios i fomitis extinctione: i puritate: z i fecunditate: qa nulla virgo fecūda nisi ipsa. Nec tñ ex hoc pōt dici minus continens: qz nunq̄ fuit tentata: ex eo q̄ phs dicit i ethicis: q̄ continens patitur. s. impulsus tētationum: sed non deducitur. i. nō uincitur ab eis. Nā hoc habet locum secundū istinctum nature uel cōis gratie: secus per extinctionem fomitis: vt. i beata maria. Victoria. n. cum sit declaratio potētie super aduersariū magis ac magis declarat potentiam: qñ tanta est super aduersariū potestas: q̄ non potest mouere bellum vel inire conflictū: q̄ cū post ictus z vulnera vincit inimicū. Ex quo pz q̄ maior fuit uirtus castitatis in beata Maria q̄ i quolibet alio uirgine: ita q̄ etiam angelos excellit i virginitate: qz illi a natura: hec a gratia. Illa angelorum castitas necessaria. Hec gratuita et uoluntaria. Illa i natura impassibili: hec i natura fragili: z ideo vtilior: nobilior: z laudabilior.

Quanuis autē proprie z uere dicatur virgo uirginum: non tamen ita proprie dici potest mater matrum: qz in uirginitate conuenit cū alijs i integritate mentis z corporis. Sed i maternitate non conuenit cum alijs matribus: quia ille recipiunt conceptum ab alijs hominibus. Hec autem non ab alio q̄ a deo. Et ideo virgo. Unde ecclesia. Rubū quem viderat moises incōbustum conseruatam agnouimus tuam laudabilem uirginitatē. Rub' est natura humana pungitiua per uicia. In hac apprehensus ignis diuinus: quia de' noster: ignis consumens est: quando. s. uerbū dei nostram nāz assūpsit de virgine. Ignis tamen iste humanitati unitus nō abstulit virorem uirginitatis in matre. A uiroze. n. dicitur uirgo. Et sicut spina rosaz genuit iudea Mariam. Figura habetur de rubo in Exō.

Octauū priule .§.xi.

gium beate marie est: q̄ mater est omnium. Unō prouer. viij. ipsa dicit prout introducit ecclesia in sui laudem. Cū eo. s. deo eram cūcta cōponens. s. per recreationem seu reformationem: que quasi deformata erant deformato homie per peccatū: propter quem oia facta erant. Unde. b. Bernar. Merito i te o dña respiciunt oculi vniuerse creature in qua z ex qua benignissima manus dei q̄c q̄d creauerat: recreauit. Et sic dici pōt mater omnium. Sap̄. vij. Omniuz mater est. Nā cum ipsa sit mater dei: z deus est pater z origo oium. Quicquid eniz per se est causa z origo cause est per se origo z cā cāti. Sed mater per se est causa z origo filij. Et filius per se origo z causa omniū: quia per ipsum omnia facta sunt Jo. i. s. per uerbum filium dei: ergo z ipsa per se ē mater omniū. Et permaxime hominū est mater oium genitura z cura: qz unuz hominē genuit: per quem omnes recreauit seu regenerauit. Et in illo filio suo nobis procurauit: q̄c quid ad uitam p̄tem uel futuram nobis necessarium fuit. Hoc autem opus recreationis propter qō dicitur mater oium: beate marie dominus scōm quadruplex genus causarū ei cōicauit. s. efficientis: materialis: formalis: z finalis. Cā quidē efficientis nostre recreationis. s. i eē gratie generatiōis post deum: sub deo: z cum deo: quia ipsa nobis illum genuit: qui nos omnes recreauit seu regenerauit virtualiter per passionē suam. virtutez gratie conferentem sacramentis. Et ut ipsū filiū suū gigneret suis virtutibus de cōgruo promeruit. Unde Anselmus. Nempe docuit: ut ea puritate qua maior sub deo nequeat intelligi: virgo illa niteret: cui deus pater unicū filium suū quē ō cor de suo equalem sibi genitum tanq̄ se ipsuz diligebat: ita dare disponebat: ut naturaliter esset un': idemq̄ cōis dei patris z uirginis filius. Et quam ipse filius sibi matrem specialiter eligebat: z de q̄ sps sanctus uolebat: z operaturus erat: vt cōcipe retur ille ō quo ipse procedebat. hec Ansel. Et qō dicitur de patre eterno ita z de matre ei' temporali dici pōt illud Ro. viij. Proprio filio non pepcit: sed pro nobis tradidit illum. s. passum uoluntate z affectu. Et quomodo cū illo nō nobis omnia donauit pertinentia ad recreationē nostram.

Causa materialis fuit huius recreationis nre: qz sps sāctus de purissimis eius carnibus z sāguinibus consensu mediante carnē assūpsit: quod in corpus transformauit: per quod redēptio nostra z recreatio facta fuit. Huius rei mirabilis figura fuit: quod habetur. ij. regum. xi. s. q̄ eo tpe quo solent reges ad bella procedere. s. tēpore ueris dauid surgens a dormitione i meridie: uidit de solario eius mulierem. s. Bersabee pulcherrimam tuantem se: z amore tractus pulchritudinis eius: misit nuntium ut ei acquiesceret. Que assentiens concepit filium: z sanctificata est mulier ab immūditia sua. Dauid interpretatus manu fortis significat fortissimum z oipotentem deum. Hic quasi a sōno surrexit: quando disposuit incarnari. Nam prius uidebatur quasi dormire: dū generi hūano nō prouidebat de redemptione. Et i meridie scilz

caloris diuini amoris: surrexit ad operandum mysterium. Videns autem bersabee que interpretat puteus septimus: vel puteus sacietatis: idest virginem Mariam pulcherrimam mente et corpore: que est puteus aquarum viuentium gratie septiformis superabundans. Lauantem se: non a maculque nulle erant: sed scripturarum insistentem ac magis et magis se purificantem per opera: scilz vtutum quottidie magis deo se appropinquantez. Videns ergo hanc mulierem oculo approbationis et miserationis: tactus pulchritudine tantarū virtutum: misso angelo nuncio vt assentiret in ꝓceptū filij. ipsa assentiente concepit saluatorem mūdi Et sanctificata est mulier ab immūditia sua: siue quia fomes qui erat in ea religatus tunc in cōceptu filij ex toto fuit extinctus: Siue et melius: quia libera fuit et imunis ab immunditia: que accidit i conceptū filiorum nullo modo eam habendo: sed de purissimis sanguinibus suis concipiendo. Nec inconueniens est ut uitiose gestum. s. adulterium: Dauid significet sanctissimum mysterium: vt dicit. b. Grego. in moralibus. Licet aliter ipse exponat. Nam et deus de malis elicit bona. Et hoc fōte est: qō dicit. b. Ambro. de facto isto Dauid: qꝛ non fuit ꝓbitatis estus. s. tm̄: sed vmbra mysterij. De pe. dis. iij. s. incarnationis. Lz ibi glo. aliter exponat. Sic igitur causa materialis: qꝛ de puris sanguinibus et purissimis eius factus ē recreator noster iesus. Causa formalis est beata Maria nostre recreationis: qꝛ omnibus sue dei sꝛmissie conuersationis speculuz et exemplum est reuersionis a tenebris et directionis et conuersionis ad intuitum prime lucis: ut in figuram eius dictum sit: Judith. xi. Non est mulier talis super vniuersam terram in aspectu et pulchritudine et sensu verborum. In aspectu. s. conuersationis i opere. In pulchritudine castitatis in corpore. In sensu verboꝛ in interioribus verbis et puritate cogitationis in corde. Unde et. b. Ambro. Habetis in ea probitatis exempla expressa. Primus discendi ardoꝛ nobilitas est magistri. Quid nobilius ea quam elegit splendoꝛ glorie etc̄. Causa finalis est nostre recreationis: qꝛ totum opus redemptionis post deum in ipsius gloriam et honorem ordinatum fuit. Unde Apocalip. quarto. Seniores deponūt coronas suas ante pedes agni: recognoscentes se omnes coronatos humilitate et humanitate christi: quam assumpsit de virgine. Ecce enim ex hoc dixit ipsa beatam me dicent omnes generationes: quia scilicet respexit humilitatem ancille sue de me incarnando. Omnes ergo: immo omnia cum sint recreata et renouata per eam: matrem eam debent reputare et eam super omnia et sup omnes puras creaturas venerari. Et hoc ē ꝓuilegium quod nulli alij conuenit. s. qꝛ sit mater omnium

Nonum priuile §. XII

gium est qꝛ ex porta celi. b. Aug. in sermone i persona virginis: ait. Porta facta sum celi. Janua facta sum filio dei. Illa facta sum porta quaz vidit in uisione Ezechiel prophetа. Dicitur autem beata Maria porta: quia cum proprietas porte sit in portare et exportare. i. medium per quod res ab extra ad intra ciuitatem uel domum portātur. et etiam medium per quod res que sunt intus in ciuitate vel domo ad extra portantur: ita per beatā Mariam exiuit de celis ad nos quicquid vnquaz gratie creatum venit in mundum. Unde et dicit mater gratie et mater misericordie. Et de ea pōt intelligi illud Sapi. vij. Omnium bonorum mater est. Et venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. s. virgine. potest dicere mūdus. Secundo quicquid boni. i. omnis qui de terris intrauit in celuz: vt sancti omnes: per ipsam vt portam seu mediū intrauit. Et ideo felix celi porta: qꝛ omnes importat in celis per benedictum fructum filium suuz. Unde i hymno canit ecclesia. Virgo felix celi porta. Et infra. Uitam presta puram: iter para tutū vt videntes iesum semper colletemur. Tertio dicitur celi porta. i. celestis porta: quia ipsa sapientia increata dei filius tanquā aqueductus intrauit et exiuit per eam vestitus carne nostra: semper tam̄ clausa idest virginitate non violata. Unde de ea in figura dicitur Ezechi. xliij. Porta hec semper clausa erit: quam. s. in illo mirabili edificio vidit: et princeps ingredietur per eam scilicet dominus deus: et clausa erit: et nullus ingredietur per eam: scilicet homo: qui uirgo ante partum in partu et post partum. Sicut sydus radiuz profert sine sui violatione: et radius per fenestram uitream clausaz intrat sine sui aplōe: ita et vgo beata Maria dei filium sine virginitatis amissione. Dicūtur et sancti aliquando porte celi: et hoc in quantum per eorum suffragium uel vite exemplum nos important in celum. Unde et Jo. in Apoc. xxi. vidit in celo. xij. portas scilz duodecim apostolos vel p fectos omnes: qui nos pre ceteris meritis et exemplis important in celum. Sed et hoc modo multo magis dici potest porta celi beata Maria propter maius eius et perfectius suffragium et vite exemplum. Item crux dicitur porta celi: quia p meritum passionis intratur in celum: de qua. Pōt illud intelligi: Mathe. vij. O q̄ angusta est porta et arta via que ducit ad vitam. s. celestem. Angusta nimis fuit crux xp̄i: et uia nobis arta per imitationem. Et quia nulli ita fuit cōicata magnitudo passionis christi sicut matri: ideo et meritum eius ad celum iducit. Christus etiam dicit: Ego sū hostium si quis per me introierit: saluabitur: Jo. x. qꝛ ipse efficienter ut causa principalis nos introducit in celum. s. per fidem sue incarnationis de

virgine implicitam vel explicitam. vnde b. Aug⁹. Ista fides sana est: qua credimus nullum hoiem siue maioris siue minoris etatis liberari a contagio mortis ⁊ obligatione peccati: quod primo nā cōtraxit: nisi per unum deum ⁊ hominem mediatorem iesum christum. Et b. Grego. super Ezech. dicit q̄ omnes electi qui fuerunt et qui sunt in ecclesia in mediatorem christum iesum crediderūt ⁊ credunt. Et sic huius fides introducit in celum mediatore nato de virgine. Et iste est primus articulus fidei de mediatore nato de virgine. Et talis fides uiua tamē incarnati de virgine proprie nos importat in celum. Unde in figuram: in templo erant duo hostia que simul claudebantur et aperiebantur. Et iste due porte in templo ecclesie sūt christus et beata Maria. Nulli autem hoc cōuenit sāctor: ideo priuilegiū singulare.

Decimū priuile §. XIII.

gium beate Marie est: quia regina dicitur misericordie: fm illud q̄ cantat in anthia. Salue regia misericordie. b. Bernardus. Omnibus sinum misericordie sue aperit. Idem. Sileat misericordiaz tuam virgo Maria: quicūq; te inuocans in necessitatibus auxilium tuum sibi senserit defuisse. Et sciendum q̄ fm Alber. vbi supra: conuenientius dī regina misericordie q̄ gratie regina uel glorie vel iusticie: multiplici ratione. Et prima est: qa plus cōprehendit ⁊ ad amplius se extendit regnū misericordie: q̄ regnum gratie: glorie: vel iusticie: quod probatur ex eo qz gratia: gloria et iusticia p se tm̄ dicunt collationem boni: ⁊ ablationē mali: vt peccati ⁊ huiusmodi. Sed misericordia se extēdit etiam ad id vbi non est collatio boni gratie vl̄ ablatio peccati: qz ad eos qui sunt in inferno. Ibi enim erga dānatos non est collatio boni gratie vl̄ ablatio peccati seu mali culpe: ⁊ tamen est ibi misericordia: ⁊si non liberans: tamen minus q̄ merentur puniens. Mererentur enim ad nihilum redigi qui tamē conseruantur in esse nature. Ut dicere valeant illud Treñ. iii. Misericordie eius q̄ non sumus consumpti. Ab ampliori autez ⁊ maiori potentia: dignitas maior est ⁊ denominatio. Ergo a summa et maiori dignitate debet dici. b. Maria regina misericordie q̄ glorie: gratie vel iusticie. Item secūdo. Gloria tm̄ est in celo: nō in terra: non in inferno: non in purgatorio. Gratia est tm̄ in mundo: nec quo ad omnes: quia non i mal' hominibus. Et in purgatorio quo ad omnes: nō autem quo ad infernum vel limbum puerorum: vbi nulla gratia gratum faciēs. Sed misericordia etiam est in celo. i. mira suauitatis rigans corda: fm illud. Dñe i celo misericordia tua remunerās s. vltra condignū. Est et terra miserias remouens pcōr: Jn p̄s. Misericordia dñi plena ē terra: qa ipsa plena est miseria. Et ⁊ i purgatorio p̄ suffragia: Unde hanc postulant dicentes. Miseremini mei miseremini mei saltem uos amici mei: Job xix. Est in inferno ⁊ limbo per conseruationem sui esse. p̄s. Nunquid obliuiscet misereri de: q̄ ad paruulos: qui gaudebunt nature non purgati ab originali. Aut continebit in ira sua. i. seuera cruciatione misericordias suas: quin. s. non consuet eos in esse. Ergo maximum regnum est regnum misericordie. Et ideo maxima regina dici debet regia misericordie. Tertio probatur sic. Quicquid est superius superiori: est superius inferiori. Sed misericordia dei est super oia opera eius: vt habetur in p̄s. Jn operibus autem dei includunt gratia: gloria: iusticia: ⁊ multa alia. Regnuz ergo misericordie est super omnia: ḡ regina misericordie determinat potentiam super omnia. Sz illa p prie conuenit beate Marie: vt potentissima dña. vnde ⁊ uere regina misericordie. Jtē cum ipsa sit super patrimonium ⁊ ppietatem filij sui iesu xp̄i regina. Proprietas autem filij sui est misericordia: ut patet in oratione ecclie. Deus cui ppium ē misereri semper ⁊ parcere. Pater etiam est deus misericordiarum et deus totius consolationis. Ergo et ipsa proprie regina misericordie. Quarto cū dī regia mie obliqu' ille. s. mie: aut ꝓstruitur trāsitue aut intransitiue. Si transitiue: vere et ppie dī regina misericordie: qz ipsa est causa totius misericordie continens totam misericordiam ⁊ releuans omnē miseriā. Hanc postulabat Dauid dicens. psalmo. lxxxiij. O ñde nobis oñe misericordiam tuam. Et subdit modum. Salutare tuum da nobis. i. iesū qui datus ē nobis ex virgine Maria. Si construitur intransitiue sensus est. Regia misericordie. i. que est misericordia ipsa. Quod ei dī in abstracto de aliquo maxime commēdatur: vt de iusto q̄ est ipsa iusticia. De misericorde q̄ est ipsa misericordia. Jn huius figuram legit Hester. ij. q̄ Hester regina que interpretatur humilis dicta est etiaz edissa: que interpretatur misericordia. Et Isa. xvi. dicitur. Preparabit in misericordia solium eius. Soliuz est i loco proprio regni ergo misericordia est proprius locus regni christi Sed illius regni dicitur rex ⁊ regia: ergo proprie beata Maria est regina misericordie Quinto sic probatur Diony. li. de diui. no. dicit. Regnum est omnis finis ⁊ ornatus ⁊ legi ⁊ ordinis distributio. Sed hec oia ꝓpe ꝓueniunt misericordie: ergo ei proprie conuenit ratio regni: finis distribuō secundum iusticiam est: quia exules facit reges Ornatus quia dēformissimos peccatores facit angelos pulcherrimos. Legis quia dat charitatem. et pro illa regnum. Ordinis quia viuus super angelos: homines super celos. Habet ergo misericordia proprietates regni. Proprie ergo ipsa est regnuz. Cuius regni potissime beata Maria est regi

na. Proprie igitur dicitur regina misericordie: ꝛ magisꝙ imperatrix misericordie: quia hoc nomē imperator est magis nomē timoris et rigoris. Regina autem est magis nomen prouidentie et equitatis. Unde nec deus in scripturis dicitur imperator sed rex. Item magis dicitur regina misericordie: ꝙ regina reginarum: vel domina dominaruz uel dea dearum. Hec enim omnia important magis dignitatem et excellentiam respectu superiorꝝ ꝛ inferiorum. Si enim diceretur dea dearum nō videretur dea vel regina super demones vel peccatores. Dicitur enim conuenientius regina misericordie ꝙ potentie uel sapientie: quia in misericordia intelligitur potentia: ꝛ sapientia: sed non conuertitur. Misericordia enim claudit in se illa tria: potentiam et sapientiam et iusticiam. Nec etiam ita proprie diceretur regina pacis et dilectionis: quia pax ꝛ dilectio non est uniuersaliter in omnibus regni sui: qz non in malis.

Undecimū pr̄i §. XIIII.

uilegium est: ꝙ fuit ei passio christi communicata. Unde Simeon Luce scō. Tuam ipsius animam pertransibit gladius sue passionis vt cōmuniter expōitur. Unde et Damascenus dicit: ꝙ dolores partus fuerunt ei reseruati in passione filij. Uel gladius verbi dei idest fides fixa in corde de crucifixo filio qō deus erat. Omnes alij et alie amiserunt tunc fidem de sua diuinitate: quoniaz omnes discipuli tunc fugerunt eo relicto: non solum corpore sed et fide. Et ipsa Maria magdalena que plus visa est diligere etiam non credidit deum: ꝛ propterea christus resurgens cum ei apparuit: ait. Noli me tangere quia nondum ascendi ad patrem meum Joannis. xxi. scilicet in corde tuo idest non credis me esse equalem patri. Pro huius maiori declaratione dicit Albertus vbi supra: ꝙ hoc priuilegium quod dicitur communicatio passionis: duo importat scilicet fidem crucifixi dei et hominis. Et per se passionem ex compassiōe pacientis. Et fuit quadruplex diuersitas respectu dominice passionis. Quidam enim nec habebant fidem christi: nec compassionem: sicut infideles insultantes: blasphemantes: irridentes: et demones. Quidam habuerunt compassionez: sed non fidem scilicet ꝙ deus esset qui paciebatur sicut apostoli quibus christus dixerat. Omnes scandaluz patiemini in me nocte ista ꝛc̄. Math. vigesimo sexto. Scandalum eorum fuit: quia recesserunt a fide sue diuinitatis: quam prius confessi fuerant. Et mulieres ille quibus ait. Filie hierusalem nolite flere super me ꝛc̄. Luce vigesimo tercio. Quidam habuerunt fidem vel cognitionem: sed non compassionem: ut angeli et alij extra statum vie positi: vt qui in limbo patrum. Et tanto qui fidem quidem habuit sue deitatis: sed non cō passionem per se. Et hoc quia circūdatus ipe sua passione. Sola autem beatissima virgo fuit: que simul habuit fidem ꝛ compassionem crucifixi dei et hominis: et ex compassione pacientis per se passionem. Et sic sola fuit cui datum est per priuilegium communicatio passionis. Cui filius vt dare posset premium voluit communicare meritum passionis: et vt ipsam faceret participem beneficij redemptionis: quatenus sicut fuit adiutrix redēptionis per compassionem: ita fieret mater omnium recreationem. Et sicut totus mundus obligatur deo per suam passionem: ita ꝛ domine omnium per eius compassionem. Unde ꝛ ꝛ glosa super illud Isa. lxij. Torcular calcaui solus: ꝛ de gētibus non est vir mecum. Torcular idest tormenta passionis: ꝛ alia glosa. Nec angelus nec archā gelus nec alius celestis spirtus. Deniqz humani generis nullus gentilis vel iudeus. Solus pugnat ꝛ superat. Sed notanduz ꝙ dicit: de gentibus non est vir mecuz: excludit enim viros non mulieres: quia mulier illa beata Maria que stabat iuxta crucez secum fuit ad paciendum ex compassione. Et sicut dicimus de domino iesu: ꝙ habuit sūmum dolorem in passione ꝛ summum gaudiuz: dolorem quidem secundum sensitiuam: gaudiuz scōm intellectiuam: quia vt dicit Damascenus. Unicuiqz scilicet potentie permitebatur agere q̄ que propria. Ita de matre domini ꝙ tunc habuit summam compassionem et congratulationem. Compassione quidem existente in natura simul: ꝛ in ratione vt in natura. Congratulationem vero in ratione vt ratione. Et intelligantur hec verba vt in materia dominice passionis. Uel dicatur ꝙ summuz tristabile in tali genere est accipere dupliciter. Uno modo vt contrarium summe appetitui: ꝛ sic infert summum dolorem. Alio modo prout est via et medium ad summuz delectabile: et sic infert summum gaudium. Sic anima beate virginis apprehendit mortem filij: vt summe contrarium appetitui: ꝛ sic summum ei intulit dolorem. Alio modo vt in remedium redemptionis humani generis. Et sic intulit ei maximum gaudium ꝛ delectationem. Et possunt hec simul esse qz vnum est materia ad alterum. Uel secundū alterum modum via in alterum via est in ipsum. Et ꝙ fuerit in ea summus dolor probatur sic. Omnis dolor ex amore creatur. Est autem triplex amor scilicz naturalis: acquisitus et gratuitus. Naturalis fuit in summo: quia quanto natura nobilior: tanto habet nobiliores affectiones et operationes. Ipsa autem habuit naturam nobilissimā vnde et amorem naturalem summe. Item amor acquisitus fuit in ea in summo. Nam omnes cause accidentales que inducunt matrem ad diligēdū filium: fuerunt in ea in summo. Nunquam enim

filius aliquis tantum dilexit matrem: tantum honorauit: tantum pro ea sustinuit: tantum ei dedit sicut christus pro matre. Et sic de aliis causis accidentalibus amoris acquisiti. Ergo in ea amor fuit in summo. Item amor gratuitus. Nunquam enī aliquis habuit tantaz charitatem ad filium: sicut ipsa ad iesum. ergo et hic in summo. Si ergo hi tres habitus amoris scilicet naturalis acquisiti: et gratuiti: eliciant vnum actum amoris: erit ille in summo. Illa ergo erit dilectio intencissima. Et dolor ex amore huiusmodi erit intencissimus. Sicut enīz summe diligit vitam indilecto: ita z summe dolet de morte dilecti. Summum ergo dolorem habuit in passione christi. Et quia summe diligebat deum et proximum. Et per passionem se parabatur honor dei: et summa salus proximi sequebatur: ide habebat sūmū gaudiū.

Duodecimuz pri §: xv:

uilegiū z vltimum est: q̄ est exaltata super omnē puram creaturam in quarta hierarchia. Sic enī canit ecclesia. Exaltata es sancta dei genitrix sup choros angelorum. Quod sic probat Albertus. Omnes chori angelorum sunt de aliqua hierarchia. Sed ipsa est exaltata super choros angelorum: ergo ipsa est super omnem hierarchiam.

Secunda ratio. Plus distat beata virgo a seraphim dignitate z gloria: q̄ seraphim a cherubim. Sed per excellentiam dignitatis ordinatur seraphim super cherubiz vno ordine: ergo z beata Maria erit super seraphim vno ordine: ergo super hierarchiam angelorum. Item plus improportionabiliter differt domina a seruo q̄ seruus a seruo. Omnes angeli sunt administratorij spiritus idest serui. Dicit apostolus ad hebreos. i. Beata Maria est domina angelorum. Seraphim ergo se habent ad cherubim vt seruus ad seruum: beata Maria ut domina ad seruos. Ergo improportionabiliter est super seraphim qui est vltimus ordo in suprema hierarchia vnde super omnem hierarchiam exaltata. Tertio. Stat' glorie est eleuatus super statuz innocentie. ergo i coporibus z animabus. Sed si homo non peccasset aliquis assumptus fuisset ad ordinem seraphi. Nam cum ex hominibus essent reparande ruine angelorum: et secundum aliquos doctores quod sequi uidetur beatus Thomas: ceciderint ex omni ordine aliqui. vnde ō seraphim de quo dicitur fuisse Lucifer: ergo aliquis modo debet eleuari super seraphim. Et hec est beata Maria. Unde in figuram dicitur. iij. Regum. ij. q̄ positus est thronus matris iuxta thronum regis. Constat autem q̄ thronus veri Salomonis scilicet christi est improportionabiliter super Seraphim: ergo thronus matris. Et ad hoc faciūt auctoritates sanctorum. Hinc bea. Augustinus. De te o virgo Maria quid dicam: pauper ingenio: cum quicquid dixero: minor laus est q̄ tua dignitas mereatur. Si celum appellem: altior es. Si matrem gentiuz dicam: excedis. Si formam dei appellem: digna existis. Si dominam angelorum vocem: per omnia comprobaris. Si domina angelorum est. ergo super omnes angelos exaltata. Item beatus Hieronymus: i sermone de assumpc̄. Dec est pulchra in qua meruit exaltari super choros angelorum: et peruenire vltra q̄ humanitatis nostre licitum sit nature. Ubi ñ substātia tollitur: sed glorie magnitudo monstratur. Ubi christus pro nobis introiuit pontifex in eternuz. Idem. Dec est dies in qua vsqz ad throni celsitudinem mater et virgo processit: atq̄ in regni solio sublimata post christum gloriosa resedit. Beata itaq̄ non temere super choros angelorum exaltata deuotissime predicatur et creditur: q̄ saluator omnium per se ēn tum datur intelligi totus festiuus occurrerit. et cū gaudio eam secum in throno collocauerit. Item sicut in corporalibus: ita in spiritualibus: nihil est vacuum. Sed inter deum et creaturam medium est creatura vnita deo. Similiter inter esse creaturam puram et esse creaturam vnitam: medium ē creatura de qua sumitur quod nascitur z vnitur. Et hec est ergo inter creaturas z filium medium: scilicz beata Maria. Ergo ei debetur medius status. vnde z super omnes angelos. Christus etiam dicit pro regula. Qui se humiliat exaltabitur Mathe. xxiij. Et quanto quis se magis humiliat magis a deo exaltabitur: saltem in regno beato. Propter quod dicit sapiens. Quāto maior es: tāto te magis humilia in omnibus et inuenies gratiam. Unde christus: qui se super omnes humiliauit: se ipsum usq̄ ad mortem: crucem: immo z descendendo ad ifeziores partes terre: propter quod deus exaltauit illum: et donauit ei nomen q̄. Sz post cum beata Maria super omnes humilis fuit: z ideo debuit super omnes exaltari. Unde ipsa ait. Quasi cedrus exaltata sum in libano: que arbor altior est omnibus. Sed q̄ de huiusmodi exaltatione plenius dicetur in sermone de assumptione: ideo alia dimittuntur. Ex dictis patet q̄ modo beata Maria fuit plena grātia dupliciter Primo quia omnes gratias generales et spales omnium creaturarum habuit in summo. Secundo quia illas gratias habuit a quibus omnis creatura vacua fuit. Tertio quia sua gratia tāta fuit: q̄ pura creatura maioris gratie capax nō fuit. Quarto: quia etiam gratiam increatam idest deum se totam continuit. Et sic per omnem modum gratia plena fuit.

Capitulum Vicesimūprimum

Dominus deus fuit cum Maria q̄nq̄z modis: Capitulū vigesimūprimū.

Dominus tecuz

dominus: scilicet deus. Ubi primo sciendum ꝙ secunduz magistrum sententiarum. Deus dicitur esse in omnibus rebus creatis tripliciter: scilicet per essentiam: presentiaz et potentiam. Et in sanctis suis quarto modo scilicet per inhabitantem gratiam: vel h̄ inchoatā. vel in futuro consumatam. Omnibus his modis erat dominus deus in beata Maria perfectius q̄ in ceteris omnibus. Dicitur eniz deus esse in creaturis per essentiam in quantum per suum continuum influxum conseruat creata in esse. Unde beatus Gregorius. Omnia in nihilum redirent nisi ea manus omnipotentis substentaret. Et sic exponit Criso. illud Joannis primo. Sine ipso scilicet gubernante factum est nihil. i. quod factū est nihil est. Quanto autem aliqua creatura vel in specie vel in indiuiduo habet perfectius esse: tāto magis potest aliquo modo dici deus ibi magis in esse per essentiam. vnde magis in homine q̄ in brutis. Et quia beate Marie dedit nobilissimuz esse: quia optime formata et complexionata sup omnes: ideo dominus tecum. Per presentiam dicitur deus in omnibus esse: quia nouit omnia intima creature. Omnia nuda et aperta oculis eius: Hebre. iiij. Sed in beata virgine fuit per presentiam: non solum quia non vidit omnia secreta eius affectus et cogitatus oculo cognitionis: sed ꝛ oculo approbationis omnes actus eius interiores ꝛ exteriores ut sanctissimos approbauit. Per potentiam dicitur esse in rebus. quia omnib⁹ dat virtutem operandi. Unde Joanni. xv. Sine me nihil potestis facere. Et quia virtutem dedit operandi beate Marie perfectius q̄ alteri pure creature. Ideo et perfectius q̄ in alijs dominus tecuz.

Per gratiaz est in sanctis. i. Joannis. iiij. Qui manet in charitate in deo manet et deus in eo. Sed certe nullus potest equari beate Marie in charitate: Cant. i. Introduxit me rex in cellam vinariam scilicet gratie sue abundantissime: et ordinauit in me charitatez. Sed vltra dictos modos essendi fuit modo inaudito a seculis stupendissio scilicet per presentiam corporalem: quando v̄buz caro factum est: et de qua nisi de virgine Maria: ait bea. Bern̄. Et secundū hoc exponitur domin⁹ tecum: scilicet cito erit incarnandus. Si dicat ꝙ secundū philosophum. Sermones inquirendi et faciendi sunt scd̄m materiam que tractatur. Unde in materia amoris non debet poni nomen timoris. Secundum illud Malach. i. Si ego dominus: vbi est timor meus. Cum ergo tractaretur materia summi amoris: scilicet incarnatio filij d̄i: non videtur ꝙ debuerit dicere dominus tecum: sed potius. Pax vobis uel tecum: sicut et filius eius salutabat quos diligebat. Sed hoc non obstāte dicit Alber. vbi supra: ꝙ in ista salutatione i eo quod dicitur dominus: tecum: duo intenduntur. Unuz ut persona mittentis proprie exprimatur. Alterum vt liberum arbitrium beatissime virginis ad credenduz ꝛ assenciendum inclinetur. Ista autem duo perfectissime et proprijssime exp̄mit hoc nomen dominus: quod a potentia imponit. scilicet a dominando. Unde. b. Ambro. ꝙ dominus nomen est potentie et quando absolute dicit soli deo appropriatur. Alij vero domini dicūtur respectu serui illius vel illius seu alicuius loci det̄minati. Ipse absolute dicitur dominus: quia est dominus omniuz Hester. iij. Dominus vniuersorum tu es: quod solius dei trinitatis: est propriuz qui est persona mittens in hac salutatione. Et sic persona mittens proprie nominatur. Per idem autem et liberum arbitrium beatissime virginis inclinatur: quia ad consentiendum in mirabilia maxime disponit fides de omni potentia: quia credit et aduertit deum omnia facere posse. Acquiescit ipsum posse: et naturas mutare: ꝛ naturis imperare. Unde cum hoc omnium nouerint nouissimum nuncietur beate virgini. Ad credendum congruentissime ponitur hoc nomen dominus: quod absolute positum est omnipotentie demonstratiuum. Quia vero liberum arbitrium beate virginis etiam per se erat facile ad credendum paratum: non indiguit exprimi cum insinuatione ōi potentie ut diceretur dominus omnipotens. Uel cum terrore vt dominus exercituuz. Sed suffecit leuis eius annunciatio: et quasi obscura expressio potentie: qualis per hoc nomen dominus importatur. Dicit ergo dominus tecum: quasi dicatur ei aperte. Nihil credas tibi impossibile que scis te dominum in socium habere. Sed dic confidēter: omnia possum in eo qui mecum est. Si enim aliqui duo unuz officium debeant operari: quid impedit si unus est debilis: cum alter sit adeo fortis: vt per se effectum illum possit inducere: isto etiaz non iuuante. Et ex his patet responsio ad obiectum scilicet quia dominus hic ponitur ad notandum potentiam fiendi non timorem uel terrorez:

Secundo sciendum §. I.

ꝙ cum dominus tecum dicitur: associatio denotetur. Associatio autem cum sit in aliquo secundum Alber. notari hic potest triplex associatio: que reperit̄ in reb⁹ ꝛ dn̄i cū beata Maria i mysterio vite: videlicet.

Associatio in essendo.

Titulus decimusquintus

Associatio in patiendo.
Associatio in agendo.

Associatio in essendo duplex esse potest. s. absolute ⁊ respectiue. Si absolute. Est hec substantiali: quali et quanto. Associatio in substãtiali est idemptitatis. In quali est similitudo. In quãto ẽ equalitas. Fuit ergo associatio domini ⁊ beate Marie in substantiali esse: vna scilicet in humanitate: qz verus homo de homine idest virgine vera. Unde in Gene. Laz enim ⁊ frater noster est. Ad Philipp. ij. Habitu inuentus vt homo. Fuit etiaz similitudo in voluntate: quia nil volebat nisi quod deus uellet. Fuit equalitas quoq; potẽtie in genere. Ipsa enim regina eius regni: cuius ipse est rex. Unde de ea canitur. Aue regina celorum. Uel in ipsis potest notari scilicet beatam virginẽ ⁊ dominum filiuz idemptitatis in natura. Similitudo in forma ⁊ figura. Equalitas in virtute naturali vel in potentia. Si autem est communio seu associatio in esse respectiue. hoc est vel duoruz ad inuicem. Et hec est in summo inter dominum filium ⁊ matrem: quia hec mater: ⁊ hic filius eius. Aut hec communio vel associatio est duoruz ad vnum. Et hec est triplex: quia uel ſm tempus: vel scõm locum: vel scõm situm et habituz. Associatio domini et beate Marie secundum tempus reperitur triplex. Fuit eniz tempus proprie humiliationis: ⁊ i hoc tempore fuit dominus filius cuz matre sua: vt in tempore purificationis: quando obtulit filium in templo: Luce. ij. Nam in illo humiliauit se mater in sacrificio purificationis: que non egebat ea cum esset summe pura non ex homine concipiens. Humiliauit se filius cum ea in templo oblatus et redemptus pecunia. Fuit et tempus persecutionis in passione scilicet in qua associata est ei: quia stabat iuxta crucem mater eius Joannis. xix. Fuit tertio tempus consolationis: vt in resurrectiõe in qua primo: vt ait. b. Ambro. apparuit sibi. Et ideo nõ accessit cum mulieribus ad monumentuz que in morte detineri putabãt: quia vt ait beatus Bernardus. Certe expectabat eum resurgentem videre ⁊ inde consolari. In his ergo temporibus dominus secuz. Quã tum ad associationem in loco. Sciendum q; triplex consideratur locus: quia alius naturalis: alius penalis: alius dignitati. In his omnibus dominus secum. Naturalis quidem locus fuit vterus virginis in quo fuit filius mensibus nouem. Mathei. i. Inuenta est in vtero habens scilicet iesum. Locus penalis fuit exilium quando scilicet propt timorem Herodis ne occideret filium paruulum sicut tot milia innocentũ vt perueniret ad ipsum fugit cum filio in egyptuz ibi exulans per septennium. Juxta id quod predixẽat Hieremias. Ecce ascendet dominus in egyptum super nubem leuẽ scilicet virginem que onera coniugij ignorauit ac etiam pondera peccati. Locus dignitatis est celum empyreum: de quo canit ecclesia. Ascendit christus in celum et preparauit sue castissime matri locum in quo post ipsum glorioſa resedit: sup omnes exaltata. In omnibus his locis fuit secuz.

Fuit tertio secundum situm cum ea omnimodo. Nam in utero manens cum iacente iacebat: cum sedente sedebat: cum stante stabat. Secũduz habitum etiam fuit cum ipsa beatissima Maria eadem carne induit deum: quia ipsa erat induta: Juxta illud ad Philipen. ij. Habitu inuentus vt homo. Et ps. Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem scilicet humanitatem decorissimam et potentissimaz ad expugnandos hostes: quam vestem fecit ei mater sua. Secunda associatio cum domino filio fuit in patiendo. Est autem triplex compassio seu sociatio in patiendo. Naturalis vt mater filio. Unde Agar ancilla videns filium suum Jsmael siti mori: ex compassione quasi non valens eum videre mori: dimisit euz. Sed dominus prouidit. Beatissima Maria ait Treñ. i. Attendite omẽs qui transitis per viam: si est dolor sicut dolor meus: ex compassione ad filium in cruce pendentez. Sed et ipse filius compatiens matri quam sciebat summe dolere: ait matri sue. Ecce filius tuus. Secunda est passio accidentalis: vt compatitur seruus domino: sicut compaciebatur Jui Dauid cum filius persequebatur eum: exeuntes ciuitatem cum eo lugentes. Et sic beata Maria compassa est filio: vt fidelissima ancilla dño: cum sequebat eum i ꝓdicatis in qb⁹ calumniabat: subsanabatur: et maledicebatur. Tertia ẽ passio essẽtialis: vt membrum delicatissimum suo membro compatitur. i. Corinthi. Si patitur vnum membrum compatiuntur omnia membra: ⁊ precipue capite languente: omnia membra dolent. Et qa filius eius erat pars eius ⁊ vt membrum precipuum spirituale eius: cum ipe sit caput ecclesie. Jõo et ipsa cum eo passa est. Lu. ij. ait Symeon. Tuã ipsius animam pertransibit gladius. Et i his omnibus fuit consotiatio eius in patiendo In agẽdo tria sunt genera hominum que sibi communicant in agendo: scilicet contrahentes generantes et adiuuantes. Et ipsa beatissima virgo commu cauit cum domino ⁊ associauit se in cõtractu matrimonij hominis et dei. ps. Et ipse tanquaz sponsus ecclesie procedens de talamo suo: scilicet uteri virginalis. A summo celo egressio eius. Associauit se in generatione filij. Spiritus enim sanctus superuenit in ea: vt de purissimis sanguinibus ei⁹ formaret corpus filij: cum dixit. Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum. In adiutoriuz generis humani saluandi: in cuius figurã dixit dominus. Genes. ij. Non est bonum hominem esse solum. Faciamus ei adiutoriuz simile si

bi. Et formauit Euam: que dicta est mat omniuz viuentium. Sed magis proprie potuisset dici mater mortuoruz quia filios suos ipsa occidit. Sed beatissima Maria vere mater est spiritualiter viuentium. Et sic beata Maria communicauit domino in omni eo quod contigit aliquid alicui cōmunicare. Et ideo in omni modo dominus tecuz Dominus omnium per creationem generaliter Dominus hominum per recreationem specialiť Dominus tuus per immediatam superpositionē Christi hominis per vnionem. Tecuz ergo dominus per essentiam: presentiam: potentiam: per inhabitantem gratiam: et corporalem presentiam.

Dominus tecum §. II.

Dominus pater inquit Athanasius in simbolo dominus filius: dominus spiritus sanctus. Et tamen non tres domini: sed vnus est dominus. Tota enim trinitas scilicet pater ⁊ filius et spiritus sanctus operata est mysterium incarnationis scilicet formando illud corpus ex virgine: animam christi subito creando ex nihilo et vnionem illaz humanitatis sue cum deitate efficiendo: et gratiam et sapientiam quasi infinitam ei infundendo Increpabilia enim sunt opera trinitatis: de consecratio. distic. iij. Omnes scilicet se ab extra licz solus filius non pater: non spiritus sanctus vniť sit nostre humanitati in vna psona. Et pōit Anselmus exemplum de vna veste quam fecerunt inscindendo: suendo tres persone: ⁊ tamen vna sola ex illis illam vestem se induit. In cuius figuraz legitur Jone. iij: q̄ rex niniue descendit de solio et indutus est sacco ad placandum iram dei contra niniuen ideſt mundum subuertendum propter scelera sua. Sic dei filius rex regum descendit de celesti solio ⁊ indutus est sacco nostre mortalitatis: in quo erat thesaurus sanguinis eius: cuius precio mundus periturus reconciliatus est deo. Hinc et beatus Bernardus super missus est. Pater inquit tecum: qui filium suum facit ⁊ tuum. Filius tecum: qui ad condendum in te mirabile sacramentum. miro modo ⁊ sibi fecerat sacrariū: et tibi seruat genitale signaculum. Spiritus sanctus tecuz: qui cum patre et filio tuum sanctificat vterum. Et quia patri attribuitur potentia: filio sapientia. Spiritui sancto bonitas et beniuolentia. Ideo primo. Dominus pater tecum exercens summam potentiam. Dominus filius tecum ostendens eximiam sapientiam. Dominus spiritus sanctus tecum exhibens nimiam beniuolentiam.

Quantuz ad primum: quia patri attribuitur potentia: et hoc opus incarnationis fuit summe omnipotentie. Ideo dico patrem exercuisse summaz potentiam. Fecit inquit ipsa beatissima Maria mihi magna qui potens est. Coniuncta quippe sunt in hoc opere tria maxime distantia: scilicz deus et limus vt ait beatus Bernardus ideſt homo qui de limo secunduz corpus factus est. Mater et virgo: que cōmuniter sunt contraria simul posita. Paries quidem filium: et virginitatis non patieris detrimentum: cantatur de beatissima Maria. Fides et cor humanum. Cor humanū communiter non assentit: ideſt intellectus nisi his que ratione probantur. Sed supra omnem rationem hoc est: q̄ deus factus est homo ex virgine natus. Et tamen totus mundus hoc mysterium credidit et confessus est. Et vt dicit beatus Augustinus. In his que supernaturaliter et miraculose fiunt tota ratio facti est potentia facientis. Nam ratio deficit: mens non capit humana tantum mysterium. Unde sapientissimus Salomon prouerb. penultimo sic ait. Tria sunt mihi difficilia ad cognoscendum: et quartum penitus ignoro: scilicet viam aquile in celo: uiam nauis in medio maris: viam colubri super terram. Et via viri in adolescentula sua: secundum hebreos: ut dicit Nicolaus de lira. Ubi nota quattuor mysteria magne potentie et difficilia ad intelligēduz. Uia aquile in celo est ascensio christi in celo: qui sua virtute ascendit. Uia nauis in mari fuit operatio christi in passione: in qua summe dolebat: secundum sensitiuam: ⁊ summe gaudebat secundum intellectiuam. Uia colubri super terram fuit resurrectio eius de sepulchro. Ipse enim assimilauit se serpenti dicens: Joannis tertio. Sicut Moises exaltauit serpentez in deserto ⁊c̄. Quartum autē quod dicit se penitus ignorare ē via viri. i. q̄modo christus perfectus: et ideo vir omni vtute fuit in adolescētula: ideſt i virgine Maria. Dominus filius tecum ostendens suam sapientiam in hoc mysterio. p̄s. Omnia in sapientia fecisti Cum enim ipse sit sapientia patris. i. Corinthi. ij. Christum dei virtutem et dei sapientiam non nisi sapientissime opus proprium sue persone agerz Et quia sapientis est ordinare secundum philosophum: ordinem summum seruauit, in ista sua incarnatione ex virgine. Uenit enim vt medicus ad curandum infirmitatem nostram. Tolle morbos tolle vulnera: nulla causa veniēdi medico ait Augustinus. Sic enim christus ait. Non est opus valentibus medico: sed male habentibus. Sapiētis autem medici est dare medicinam tempore quo prosit infirmo. Unde non immediate post infirmitatem contractam per peccatum incarnatiōis medicinam exhibuit: quia minus fuisset vtilis. Putasset enim homo q̄ infirmitas sua leuis fuisset: et ideo cito curata: vnde et minus grať deo fuisset tanti beneficij: ⁊ ex ipsa tam celeri sanatione recidiuum passus esset. Non enim tempore legis naturalis vel etiam legis mosaice venit: vt

conuinceretur superbus homo qui multum est p
nus atribuere bona virtuti sue non dei. Primo
de ignorantia et postea etiam de impotentia. Nā
tempore legis nature in tantam cecitatem lapsus
est homo: vt elementa ⁊ creaturas adorarēt pro
deo: omnibus pene idolatrie ōditis: excepta fami
lia Habrahe: ⁊ de peccatis nephandis sodomie
nō facerent sibi conscientiam: vt patet in sodomi
tis: Geneſ. decimonono. Tante igitur ignorantie
prouidens deus legez populo suo valde multipli
cato per Moisen dedit: vt de veri dei cultu inſtru
eretur et de peccatis vitandis. Sed quia lex illa
adiutorium non prestabat ad implendum quod
videbat: sed tantuz docebat agenda. Ideo nullus
plene eam seruare poterat ex virtute sua propter
quod conuictus homo de sua ignorantia: et
debilitate: coactus est clamare: et postulare
aduentum medici qui talem medicinam institue
ret seu componeret: que adiuuaret implere quod
preciperet. Et hec sunt sacramenta habentia vir
tutem ex passione christi: que medicine dicuntur
contentiue gratie bea. Auguſti. super Joannem.
Quantum est in medico sanare venit egrotum:
idest hominem quemlibet. Ipse se interimit: qui
precepta medici seruare non vult. Non autez dif
ferre voluit istum aduentum suum vsqz in finez.
ne homo diu expectans et postulans remedium
contra suam infirmitatem: demum desperasset ō
sua salute. Et quia paucis profecisset: scilicet tan
tum illis qui in fine fuissent reperti. Hec diffuse
bea. Thom. in tertia parte. q. pma. Ad sapienti
am etiam medici pertinet: non solum tempus cō
gruum seruare: sed et modum idest per conuenie
tia remedia. Contraria enim contrarijs curātur:
Infirmitates ex frigiditate prouenientes per cali
da. Infirmitas in homine contracta erat ex tu
more superbie. Et ideo sapientia dei patris cura
re eam voluit per humilia contraria superbie.
Unde apostolus ad Philipen. Cum in forma dei
esset idest verus deus: semetipsum exinaniuit for
mam serui accipiens: humiliauit semet ipsum fac
tus obediens vsqz ad mortem: mortez autem cru
cis. Et istam humiliationem inchoauit in vtero
matris: quia in prima sui subita formatione inuē
tus est minor omnibus paruulis. bea. Auguſtin.
Erubescat homo fieri superbus: postquaz humi
liatus est dominus. Talem et matrem elegit bea
tam Mariam quam ex omnibus humilimam
cognouit. Et eius humilitas traxit eum de celo:
vt ait beatus Bernardus. Immo ipsa dicens. Re
spexit humilitatez ancille sue. Et hoc est quod di
citur Cantic. j. Cum esset rex dominus omnium:
in accubitu suo idest in requie sua: quasi dormire
uideretur et non curare de salute humana. Om
nes enim ad inferos descendebant: nardus mea
dedit odorem suum. Nardus est herba parua:
sed multum medicinalis. Et significat beatam
virginem humilem: que permaxime dedit odo
rem sue humilitatis quando totam se deo com
mittens et subijciens: ait. Ecce ancilla domini cē.
Qui odor vsqz ad celuz ascendit: ⁊ in celo accum
bentem quasi euigilare fecit et in utero suo quies
cere. Et sic dominus tecum: scilicet erit in te quie
scens. Spiritus sanctus tecum beniuolentiam sū
maz exhibens spiritus sanctus supueniet in te Lu
ce. pmo. excitans dilectionem tuam in maiorem
feruorem. Necesse enim erat ait beatus Bernar
dus: non modico amoris incendio preueniri: que
mox conceptura erat dei filium. Hec ille. Et ex
hoc etiam mundo ostenderetur dei amor et beniuo
lentia. Sic enim deus dilexit mundum vt filium
suum vnigenitum daret Joannis tertio. Ut esset
etiam vnigenitus matris Marie beatus Auguſti
nus. Que maior causa veniendi deo: nisi ut ostē
deret nobis dilectionem suam: vt si amare pige
bat reamare non pigeat. Unde et ipse dicebat per
Hieremiam. xxxi. In charitate perpetua dilexi te
propterea attraxi te miserans idest traxi te ad me
suscipiens mortalitatem tuam. Amor autez ⁊ be
niuolentia attribuitur spiritui sancto. Propter
quod dicit beatus Gregorius. Ipse spiritus sanc
tus amor est. Et hec est ratio quare dicitur chri
stus conceptus de spiritu sancto. Quod enim in
ea natum est idest conceptum de spiritu sancto ē:
ait angelus Joseph: de sponsa sua beata Maria:
Mathei pmo. Non quia de materia spiritus san
cti seu substantia eius facta sit illa humānitas chri
sti: seu q spiritus sanctus solus operatus sit incar
nationem illam. Sed vt dicit magister sententia
rum in tertio. quia mere ex amore ⁊ liberalitate
dei factum est vt deus vniretur homini: non ex
meritis nostris: et amor dicitur spiritus sanctus.
Et hoc est quod ait apostolus ad Titum. tertio.
apparuit benignitas et humanitas saluatoris no
stri dei: non ex operibus iusticie que fecimus nos:
sed secundum suam misericordiam saluos nos fe
cit. Unde et sol materialis per zodiacum discur
rens ex signo leonis: quādo est perferuentissimus
calor eius super terram: intrat in signum virginis
ad innuendum q sol iusticie deus noster ex tem
pore veteris testamenti: quando deus ut leo rugi
ens erat deus vltionum: puniens terribiliter pec
catores: vt patet per exempla in scripturis: ex fer
uentissimo amoris caloze intrans in uterum vir
ginis: totus factus est benignus et suauis et huma
nus. Unde et fructus tunc matureſcunt ⁊ suaues
fiunt. Concluditur ergo dñs tecum: pater ⁊ filius
⁊ spiritus sanctus amen.

Capitulum Vicesimũ secundum

Dominus deus fuit cum Maria ad corpus christi formandum: ad prolẽ exaltandũ: ⁊ ad ipam magnificãdũ. Capitulum vigesimum secundum.

Ominus tecũ

Dominus nomen est potestatis ait bea. Ambro. Et quia dominus facturus erat in ea pertinẽtia ad maximam potestatem. Ideo ait. Dominus tecum scilicet erit. Magna potentia dei solius ⁊ ab hominibus honoratur. Et Job. v. dicitur. Facit scilicet deus magna ⁊ inscrutabilia et mirabilia absq; numero. Magnus fuit creare celum et terram ex nihilo. Magnum in diluuio saluare in archa homines: ⁊ de omni genere animalium. Magnum liberare populum de egypto tantis mirabilibus. Magnum conducere populum illum in tanto numero per desertũ xl. annis de celo manna prestito. Magnum omẽs gentes cum regibus suis de terra promissionis p Josue exterminare Et omissis alijs in numeri veteris testamenti exemplis. Magnum fuit christũ cecos illuminare: demones effugare: infirmos sanare: mortuos suscitare. Sed omnia ista magnalia excedit mysterium incarnationis et infinite potentie: quod angelus nunciat dicens.

Dñs tecũ erit. Et hoc tripliciter.
Dñs tecũ ad te incarnandũ.
Dñs tecũ ad prolẽ vite exaltandũ.
Dñs tecũ ad te magnificãdũ.

Dominus tecum §. I.

erit cito ad carnem de te sumendum. Ecce enim cõcipies et paries filium: qui vocabitur altissimi filius. Luce. i. Quod immediate fuit impletum cum virgo respondit. Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum. Tunc verbum caro factum est idest homo de virgine Maria. Et vt dicit Leo papa in sermone. Quod dixit Isaias ca. xliij. Generationem eius quis enarrabit: non solum de generatione eterna ex patre hoc intelligitur: sed etiam ex matre temporali generatione: et permaxime quomodo vnitum sit verbum homini: quia nullus viator capere põt. Sed aliqua dicemus solum quo ad conceptum illius corpori Jesu ex virgine: que tamen non sunt predicanda quo ad aliqua propter carnalem populum: qui pure nescit ista considerare. Da⁹. sic ait. Ex patris beneplacito ⁊ cooperatione spiritus sancti: tribuit creatori creari ⁊ plasmatori plasmari: ⁊ filio ẽi ⁊ deo incarnari ⁊ humanari ex castis ⁊ non coinquinatis eius carnibus ⁊ sãguinibus. Pro horum declaratione dicit Albertus vbi supra scõm philosophiam naturalem ad conseruationem in diuidui ⁊ saluationem speciei: ponuntur quattuor digestiones. Prima fit in ore: quod probant ex eo: ⁹ aliquam operationem et effectum plus hz res masticata ⁹ non masticata. Secunda fit a sto macho vbi segregatur subtile a grosso: et constat ⁹ adhuc neutrum est pars corporis. Tertia fit ex epate vbi fit vlterior segregatio puri ab impuro: ⁊ constat ⁹ adhuc neutrum est initium corporis ul' pars corporis. Quarta fit in membris vbi trãsmittitur magis purum. Et illud ad membra trãsmissum facit tria. Primum est ⁹ nutrit ⁊ saluat substantiam suscipientis: restaurando deperditũ cõtinue defectionis que ex calore naturali est agẽte in suam materiam. Secundum est ⁹ eandem substantiam etiam augmentat ⁊ deducit usq; ad debitam quantitatem: si est citra. Tertium est ⁹ his duabus actiõibus superfluum transmittit ad viam generationis. Et sic semen est superfluitas quarte digestionis. Modo queritur de illo superfluo. Aut de illo tantum fit decisio: vel non tantum de illo. Si tantum de illo: illud nunquã fuit generantis: nec pars corporis: quia in fine quarte digestionis. primo uel conuertitur in corpus si est necessarium: uel transmittitur generatiue si est superfluum. Ergo si tantus de illo fit propagatio: non erit essentialis propagatio: q; nec anima ō anima: nec corp⁹ ō corpore. Item nunquã superfluum illud vnitum fuit masse corrupte: ex cuius coniunctione cõtrahitur originale: ergo ille generator non habebit originale. Item scõm hoc nihil esset in christo: quia iecũdũ esse nunquam fuisset Adam: ergo non descendisset ab eo fm corpulentam substantiam quod ẽ cõtra. b. Aug⁹. Item si dicatur ab ipso Adã descendisse: nõ ⁹ aliquod sui fuerit in eo fm esse: sed tãtum scõm originem anime vegetabilis et nutritiue: que est potentia in semine: ergo potius dicetur descendisse a prima planta vel a primo animali in quo primam originem habuit anima nutritiua ⁊ vegetabilis. Propterea. Cum anima vegetabilis sensitiua vna sit substantia cum rationabili in homine et illa nullam ab Adam habuit originẽ secundum animam uegetatiuam ⁊ nutritiuam: nullo modo dicetur dominus descẽdisse ab Adã. Etsi diceretur: ⁹ in semine est uirtus anime uegetabilis et non in anima: hoc nihil est. Virtus enim non est sine substantia cuius est virtus. Unde ergo facta fuerit ista conceptio dicimus cum Damasceno ⁹ non tantum de sanguine: sed et de sanguinibus et carne beatissime virginis facta est. Et dicim⁹: ⁹ duplex est humiditas sui sanguinis i corpore. Una nutrimentalis: que venit a cibo: et adhuc non est corpus uel pars corporis: sed adhuc potest uel uniri uel pars fieri uel transmitti ad

generationem alterius corporis. Preter hanc est ibi humiditas substantialis: que est actualiter in omnibus membris et est pars essentialis corporis vel generantibus coniuncta vel per nutrimentuz in corpus conuersa et illi vnita. Et ex his vtrisqz fit decisio vel propagatio. Et hoc est quod subtiliter tangit philosophus in libro de anima dicens: q̄ est generationis factiuum. Et hoc duobus modis. Uno modo quia ex superfluitate in vltima digestione fit pars seminis et rei generate. Alio modo: quia per alimentum suscipiunt completam quantitatem: tunc et substantiatiuaz vt non possit ex ipsis decidere essentialiorem 7 veriorem partem seminis rei generate. Alias si nutrimentum esset tantum materia seminis et non effectiuum: non benediceretur factiuum: quod dicit potentiam actiuantem. Nunc autem est nutrimentum et materia seminis: quantum ad maiorem partem ipsius seminis. Et est causa efficiens et conferens membris complementum ad decidendum de se partem essentialiorem et veriorem. Et idem tangit Damascenus dicendo in vno loco: ex sanguinibus et non ex sanguine. Et in alio loco dicit expresse: ex purissimis sanguinibus et carnibus. Et Joannis primo. dicitur in plurali. Qui non ex sanguinibus in plurali: ne que ex voluntate in singulari. Item sciendu secundum Albertum vbi supra: qnod fuit ista conceptio per modum generationis: non per modum creationis. Nec Damascenus dicit creans: quanuis magister sententiarum dicat hoc: sed dicit Damascenus quod non seminaliter: sed conditiue per spiritum sanctum. Et alia translatio habet creabiliter: quasi dicat. quanuis non sit pure creatio. Est tamen ibi proprietas et similitudo creationis: quia videlicet facta fuit subito: et immediate a deo qui non indiget materia. Quanuis enim Damascenus dicat q̄ spiritus sanctus descendit in eam: dans ei virtutem susceptiuam simul et generatiuam: non est intelligendum qō illa virtus beate Marie fuerit causa immediata illius conceptus: sed causa mediata. Non enim a virtute creata potuit hoc esse immediate: sed a virtute increata dei quod probatur: quia coniungere ea que sunt infinite distantie: est potentie infinite. Eiusdem autem virtutis est operari conceptionem et vnionem: quia simul fuit in vno. Sed in ista vnione sūt deus et homo que sunt infinite distantie: ergo hoc fuit a virtute infinita. Nec virtutis create. Nulla enim creatura est infinita virtute. Signanter autem dixit angelus. Ecce concipies in vtero. Nec est superfluum in vtero ponere: quia videtur quod conceptus non fiat nisi in vtero: quanuis enim vterus sit locus conceptionis: tamen ista est differētia inter concipere in vtero: et concipere in vterum: quia omnes mulieres concipiunt in uteruz: recipientes a viro semen in uterum. Sola autem beata Maria concepit in vtero: non homine: sed spiritu sancto in ea conceptum operatus est: secūdum illud Hieremi. tricesimoprimo. Nouum faciet dominus super terram. Femina circundabit virum: quod secundum Dionysium est nouissimum omnium nouitatum. Item in ipso conceptu non habuit beata Maria delectationem cum libidine: ut habent communiter mulieres. Unde angelus docens modum ait. Uirtus altissimi obumbrabit: ideſt refrigeriuz prestabit in eo conceptu: ut calorem libidinis non sentias sicut vmbra refrigerium prestat contra calorez. Habuit tamē summam delectationem spiritualem et gaudiuz: quale intelligi non posset a nobis. Sed et delectationem naturalem habuit tunc in summo. Nam conceptio ista fuit similis illi: que fuit in statu innocentie quantum ad immunitatem peccati et libidinis. Sed illa fuitsset cū maiori delectatione q̄ sit modo que est cum libidine: ergo et illa fuit cum maxima delectatione naturali sine aliquo peccato. Item natura nobilior nobiliores habet operationes 7 delectationes. Sed natura non corrupta nobilior est natura corrupta: vt nunc ergo maior est nobilior eius delectatio. Huiusmodi autem fuit conceptus Marie: quia non natura corrupta in ea ergo et cetera. Stetit autem in utero virginis secundum beatum Augustinum in quarto de trinitate mensibus nouem: et diebus sex. Etsi dicatur q̄ videtur q̄ dies quadragintasex steterit in vtero virginis vltra debitum: et ratio est: quia in alijs pueris in isto spacio dierum: scilicet quadraginta vel q̄dragita sex: secundum alios paulatim perficitur et organizatur corpus paruuli in omnibus liniamentis suis: et tunc formato: anima de nihilo creata corpori infunditur. Sed corpus ihesu in subito cum dixit beata Maria. Fiat mihi secundum verbum tuum: in instanti fuit de purissimis sanguinibus virginis corpus perfectum: completum et organizatum: et anime tunc create infusum: 7 simul deitati vnite. Non tamen superfluerunt illi dies i manendo in vtero virginis. Sed infra illos ut dicit magister sententiarum in tertio corpusculum illud paruissimum super omnia corpora paruulorum in vtero existentium deuenit ad notabilem quantitatem et solitam communiter. Et sic fuit in vtero. cclxxvi. diebus. De sunt viginti nouem hebdomade 7 duo dies. Et congruentissimum et preciosissimum tempus est quo secundū ordinem nature non errantis neqz deficientis partum congruit esse in vtero post anime infusionē. Nec debuit dominus concipi perfectione corpo

rali: que eēt contra modum humane natiuitatis: sed perfectione spirituali. Primo autem homini Ade de terra terreno congruebat perfectio cōporalis. Secūdo vero ade celesti congruebat in illo suo principio perfectio spiritualis: que intelligitur per virum: dum dicitur in illa auctoritate. Femina circundabit virum. Concepit ergo beata Maria cum summa spiritus delectatione: ⁊ etiā cum summa delectatione naturali. Sed naturalis fuit ibi materialis. Spiritualis fuit formalis: sicut ipsa conceptio fuit' spiritu sancto operante tantum: et natura operationem suscipiente.

Quanuis autem post peccatum matres habeant grauedinem et laborem importando prolem in vtero: prout dicit Thobias filio Thob. iij. beata tamen Maria nullam grauedinem sensit: q̄ concepit secundum statum innocentie: idest sine peccato originali in prole. Unde sicut in illo statu innocentie non erat grauamen in matre portante fetum: ita nec beata Maria habuit grauamen Sicut corpus proprium non grauat proprie: sic naturaliter corpus matris et filij i vtero eius quasi vnum corpus naturaliter non grauat. Item quanuis dissolutio seu diuisio continui sit dolor hoc est quando fit istud a principio extra agentez per violentiam: quod non fuit in virgine. Fuit etiam talis: dolor partus datus in penam matribus concipientibus cum libidine. Quod quia nō fuit in virgine: ideo ut canit ecclesia. Nesciens mater virgo virum: peperit sine dolore saluatorem seculorum. Propterea beata Maria ante partū tantum reficiebatur secundum intellectum ⁊ tactum: intelligendo et sentiendo in se habere gaudium paradisi dominum Jesum. Sed post partum reficiebatur de eo secundum omnem sensum et intellectum. Uidens paruulum quem noueāt deum: audiens vagientem: quasi gustans cum oscularetur odorans presentem: palpans et amplexans. Et ideo auctum est gaudio ⁊ delectatio in partu. Item quanuis corpus grossum nō possit transire per aliud corpus nisi diuidendo. hoc est secundum naturam: tamen quia partus virginis fuit miraculosus sicut conceptus: ideo exiuit in mundum per portam clausam: vt prophetauit Ezechi. Saluo signaculo virginali. virgo ante partum ⁊ virgo post partum. Sola etiam virgo lactabat vbere de celo pleno: non per alium modum qui accidit in matribus. Q̄ dominus fuit in beata virgine per exaltationem prolis.

Dominus tecum §. II.

Secundo ad prolem de te exaltandum: quod declarat exprimēs qualis erat nasciturus ex ea. Uocabis in quit nomen eius iesum. Erit magnus ⁊c̄. Hoc nomen iesus: quod secundum beatū Bernardum est mel in ore: melos in aure: iubilus in corde. Fuit ab eterno predestinatum: rem nominis deum prestando: Ro. i. Qui scilicet iesus fact' est ei ex semine Dauid secundum carnem qui predestinatus ē filius dei. Fuit a prophera prenunciatum per longa ātē tempora: Abachuch. iij. Ego: ait in domino gaudebo et exaltabo in deo Jesu meo. Ab angelo intimatum Marie et Joseph: vt hic: ⁊ Mathe. p̄mo. Apparuit angelus domini ad Joseph dicens. Noli timere ⁊c̄. Uocabis nomen eius Jesum. A Maria imperatum et a Joseph executioni mandatum: Luce secūdo Ut circuncideretur puer vocatum est nomen est iesus.

Hoc autez est proprium nomen eius. Et quia nomina imponuntur rebus a proprietatibus earum. Causam huius nominis iposition̄is exp̄ssit angelus dicens. Ipse enim saluū faciet populū suum a peccatis eorum. Unde iesus hebraice: latine saluator interpretatur. Quanuis autem saluare a culpa remittendo eam sit commune tribus personis: quia inseparabilia sunt opera trinitatis ab extra: tamen redemptio per passionem propria est filij incarnati: qui solus est incarnatus. Et secūdum hanc filius solus sanguine suo saluum fecit populum suum a peccatis eorum. Unde ipse solus dicitur iesus idest saluator. Item quanuis vnum proprium non possit esse plurium proprium: tamen unius possunt esse plura propria: vt risibile: disciplinabile: ⁊ susceptibile hominis. Unde cum verbum incarnatum habeat plures proprietates sibi soli conuenientes et nulli alie persone: potest a qualibet earum denominari. Unde plura nomina que dicūtur de deo: vt Isaias. Uocabitur nomen eius Emanuel. Et vocabitur admirabilis consiliarius. Fortis ⁊c̄. conueniunt ei ratione diuersarum proprietatum: ⁊ a qualibet earum potest denominari. Cum vnumquodq3 ab vltimo et optimo precipue habeat denominari. Finis autem est vltimum in vnoquoq3. debet vnūquodq3 proprissime a fine denominari. Et cum finis incarnationis sit saluatio humani generis verbum incarnatum. Ubi filius dei incarnatur recte vocatus est iesus: potiusq̄ alio nomine. Similiter q̄uis mirabilitas et fortitudo ⁊ consilium communia sint diuinis personis: tamen mirabilitas conceptus et natiuitatis de virgine. Fortitudo in morte. Consiliatio in doctrina: verbo et exemplo solum conueniunt Jesu: sicut propria est ei incarnatio. Uñ hac rōe non cōueniunt predicta nomina trinitati: ꝛ vbo incarnato. De istis duobus cōiunctis: iesus christus dicimus ait Alber. nominat vnā psonā a duab' natis: q̄ iuēta ē ex hūanitatē saluator ex diuinitatē hūanitati coniūctaz.

Quantum autem incarnatum ex virgine dominus exaltauerit: ostendit apostolus ad Philip. ij. dicens. Deus exaltauit illum: ⁊ donauit illi nomen qđ est super omne nomen ⁊c. Et hoc ãgelus Gabriel exposuit subdens postquã dixit virgini. Uocabis nomen eius iesum. Erit eni magnus ⁊c. quorum expositio sequitur. De magnitudine prolis cõcipiende a virgine idest iesu. Erit inquit magnus. Et primo. Locutio ista videtur incongrua. Nam cuz magnitudo sit duplex: scilicet molis seu quantitatis materialis et uirtutis. Et de magnitudine corporali non sit intelligenda locutio: quia illa est indifferens. Unde Samueli dictum fuit ꝺ̃ vno ex germanis Dauid. Ne respicias vultum eius: nec altitudinem statute eius: quia abieci euz ꝺ̃mo Regum. xvi. Ergo de magnitudine virtutis. Sed cum qui nunciatur concipiendus sit deus. deo autem nihil accrescat: nulla virtus per incarnationem. Quicquid enim potest homo potest deus ⁊ plus: ergo quicquid potest modo: potuit ⁊ prius: quomodo factus est magnus. Unde et beatus Bernardus. Quare erit et non potius est magnus: qui semper equaliter est magnus: et non habet quo crescat vt quasi maior post conceptum futurus sit qđ ante sit. Quinimmo potius paruus videbatur nunciandus: ꝺm illud Ysaie. ix. Paruulus natus est nobis. Unde ⁊ beatus Bernardus. Non laudatur dominus magnus: et laudabilis valde: sed et paruus dominus ⁊ amabilis valde. Propter quod etiam dicit psalm⁹. Minuisti euz paulominus ab angelis: quod apostolus ad Hebreos. scõ. exponit de verbo incarnato. Ad hoc respondet Albertus vbi supra. Dominus in incarnatione factus est magnus et paruus: quia deus et homo. Magnus in quantuz deus. Paruus in quantum homo. Ergo vna et eadam persona est magnificata et paruificata. Q̃ autem persona diuina sit magnificata: hoc habet ratione humanitatis: quia scilicet ipsa humanitas deo coniuncta est magnificata et exaltata. Nam diuina natura non habet quo crescat cum infinita sit. Paruificata autem et exinanita dicitur diuina persõa ratione diuinitatis: non ex diminutione diuine nature in aliquo: que minui non potest: sed cum inferiori vnitio. Sicut et magnificatio non est nature extra mentem propriam eleuatio: sed cum summa natura personalis coniunctio. Et sic erit magnus. Primo altissima nobilitate. Secundo excellẽtissima dignitate. Tertio immensissima potestate. Quarto diffusissima famositate. Quinto copiosissima vtilitate. Sexto inauditissima nouitate. Istis sex modis erit magnus.

De nobilitate eius §. III

dicitur: Prouerbi. vltimo. Nobilis in portis vir eius: scilicet ecclesie. Cuius sponsus est Jesus cum sederit cum senatoribus terre. Et Luce. xix. in parabola. Nobilis quidam abijt in regionem longi quam accipere sibi regnum et reuerti. Hic vtiqz magnus. Naz ps. de eo. Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: ⁊ magnitudinis eius non est finis. Et quis magnus sicut deus noster. Job. Altior celo est: profundior inferno: latior mari: ⁊ longior terra: mensura eius: scilicet spiritualis: videlicet i potestatis sublimitate. In sapientie limpiditate. In charitatis viscerositate. In permanẽtie eterni tate. bea. Bernard. Plane magnus: quia tam magnus qđ altissimus. Altissimus enim pater eius ẽ. Quã altus autem pater sit non potuit inequalez sibi gignere filium: Fecit vtiqz angelum magnum sed non quantus est ipse. ⁊ fieri non potuit altissimus: quod sibi ipse vsurpare voluit dicẽs. Similis ero altissimo. Solum autem vnigenitum quez ñ fecit: sed genuit: omnipotens omnipotentẽ altissim⁹ altissimũ: coetern⁹ coeternũ: ipsuz sibi per omnia comparari nec rapinam extimat nec iniuriaz. Unde et angelus: postqđ magnus dixit: subdidit. Fil⁹ altissimi vocabitur. Ecce nobilitas altissima expressa. Quãuis autez dicatur in libro Ecclesiastici. Eris filius altissimi: obediens scilicet mandatis dei. Aliter tamen qđ iste. Nam sancti viri et obedientes diuinis mandatis: sunt filij per adoptionem secundum illud apostoli ad Galathas. Misit deus filius suum natum ex muliere ⁊c. vt adoptionem filiorum reciperemus. Hic autem filius altissimi per eternam generationem. Uocabitur ait altissimi filius. Aliter qđ alij. Nam alij vocantur nominis illius impositione. Hic autem et nominis et rei et diuine nature per operarum declarationem. Uocabitur altissimi filius eterna nominatione. ps. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie idest eternaliter genui te. Scripture attestatione. Joannis prophetatione. Operum probatione. Patris eterni declaratione. Columbe ostensione. Petri confessione. Demonum suspitione. Doctrine singularitate: quia nũquam sic locutus est homo dixerunt iudei: missi ad capiendum eum: Joannis septimo. Facile est de his auctoritates scripture haberi ob breuitatẽ dimissas. Uocabitur ergo ab hominibus ex predictis altissimi filius. Unigenitus in esse nature. Primogenitus ꝺ̃onis gratie Sũmus in esse glorie. Unum erit in essentia cum patre Erit a patre eterna generatione. Unũ principium in cõmuni inspiratione.

De excellẽtissima §. IIII

dignitate ait per os Dauid ps. ij. Ego constitutus sum rex ab eo. Et Apocalipsis. xx. dicitur. Q̃

habet scriptum dei filius in femore suo :idest humanitate:rex regum et dominus dominantium : quod ẽt ostensuz fuit in visione Nabuchodonosor in lapide illo exciso a mõte sine manibus:qui percutiens statuam illam signantez quattuor monarchias mundi:ex quattuor partibus eius diuerse materie .cõfectam ad nihilũ redegit:7 factus ẽ mons magnus dominans omnibus:vt habetur in Daniele. Unde et angelus subdidit . Dabit illi dominus sedem Dauid patris eius idest dignitatem regiam. Sed potest merito dubitari : de quo regno loquatur :videlicet spirituali siue temporali . De temporali non videtur intelligenduz: cuz ipse dixerit . Regnum meum non est de hoc mundo : Joannis decimoctauo. Unde cum turbe post miraculum factum: faciando quinqz milia hominum ex quinqz panibus:voluissent eum facere regem aufugit: Joannis sexto. Sed nec de spirituali quo scilicet regnat per gratiam in ecclesiaa : quia in quantum homo non confert gratiam . In quantuz deus semper habuit tale regnũ spirituale . Et sic ei non fuit datum quod habebat. Sed respondetur q̃ christus regnum temporale 7 spirituale recepit in sua incarnatione. Naz etiam in quantum homo datum fuit ei dominiũ totius mundi . Sed non eo vsus pauperrime docens:vt nos suo exemplo induceret ad contemptum mundi beatus Augustinus. Omnia terrena contempsit homo christus:vt contemnenda esse demonstraret : et exemplificat per particularia . Et isto modo regnum eius non fuit de mundo . Regnum spirituale in quantum homo habuit : in quantuz caput est ecclesie merito passionis nobis gratiam procurans : 7 exemplo ecclesiam regens et verbo : propter quod ait pilato . Tu dicis quia rex sum ego . Ego in hoc natus sum : vt testimonium perhibeam veritati: Joannis decimo octauo. Unde glosa super dicto verbo. Dabit ei dominus sedem Dauid ꝛc. dicit. In presenti vita corda inhabitans : scilicet per gratiam regnabit ad gloriaz vocans ut regnemus cum eo in patria Hinc leo papa in sermone. Agnosce o christiane dignitatem tuam et diuine consors factus nature noli in veterem vilitatem degeneri conuersatiõe redire. Memento cuius capitis et cuius corporis sis membrum . Reminiscere quia erutus de potestate tenebrarum:translatus es in dei lumen et regnum. Non solum autem hominum:sed et rex est et dominus angelorum . Unde Mathei quarto dicitur. Accesserũt angeli et ministrabãt ei :vt scilicet domino suo. Et ad hebreos primo. Cum introducit primogenitum scilicet christum in orbez terrarum dicit. Adorent eum omnes angeli eius. Et in hymno. Tremunt videntes angeli versa vice mortaliuz. Culpat caro:purgat caro: scilicet christi:regnat deus dei caro. Et iterum ad hebre.i. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis scilicet christus tanto melioz angelis effectus: quanto differentius pre illis nomen hereditauit. Cum igitur deus nominetur 7 sit:et deus sit rex angelorum:ergo et christus est rex angelorum .

Sed pro huius pleniori declaratione:sciendũ secundum Albertum vbi supra:q̃ de domino ihesu christo possumus loqui secundum quattuor modos. Primo de ipsa ypostasi seu persona diuina:scilicet filio dei. Secundo de natura idest persona ipsa ratione diuine nature que est in ea. Tertio de persona ratione humane nature assumpte scilicet secundum quod est in unione cum diuina Et his tribus modis christus est superioz omni angelo 7 rex angelorum. Quarto modo secundum q̃ in se est ipsa humana natura circũscripta diuinitate : 7 sic est inferioz angelo :secundum illud. Minuisti euz paulominus ab angelis . Quod uerum est secundum naturam seu perfectionem naturalem. naz natura intellectualis superioz est rationali . Sed secundum gratiam infusam anime eius et gloriam maioz est omni angelo sine comparatione . Unde et sedere dicitur a dextris dei : Marci vltimo. idest in potioz gloria super omnes homines et angelos.

De immensa eius §. v.

potestate .ps. Quis deus magnus sicut deus nr̃: noster scilicet frater effectus per incarnationem. tu es deus qui facis mirabilia:notam fecisti i populis virtutem idest potentiam tuam. Potestatẽ habeo ponendi animam scilicet per mortem 7 potestatem habeo iterum sumendi eam:aut ipse Jo. x. scilicet propria virtute resurgẽdo . Dicit. b. Augustinus. Maius esse iustificare peccatorem : qõ fit remittendo peccata:q̃ creare celum et terram: quod est imense potentie. Nam per creationẽ res producitur ad esse nature. Sed per iustificationem ad esse gratie. Potioz aũt ẽ gratia q̃ natura:ait. be. Ambro . Filius ãt hominis hz potestatẽ in terra remittendi peccata:ait ipse Math. ix. imo ut ait b. Aug. de conse. di. iiij. Nemo tollit peccata nisi christus qui est agnus dei tollens peccata mundi: sua deitate effectiue :sua humanitate meritorie . De diabolo dns dicit ad Job penultimo ca. Non est potestas similis ei super terrã. Sed dns Jesus fortis 7 potens:dns potẽs in prelio eũ superauit magnitudine potẽtie sue. Cum fortis potẽtia naturali . armatus malitia experimẽtali custodiret atriũ suum scilicet mundi in pace ea possidebat:vt dicitur Luce. xi. Tyrannice sibi usurpato dñio:nõ reperiebaꝫ q̃ ei resisteret ex defectu virtutis in humano genere . Sed superueniens fortioz eo: pugnãs cũ ipso manu inermi et assixa cruci:debellauit iquit. b. Augu. aereas potestates et uniuersa

arma eius in quibus confidebat: abstulit scilicet malitias detegens verbo et exemplo: ⁊ spolia eius diripuit animas captiuas ab eo liberando. Sed et hanc suam magnam potestatem discipulis cō municans ait. Ecce dedi vobis potestatem super omnia demonia ⁊c̄. Luce nono. Data est mihi inquit omnis potestas in celo et in terra: Math. vltimo. Que q̄dē potestas ꝑm magistrū in. ij. sñiaꝫ sibi collata est a principio sue conceptionis. Sed resurgenti asserit sibi collatam: quia tunc fuit hoc manifestatum. Nam sicut ipse fuerat potens in opere miraculorum: ⁊ sermone coraꝫ deo et omni populo: Luc. xxiiij. ita concessit apostolis vt in nomine eius demonia eiicerent. Linguis nouis verba exprimerent. Serpentes tollerent: venena propellerent. Infirmos a varijs languoribus curarent: cecos illuminarent: mortuos suscitarēt: confortati potentia virtutis eius. In celo data est ei omnis potestas: quia his qui credunt in nomine eius dedit potestatem filios dei fieri: Joannis ꝑmo. Et potestas eius potestas eterna. Ut dicitur Danielis. ix. Recte ergo dicitur ei danda sedes dauid: qui interpretatur fortis roboꝛe. Et figuratur regnum christi super ecclesiam militantem per regnum dauid: qꝛ huius regnum ecclesie est in bello contra vitia: ⁊ in effusione sanguinis: et castigatōne coꝛporis: ⁊ crucifixione carnis a vitijs: sicut et regnum Dauid fuit cum bellis et laboribus. Sedes ergo Dauid est ei danda scilicet spiritualis regni sacerdotij: magisterij iudicij: conuiuij. Et dicitur sedes ista Dauid: vt dicit Albertus: propter carnis propagationē: quia ab eo ꝺscendit. Propt̄ diuinam electionem. Eligi hominem ꝑm coꝛ meum: ait dominus te Dauid. Propter humilem exaltationem. Ex paruo assumptus est in regnum humilis valde. Unde ait Uilioꝛ fiam plusq̄ factus sum: ⁊ humilis eo in oculis meis dixit ipse Michol. ij. Regum. vi. Propter hostium deuictionem: quia plurimos hostium subiecit. Propt̄ sanguinis effusionem multos occidens: precipue Goliath. Propter diuini cultus augmentationē: vt patet primi Parallp. i. Propter spiritualem ꝓmissionem. ꝑs. De fructu uentris tui ponam supsedem tuam. Propter virtutem similitudinem: et charitatis magnitudinem: Et figuratur regnum christi super ecclesiam militantē per regnum Dauid: quia cuius regnum ecclesie est in bello cōtra vitia ⁊ in effusione sanguinis ⁊ castigatione coꝛporis ⁊ crucifixione carnis a vitijs sicut et regnū Dauid fuit cum bellis et laboribus.

De utilitate maxi §. VI.

ma eius dicitur in libro Sapientie. Magna sunt iudicia tua domine et inenarrabilia verba tua. Magnificasti populum tuum et honorasti. Uere magnus dominus ⁊ magna misericōdia eius: qui dat donum equale sibi iquit beatus Augustin⁹. Deus enim factus est homo: vt homo fieret deꝰ. Unde Petrus in canonica epistola. Maxima et preciosa donauit nobis deus: vt simus diuine nature cōsoꝛtes. Quis maioꝛ honoꝛ esse potest: que maioꝛ vtilitas. Unde Leo papa in sermone. Redit in honorem suum ab antiquis contagijs purgata natura moꝛs moꝛte ꝺstruitur natiuitas natiuitate reparatur. Quisquis igitur pie et fideliter ⁊ christiano nomine gloꝛiaris: reconciliationis huius gratiam iusto perpende iudicio. Tibi enim quondam abiecto: tibi exclusso a paradisi sedibus tibi per exilia longa moꝛienti: tibi in cinerem ⁊ in puluerem dissoluto: cui iam non erat spes vlla viuendi: per incarnationem verbi potestas data est: vt de longinquo ad tuum reuertaris auctoꝛem recognoscas parentem: liber efficiaris ex seruo: ō extraneo promouearis in filium: vt qui ex coꝛrupti bili carne natus es: ex dei spiritu renascaris: ⁊ obtineas per gratiam: quod non habebas per naturam. Et male conscientie absolutus reatu. celestia regna suscipias si voluntatem dei facias: diuino fultus auxilio. Hec ille. Et ideo Isaias ait. Paruulus natus est nobis. Filius datus est nobis. Et angelus ad pastoꝛes: Luce. ij. Natus est vobis saluator qui ē christus dominus idest ad vestri vtilitatem. Unde beatus Bernardus. Magnificetur a nobis paruus et magnus dominus: q̄s vt faceret magnos factus est paruus. Paruulus inquit Isaias natus est nobis: non angelis qui cum magnuz haberent: paruum non requirebant: nobis ergo natus nobis datus: quia et nobis necessarius. Et ideo ō nobis nato vel dato faciamus id ad quod datus est nobis. Utamur nostꝛo ad nostram vtilitatem: vt de saluatoꝛe salutem operemur. hec be. Bernard. Tunc autem salutez consequimur: si vitam eius imitamur. Nam vt ait beatus Augustinus i sermone. Domo sequendus non erat: qui videri poterat. Deus sequendus erat: qui videri non poterat: ut ergo homini exhiberetur: q̄ ad homine videretur: quem homo imitaretur: deus factus est homo: qui omnia bene fecit. Unde et angelus dixit. Regnabit in domo Jacob in eternū: quod quidem de domo materiali Jacob intelligi non potest: quia illa nō manet in eternū. Sed de domo spirituali secundum interpretationem nominis. Interpretatur enim Jacob supplātatio. In illa ergo domo idest mente regnat iesus per gratiam perducens inde ad gloriam: que diabolum supplantat idest superat mundum: ⁊ carnem: cum concupiscentijs suis. Qui vt Jacob patienter suffert iram fratris: vitat scandala proximi. Simplex est et domi conscientie secum manens: qui patriam: et parentes ad voluntatem patris: scilicet dei deserit: qui ut aduena

peregrinatus in terra: uigilans die ac nocte: estu uritur et gelu super gregem suorum subditorum. Uel saltem sensuum ⁊ cogitationum suarum: ne aliqua occidatur a lupo infernali: qui ditatus virtutibus et multiplicatus in filijs bonorum operum: ex lya actiue ⁊ Rachel contemplatiue. Demum disponente deo ad patriam supernam regreditur in lucta angelum vincens malum: tamen qui scilicet preliatur in fine nobiscum. Unde nomen mutat israhel: qui interpretatur videns deum: scilicet per gloriam. Regnabit in domo Jacob: miseris miserendo: malos extirpando: bonos exaltando: omnibus imperando: hostes subiugando curias celebrando: iura promulgando: regnum dilatando. De sunt conditiones magni regis: quas habuit et in utilitatem nostram exercuit rex iesus: quoniam deus magnus dñs.

De diffusissima §. VII.

famositate: magnus erit. Prius dicebatur a psalmista. In israhel magnum nomen eius scilicet veri dei. Nam alijs nationibus etiam romanis i quibus erat monarchia declinantibus ad idolatriã: paruum et pene nullum habebatur nomen veri dei: cum multos colerent deos. Sed post verbi incarnationem: impletum est quod Malachie. i. pnunciatum est scilicet a solis ortu vsq; ad occasum magnum nomen meum in gentibus idest magna fama vbiq; diffusa: de magnitudine veri dei icarnati. Quod etiam signatum fuit in principio sue natiuitatis venientibus ex oriente tribus regibus magnis in sapientia: ⁊ ideo magnis donis adorare recenter natum: ex muneribus ostendentibus veram fidem diuinitatis eius: ex thure mortalitatis assumpte: ex mirra regie dignitati naturaliter ⁊ spiritualiter: ex auro: ad innuendum q̃ ex trib⁹ mundi partibus asia aphrica et europa: venturi essent ad veram fidem eius: reges et sapientes cum populis suis: quia non soli venerunt. Et in occidẽte die sue natiuitatis ostenso paruulo circa sperã solis i gremio: puelle a sybilla Octauiano monarche mundi: reuerentiam ei exhibuit ⁊ sacrificium vt narrant hystorie. Magnus ergo domin⁹ ⁊ laudabilis nimis: et magnitudinis eius. s. fame non est finis. Naz per longum et latum totius terre: ⁊ per profundum inferni et altitudinem celi: diffusa est fama infinite bonitatis ⁊ perfectionis eius: beatus Hieronymus gallie ⁊ britanie ⁊ aphrica ⁊ persis: oriens et india. Unum christum adorant: vnam sequuntur regulam veritatis: dis. lxxxriij. Legimus. Licet nunc multe ex his nationes recesserint a veritate fidei ⁊ vnitate ecclesie: vt india et aphrica: oriens et persis. In huius figuram legitur iij. Regum. x. Quia magnificatus est rex Salomon super omnes reges terre: ⁊ omnis terra desiderabat videre vultũ ei⁹. b. Berñ. Uere magnificatus est: quia magnificauit eum dominus in cõspectu regum vt adorent eum omnes reges terre: omnes gentes seruiant ei. In se quidem nihil est factus maior: quia a deo maximus erat ut crescere non posset. Sed factus est magnus in mentib⁹ hominum ⁊ opinione ⁊ laude: qui prius nullus putabatur. Unde ⁊ regina Sabba audita fama eius glorie et sapientia que designat gentilitatem. Ueniens ad eum videndum: cernens magnificentiam eius ⁊ curie sue: adeo stupuit vt vix in ea remaneret alitus. Dixitq; ei. Maior est gloria ⁊c. Uicisti famam virtutibus tuis. Beati serui tui: q̃ stant coram te ⁊c. Et regnum Salomonis figurat regnum ecclesie triumphantis in quo regnat christus cum sanctis ⁊ in sanctis: in gloria in supna hierusalem que interpretatur visio pacis. Ubi est perfecta pax in qua regnat rex pacificus Salomon. Nam regnauit multo tempore in maxima pace ⁊ gloria: sicut regnum Dauid quod fuit in bellis significat regnum spirituale ecclesie militantis. Sed de superno regno veri Salomonis dicitur Isa. xxxij. Sedebit populus in pulchritudine pacis in requie opulenta. Et de hoc simpliciter intelligitur quod ait angelus. Regni eius non erit finis. Nam regni quo regnat in ecclesia militanti est vtiq; finis: quando scilicet finietur mundus: tunc nõ erit amplius ecclesia militans: sed triumphans efficietur. Et finis non erit talis regni quo christus regnat cum sanctis et sancti cum eo. Sũma nouitate erit magnus. Nouum enim faciet dominus super terram. Femina circundabit virum. Et Dionysius dicit q̃ hoc est omnium nouorum nouissimum. Magnus inquam erit: ait Albertus secundum omnem modum. Hiere. Magnus deus cõsilio et incomprehensibilis cogitatu. Magnus secundum substantiam: quia deus magnus psalmus. Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis in ciuitate dei nostri. Magnus secundum quantitatem: quia omnipotens nomen eius: et ideo gloriose magnificatus est: Exodi decimoquinto. Magnus secundum qualitatem: quia summe bonus. psalm. Magnus dominus et magna virtus eius: scilicet bonitatis. Magnus secundum relaxationem: quia filius altissimi dei. scõo. Regum septimo. Ego ero ei in patrem: et ipse mihi in filium. Magnus secundus quando: quia eternus: Ecclesiastici primo. Fons sapientie verbum domini in excelsis. Magnus secundum vbi: quia vbiq; beatus Augustinus. Deus vbiq; est non locis: sed actionibus: psal. Quo ibo a spiritu tuo: et quo a facie tua fugiam et cetera. Magnus secũdum situm: quia ut ait Ysaias vltimo. Le lum mihi sedes est: terra scabellum pedum meorum. Et sedet super cherubim: et volat super pennas ventorum. Sedet quoq; ad dexteram

patris et interpellat pro nobis. Magnus secūduz habitum quia vestimenta eius sunt alba super niuem: et qualia non potest facere fullo super terrā Fortitudo et decor indumentum eius. ꝓuer. vltio Magnus secundū actionem: quia in principio creauit deus celum et terram: Hen. i. idest filium genuit: in quo omnia creauit ⁊ recreauit ⁊ glorificauit. Ipse opera fecit que nemo alijs fecit: que testimonium perhibent de eo ꝙ filius dei sit. Magn⁹ passione. Uidimus enim eum: dicitur Isa. liij. nouissimum virorum virum dolorum. Qui passus est pro peccatis nostris. b. Bern. Et tu quidē vgo puulū pariēs puuluz nutriēs: puulū lactēs. Sz videns paruulum magnum cogita. Et infra. Ecce paruulus in medio statuitur. O paruulus paruulus desideratur. O vere paruulus: sed malitia nō sapientia: Studeamus effici sicut paruulus iste. Discamus ab ipso: qz mitis est et humilis corde: ne magnus videlicet deus factus sit sine causa homo paruulus. Et sic paruus est et magnus. Leo ⁊ agnus. Leo de tribu iuda: ⁊ agnus qui tollit pecata mundi. Dominus ergo tecum: ad magnificādum filium ex vtero tuo.

Quantum ad ter §. VIII

tium principale: dominus tecum: ad te virginem matrem magnificandum. Et hoc ipsa expressit in cantico suo: dicens. Fecit mihi dominus magna qui potens est. Ideo magna: qz dominus fortis ⁊ potens est. Et vt notat dominus Joānes domini ci super magnificat in dicto. verb. Duodedecim magna dicuntur in scriptura que dominus fecit i Maria: signata per duodecim stellas: que habebat in capite mlier amicta sole: Apoc. xij P. zimo fecit magnum patriarcham vehementer affectuz Secundo fecit magnum prophetam a domino dilectum. Tertio fecit magnum monarcham diuinitus effectum. Quarto fecit magnam feminaz venerandam. Quinto fecit magnam creaturam inhabitandam. Sexto fecit magnam veritatem imitandam. Septimo fecit magnum obiectum realis bonitatis. Octauo fecit magnum subiectū diuine claritatis. Nono fecit magnum conceptuz eternalis vnitatis. Decimo fecit magnam auem altius scandentem. Undecimo fecit magnam edē sanctius habentem. Duodecimo fecit magnam vocem latius currentem. Hec omnia fecit in Maria magna. Et ideo aptissime dicitur. Dominus tecum: ad te tam magnificandum. Quantuz ad primum fecit dominus Habraham magnum patriarcham: de quo scribitur in Gene. ꝙ ibat ꝓficiēs atqz succrescens donec vehementer magn⁹ effectus est cuicz dixerat dominus cuius figuram tenebat in sua persona. Ego sum merces tua magna nimis. magn⁹ vticz possessie. Magn⁹ expectatie. Magn⁹ cui fca ē repromissio magna. Uidisti magnū factū sub ūbra rē. Intuē hoc factū illi cui dominus fecit magna in re certa et luce preclara: Habrahaz patriarcha: quasi patrum archa quoniam ex eo patres prodierunt in mundum. Ecce plusqz Habraham i Maria: ex qua nati sunt spiritualiter omnes patres: etiam Abraham scilicet in fide filij. Et potens fuit deus suscitare filios Habrahe spirituales de lapidibus istis gentilibus: vt dicit baptista. Habraham concha patrum. Maria concha dei. Habraham pro mercede deuz expectat: iam illa eum habebat. Quāpulchre Habraham dictus est succrescens. i. ex iubiectione crescens: vel successiue crescens. Quis dubitat in veteri testamento Habraham significare patrem celestem: qui unus in natura cum filio se subdidit i filio vni puelle: qui paruus erat in orbe terraruz. Sed magnificatus est per mundum vniuersum: ut a solis ortu vsqz ad occasum laudabile nomen eius. Secundo fecit dominus Moysen ꝓphetam magnum. Sic enim de eo habet scriptura. Fuitqz Moyses vir magnus valde in terra egypti. Ergo a maiori maximus fuit in terra viuentium. Preludebat hic christo: qui factus est i Maria. In egyptum venit quando mundū intrauit: areolam reperit aromatum. s. Mariam que irrigabatur sicut paradisus delitiarum: que intrauit vt pascatur ibi et lilia colligat. In hac areola factus est: et genitus ille propheta magnus: de quo clamabat turba. Propheta magnus surrexit in nobis. Lu. septimo. Hoc fecit domin⁹ magnum i Maria: Quod vtique vere magnum extimauit Elisabz: ꝙ esset a matre domini salutata Unde exclamauit. Unde hoc mihi vt veniat mater domini ad me. Ad hanc autem venit deus nō tribus mensibus apud eam mansurus: sed nouez immo in eternum. Uenit non visurus: sed videndus: Non transiturus: sed mansurus: Non vt cognatus: sed vt filius ⁊ dominus deus meus. Non solum illuminaturus: sed prophetissam facturus Cum ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Nec mirum. Si enim ad vocem Marie Elisabet prophetauit: et paruulus Joannes in vtero eius exultauit factus propheta: quanto magis dicta ipsa debet prophetissa: prophetas faciēs. Fecitque dominus monarcham magnum Dauid Unde de eo dicit. Fecitque tibi nomen grande iuxta nomen magnorum: scilicet principum q̄ sunt in terra. Que tamen magnitudo terre est instar puncti. Sed mundus talis nūcupat magnos: qa vestigia gerunt magni dei: qui est rex regum dominus dominantium. Ecce capacissima virgo dicit. Fecit mihi dominus magna. Dedit enim sibi non vt ancille vel nutrici vl doctrici: sed vt dilecte matri dominiū vniuersorum cuius regni ñ erit finis.

Capitulam .xxii.

Ad cuius aspectum angeli tremūt: celi non capiunt: elementa pauent: veneratur omnis mūdus inferna sustinere nequeunt. Hic factus est in maria: et inde Maria imperatrix et monarcha mūdi. Fecit deus quarto cuidam q̄ esset magna femina scilicet sunamitis illa coniugata: eo maiore quo cenaculuz in domo sua meruit edificare. In quo susciperet Heliseum qui interpretatur deus saluator meus. Sed domine nostre Marie fecit dominus non solum vt esset magna femina: sed et magna virgo. In cuius vteri sancti cenaculo reciperetur Heliseus: id est saluator deus meus non figurate sed expresse: vt saluum faceret populum suum a peccatis eorum. Nam super defunctum genus humanum expandit se: et facta sunt organa hominis membra diuina: discurrens hinc inde per iudeam: samariam: et galileam calefecit verbis exemplis et miraculis: atque obscitans septies: totiens protestans: q̄ esset propheta promissus in lege: tandem collocatus in lecto crucis: surrexit qui erat mortuus et cepit loqui dicens. Uere filius dei erat iste ac ꝫstitutus est matri sue: que stabat iuxta crucem hoc munus expectans: hoc reputauit sibi ꝯmagnum: vnde dicere potuit. Fecit mihi dominus magna filium reddens viuum

Quintum magnum quod fecit deus est terra et celum7 in eo luminaria magna. iij. Esdre. viij. Magna est terra: excelsuz celum: velox cursus solis. Et magnificus qui fecit ista scilicet deus. Terra est beatissima virgo quo ad corpus terrenum humile et fructiferum. Celum ipsa quo ad animā totam celestem plenam claritate et syderibus virtutum. De his celo et terra dicit dominus Isa. vltimo. Celum mihi sedes est: et terra scabellum pedum meorum. In anima enim eius propter maximam puritatem requieuit deus. Et in corpore eius terreo fuit scabellum vbi steterunt pedes eius idest humanitas assūpta in ventre eius. Ibi et sol maximus. Sol iusticie christus deus noster. Et quem celi capere non poterant suo gremio continuit. Et quez totus non capit orbis: in sua se clausit viscera factus homo. Fecit ergo mihi magna qui 7c. Sextum magnuz est veritas. vnde tres cubicularij qui mouerant questionem quid esset omnibus fortius. Cum vnus dixisset vinum: alter rex. tertius scilicet Zorobabel dixit mulierem omnibus predictis fortiorem. Sed erat 7 quartum adhuc fortius. Magna est veritas et fortior omnibus. Et hoc declarans per rationem assensuerūt omnes rex cum principibus suis: Dicentes. Magna est veritas et prevalet. iij. Esdre. viij. Mulier magna et fortis est beata Maria: ob cuius amorem 7 deuotionem multi se exponunt laboribus mortis. Multi qui rapiunt et: idest ecclesijs eius 7 imagini offerunt ipsa procurat vestes virtutuz hominibus: ipsa gignit reges spirituales et vineas colentes: scilicet prelatos merito sui et exemplo: Tamen fortior est ipsa 7 maior veritas christus qui ait. Ego sum veritas. Sed veritas ait psalmista: de terra orta est: idest de virgine: et iusticia exinde: idest iustificatio de celo prospexit. Septimum est magnum obiectum: scilicet anima iustificata 7 timorata: Ro. viij. Quos iustificauit hos magnificauit: dicente sancta Judith. Qui timent te magni erunt apud te. Hec autem virgo beatissima humillima: cum qua timor filialis contrahebat fedus: ita vt cum angelo sibi loquente turbaretur in eius sermone: idest metueret antequaz angelus ei predixisset. Ne timeas Maria et cetera. fuerat a tota trinitate prescita simplici sciētia et predestinata electionis noticia: conformis futura incarnati magni verbi: plusquam omnis alia creatura cum sit filius ei⁹ imago patris in celis: 7 matris in terris religionis proprietatem in vtroq; conseruans. Hec fuit a patre vocata per angelum in sponsam vt rebecca per Heleazar procuratorem Abrahe in coniugium Isaac. A spiritu sancto sanctificata ab omni titillatione possibili quantuncunque minima. A filio suo magnificata sic vt altior diceretur omni ente finito. Hec ē ab angelo venerata desiderata a patriarchis: a prophetis prenunciata: quesita a regibus: a sacerdotibus figurata. Exaltata ab apostolis: martyribus admiranda. Lux confessoribus: a virginibus imitanda: et inuocanda a cunctis nationibus que sub celo sunt. Proculdubio cecinisset: fecit me magnam nisi astutisset humilitas profundissima et diuinas laudes narrat non suas dicens: fecit mihi dominus magna. Octauum magnū scilicet. Subiectum vocat scriptura diuina circa quod principalius versatur intentio sua: ad hoc volentes discipulos vocat et ait. Audite me: quia de rebus magnis locutura sum: Prouerbiorum. Tres sunt res personales magne: de quibus proponat omnem sermonem. Pater et filius et spiritus sanctus: et hi tres vnum sunt. Sed particulariter tres res magne dicuntur caro. spiritus et uerbum: que sunt unus homo. Erga quem sicut et fine specialius eloquia diuina versantur. Est enim christus deus et homo: finis omni credenti et scribenti ad salutem. Cui omnes turbe precedentes et sequentes noui testamenti et veteris clamāt. O sanna. Necnon: vigintiquattuor seniores qui sunt omnium librorum veteris testamenti: scriptores certi capitum coronas eorum ad huiusmodi agni pedes apponunt: sicut ille de se cuncta scripta fuisse testatur cum ait. Consumatum est: et glosa quam fecit post suam resurrectionez cum aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas dicens. Quoniam oz impleri omnia q̄ scripta sunt de me in lege: et ꝓ ꝓphetas: 7 ps: Luc. vltio. Uerum quanto facta sunt potiora verbis vel scri

ptis: tanto sunt maiora ostensa in Maria q̃ i scri
ptura per deum. Nam scripture dedit vt chri
stum loquatur. Marie contulit ut per eam chri
stus pandatur. Ibi eum multiplex tegit figura.
hic vestit eum Marie caro pura. Ibi pronuncia
tur. hic ostenditur. Ibi latet in mortua charita.
hic p3 in carne monstrata. Ibi dicta sunt magna:
h̃ fca sũ magna q̃ fecit mihi inquit oñs magna q̃
potens est. Nonum est magnus conceptus et
noster profectus pietatis increate: qui dicitur mi
sericordia sua: quia secundum magnitudinem su
am: sic misericordia eius cum ipso est. Magna e
nim est misericordia dei solius dicit Ecclesiasti
cus. Dec ita lata est: q̃ misericordia domini ple
na est terra ita longa q̃ vniuerse domini vie mi
sericordia et veritas. Ita profunda q̃ si ad infer
nũ adest propheta. Luz iratus fueri misericordie
recordaberis. Ita sublimis: q̃ in celo domine mi
sericordia tua: et misericordia eius super omnia
opera eius. Ita domestica q̃ complet viscera
eius Luce primo. Per viscera misericordie dei
nostri ꝛc̃. Ita multiplicabis: q̃ misericordia eius
a progenie in progenies Luce primo. Ita dura
bilis q̃ misericordias domini in eternum canta
bo. Hanc nedum magnam: sed et maximam fe
cit in virgine pia: ut merito nominetur mater
misericordie et regina eius. Unde in anthia.
Salue regina misericordie. Hanc qui petit si
ne ipsa duce: sine pennis seu alis tentat volare.
Si mirantur iudei montani laudantes deum:
quia deus magnificauit misericordiam suam cũ
Elisabeth: partum sterili tribuendo: quanto de
bent laudibus dignis deum efferre christiani:
qui virgini tante talem ministrauit conceptuz.
et partum nouum presentibus: preteritis et fu
turis recordatus misericordie sue: sicque fecit sibi
magna. Magnam auem scilicet aquilam chri
sto sub figura regis cuiusdam licet mali Ezechiel
propheta Joannem euangelistam demonstrat:
cui fuit tam alte volandi data potestas: ut de me
dio cedri medullam eius cum frondibus suis q̃
significat mediam in trinitate personam cum
frondibus verborum suorum: que sunt ad sani
tatem gentium: et portauit in vrbem negociato
rum idest credentium dicens. In principio erat
verbum ꝛc̃. Usque verbum caro factum est
et cetera. Ecce primo volauit maxima auis vir
virgo: et non continuit alas quo usque perueni
ret apud deum. Inuenisti enim gratiam angelus
apud deum. Ipsa virgo parauit viam Joanni
portas aperuit reserauit archana. Quid si di
xero virginem fuisse Joannis doctricem: vt per
hanc diuinitatis noticiam secundata inferior pre
facta discipulus christi et filius recommendatus
Marie peruenerit ad illud scire suppremum.
Mater fuit facta Joannis testimonio filij sui.
Matris est docere filium. Filij est auscultare ma
trem. Et quia noluit quod mater sua publice
predicaret: omnium mulierum norma futura:
quibus predicare non licet: dedit Marie vt Jo
annes filius eius edoctus ab ea per orbem postea
verbum disseminaret diuinum. Et quia deus est
qui operatur intus in docendo siue sit angelica
siue lingua humana. Ideo per hoc non intelligi
tur quin ipse Joannes vt aquila grandis tulerit
medullam cedri. potans de sacro domini pectoris
fonte. Fecit ergo dominus aquilam grandem ma
gnarum alarum Joannem: sed Mariam maio
rez que eum edocuit. fecit ergo dominus magna.

Undecimum magnum ponit aggeus prophe
ta scilicet domum dei dicens. Erit gloria domus
istius nouissime prius q̃ prime: dicit dominus ex
cituum. Quod dictum de materiali domo di
idest templo intelligi non potest: cum longe infe
rior gloria et magnificentia illius templi materia
lis in hierusalem post Aggeum vsque ad vltimaz
desolationem et destructionem eius per romanos
q̃ fuerit ante tempora Salomonis ꝛ aliorum re
gum. Hinc est q̃ exorans vnus de reedificatorib⁹
primis narrat fleuisse seniores qui viderant glori
am magnam domus prioris: videntes vere infeli
citatẽ seq̃ntis dõe dom⁹. Dec g̃ gl̃a magna dom⁹ p
pphaz dmõstrata. ꝺ alia domo clari⁹ exponat: i.
virgine gloriosa: de q̃ canit ecclesia. Domus pudi
ci pectoris: tẽplũ repente fit dei. Dec ergo domus
domini ex patrum lapidibus constructa: polita ꝛ
picturata virtutibus cooperta per totum auro
charitatis: tanto glorioſior est domo seu templo
Salomonis: quanto filius inhabitator eius est
plus q̃ Salomon. Tãto glorioſior est: quanto ei⁹
caro pura est dignior petra dura: tanto glorioſi
or: quanto anima eius excellentior q̃ fuerint san
ctorum sancta: tanto glorioſior: quãto diuina na
tura presens est potior propiciatorio. Tanto glo
rioſior: quanto angeli comprehensores sunt meli
ores q̃ illius ministri viatores. Tanto glorioſior
quanto victima figurata: scilicet iesus: gratior est
figura scilicet vituli cõcremate: que magna virgo
recepit in vtero: dicatur ergo illud Baruch. iij. o
israel q̃ magna est domus dei: ꝛ ingens locus pas
sionis eius: magnus et immensis meritis: gratia ꝛ
gloria. Dicat ergo virgo beata. Fecit mihi magna
qui potens et cetera. Duodecimuz sepe sermo
diuinus nomini magnum adiungit: vt dicat etiaz
ps. in israel magnum nomen eius primo. deinde
predicata catholica fide addat per Malachiam
primo capitulo: Magnum nomen meum in gen
tibus. Triplici autem modo dicitur magnum
Magnum idest preciosum: magnum quasi virtu
osum et magnum idest famosum. Magnum pre
ciosum: quia incommunicatum mira includens:
sic nomen adonai nõ indicatũ patrib⁹ vel nomen

tethagramaton immensa sacramenta ⁊ diuinas perfectiones includēs. Hoc modo dicitur magnū nomen Marie. Et dimissis quattuor interpretationibus: iam vulgaribus notis hoc nomen scribitur hebraice quinq; litteris sicut latine: ⁊ quid significent: habes supra in sermone de nomine marie. Sed per alium modum nunc ostendemus q̄ sit magnum .i. preciosum nomen istud Marria ex interpretatione: vz quiq; litteraꝝ: quibus componit̄ istud nomen Maria ſm hebraicuz alphabetum. Prima ergo littera huius nominis Maria est. M. que apud hebreos dicitur mem. Sed ista littera. m. apud hebreos peritos duplicatur: dr̄ enim mem et men. Et men nūq̄ ponitur in p̄ncipio alicuius dictionis: nec in medio: nisi in isto nomine Maria: qr de una tm̄ verificat̄ apud eos: quibus omnia in figuram contingebant: quoniā illam figurabat que nec similem uisa est: nec habere sequentem. Est aūt differētia apud hebreos inter mem et men: qr primum est apertum superius et clausum inferius. Secundū econtra est clausuz superius et apertum inferius. Uide q̄ subtilissime spūs sanctus dixit virginem Mariam incognitaz futuram viro prole tamen fecundandam de celo: ⁊ sic apertam deo: clausam viro: quod nulli alteri foret ascribendum: cū nullum aliud nomen cū men littera tali sumat initium. Si vero aliorum nomina terminantur per men: nimirum quia oēs beati futuri sint virgines corpore: qr. s. ibi: neque nubent neq; nubentur. Interpretatur aūt men: ſz Ambro. super: beati immaculati: viscera uel ex ipsis: in quo tam dignitas q̄ charitas Marie ostēditur: dignitas quippe quoniā in visceribus eius fuit aliqn̄ realis habitatio christi ut dicatur templū dei: sacrarium spūs sancti. Charitas vero actiue ⁊ passiue ostenditur in ea. Actiue quidem: qr pietatis viscera gerit ad singulos intercedens pro oib⁹. Charitas passiue. s. q̄ fuerit ab oibus desiderata et amata: ostendit̄ alia interpretatio supra dicta: scilz ex ip̄is: qr vz ex parentibus ipsis est expectata cōmendata ⁊ ꝓgenita viscerose. A. que ē scd̄a littera in noīe Maria apud hebreos dicit̄ aleph: et interpretatur aleph doctrina: in quo eius utilitas predicatur. Est enim omniū viuentium sub deo rationabiliter doctrina salutaris: et speculuz directiuum totius humane vite. Tertia littera est. R. quam hebreus dicit res ⁊ interpretatur caput. In quo denotatur ipsius capacitatis immensitas gloriosa. Caput enim omnium deus. Caput nostrum est christus proles eius. Caput. n. est q̄dā mō nostre salutis: que caput nutriens salutare: caput antiqui serpentis cōtriuit. Capit oēs spūs itelligentie: que mater est sapie. Capit oēs gradus glorie: que regina est uie: simul et patrie. Capit om̄s modos indulgentie: que caput est misericordie. Quarta elementū seu lr̄a est. J. que est minima figura apud eos: ⁊ dr̄ ioth. ⁊ interpretat̄ confessio seu sciētia. Ubi coloratur virginis humilitas ꝓfūda ⁊ virtuosa que nihil sibi attribuit: sed omnia confitetur a dn̄o accepisse. De quinta littera. s. A iam dictum est. Ex his etiam quiq; litteris hebraicis simul et latinis elitiendo numeros significatos per eas: ſm latinos et hebreos. Uerbi gratia: pr̄ia littera. s. M. significat apud nos mille: apud hebreos quadraginta: simul coniungendo numeros istos surgunt in numerum duorum milium et cētuz. Et a promissione facta prima habrahe: q̄ in semine eius benedicerentur omēs gentes terre qd̄ est xp̄s. Ut ait apostolus ad galath: qr Maria mr̄ xp̄i ex Habrahā seminaliter descendit vsq; ad natiuitatē eius fluxerunt anni duo milia centū ⁊ nō ultra: vt notat prefatus Jo. dn̄ici: qui etiam d̄clarat quomodo iste numerus colligitur ex dictis litteris Maria per singulas descendendo: cuius est totus iste. Sermo de duodecim magnis reb⁹: super magnificat. versu. Quia fecit mihi magna. Exceptis his que habentur in quinto magno. Qr etiam nomen Marie sit virtuosum contra pericula et mala: et famosum per omnia patet ex dictis supra.

De quadruplici benedictione beate v̄ginis. Capitulum vigesimūtertiū.

Benedicta tu in mulieribus. Et primo occurrit dubium: quia aut istud addit ad id quod prius dictum est: gratia plena. Aut nihil addit Si addat: ergo id quod addit aliq̄d est: ergo illa gratia que additur plena non fuit: et sic angelus non videtur verum dixisse cum ait: gratia plena. Si nil addit qn̄ ibi contineatur: ergo superflue dicitur. Item natura eadem est in ea ⁊ mulieribus. Ergo si alias excedit hoc est in gratia. Sed hoc continet cum ait: gratia plena. Ad quod dici posset q̄ non frustra hoc dicitur. Nam cum dicit̄ gr̄a plena precipue intelligitur de gratijs datis a deo. In eo quod dicitur. Benedicta tu in mulieribus notantur quedā que pertinēt ēt ad gratiam hūanam. s. laudari ⁊ benedici ab hōibus. comprehendit etiam ista benedictio omniū alioꝝ benedictionem sine dubio: ſm Alber. Quid eni magni aut miri si habuit benedictionē omniū gentiū: que benedictōes oīum angeloꝝ habuit gratias. Et dicit Damascenus. A nullo illustrium vincit̄. i. sāctoꝝ ⁊ sāctaꝝ excellentiū: sed oēs ipsa superat et excellit. Pro cuius declaratione secundū Albertū sciendū est: q̄ quadruplex est ratio benedictionis. Prima benedictio est maledicti euacuatio. Secunda est fecunditatis amplitio. Tertia

est singularis gratie collatio. Quarta est con gratulantium gratie collaudatio. De pria. ps. bñ dixisti oñe terram tuam. i. humanam nãm exclu dendo ꝛ euacuando maledictum culpe illatum a deo: cum ait: Gen. iij. Maledicta terra in opere tuo. De secũda habet Gen. ij. Benedixit eis dicẽs. Crescite et multiplicamini et replete terram. De tertia. s. benedictione gratie singularl: dr Gen. xij. Bñdixit dñs Habrahe: ꝛ ps. Bñdixit dñs oibus qui timent dñm. De quarta dicitur Mathe. xxi. ꝙ pueri hebreoꝝ clamabant ꝛ laudabant cũ magno gaudio xpo iesu. Benedictus qui venit in nomine domini: fm omnem modum benedictionis fuit benedicta virgo Maria in mulieribus. i. sup oẽs mulieres: vt ly tu notet excellentiã sup alias.

De prima benedi §. I.

ctione qua. s. euacuatur maledictum. Sciendũ ꝙ hec est triplex. scom ꝙ triplex maledictum exclu dit. Uñ Piero. totum maledictum qõ intulerat e ua: abstulit benedictio Marie.

Est enim maledictuz nature.

Est maledictum culpe.

Est maeldictũ pene.

Nam tu ait Amb: ꝛ pudor est feminis nuptiarũ premia non habere. i. filios. Ideo maledictuz nature est opprobrium sterilitatis: quibus hec sola est causa nubendi. xxxij. q. ij. ca. i. propter qõ phenenna exprobrabat Anne eo ꝙ sterilis esset ꝛ maledicta dicebatur sterilis: que fructuz nõ faciebat fm legem. Hanc maledictionẽ abstulit beata maria: que virginitatem sterilem in mundo nobilitauit et exaltauit: ac dedicauit in se virginitatem: vt rem excellentem ꝛ a deo benedictam: que si nõ replent terram vt nuptie: replent paradisum tamẽ. Maledictuz culpe est triplex. s. Libido impregnãtis. Unde. b. Piero. super Mathe. dicit et habet xxxij. q. ij. Cõubia legitima carent quidem pcco non tamen tempore illo quo coniugales actus geruntur: presentia spiritussancti datur: ꝛ si prophe ta esse videatur qui officio generationis obsequit hec ille. ꝛ hoc est ꝓpter libidinem: idest delectatõnem inordinatam illa qua ratio absorbetur: fm phm: feditas concipientis: Job. xiij. Quis potest facere mundum de imundo conceptum semine: Peccatum nascentis. ps. In peccatis concepit me mr mea. b. Aug. in li. de fide. ad petrũ: de cõse. di. iij. firmissime crede ꝛ nullatenus dubites: omnẽ hominẽ qui cõcubitu viri ꝛ mulieres concipitur: cum peccato originali nasci impietati obnoxium mortiqz subiectum. Ab hac triplici maledictiõe fuit exclusus conceptus Marie: ꝛ ratio est: quia non fuit similis alijs. Non enim ex humano semine: sed mistico spiramine verbum dei factum ẽ caro de virgine Maria. Unde impregnãs fuit spus sanctus: qr ipse operatus est illam vnionem. Concipiens fuit virgo: Isa. Ecce virgo cõcipiet: scilicet permanens virgo. Et conceptus est deus. Math. i. Uocabitur nomen eius emanuel quod est interpretatum nobiscum deus. Deus autem peccare nõ potest: nec in euz cadit peccatum. Maledictũ pene est triplex: scilicet damni virginitatem perdẽdo que scilicet recuperari non potest. Cui premium speciale conceditur: nec aliter mulier concipere potest vel parere. Secundum maledictum pene est laboris importando fetum: subijcitur enim multis passionibus mulier in portando in vtero prolem. Unde ꝛ Thobias dixit filio suo. cap. iij Memor esse debes: quanta pericula sustinuit ꝓpter te: scilicet mater in vtero te portans. Tertiuz est dolor in partu. Gen. iij. In dolore paries filios Sed ab ista triplici maledictione euacuata est et liberata beata Maria. Nam vt ecclesia canit. nescies mater virgo virum peperit sine dolore salua torem seculorum: et sic nec virginitatem amisit: sed summum gaudium in partu habuit: secundũ illud Isa. Germinans germinabit: idest pariet letabunda ꝛ laudans: Nec illum laborem sensit in portando: sicut nec in beatitudine dolor reperit Et beatus venter qui te portauit exclamauit quedam mulier de turba ad christum: Luce. ix Apte igitur dicitur. Benedicta tu in mulieribus: quia per tuam benedictionem exclusa est a te omnis maledictio mulierum.

Secunda benedic §. II.

tio est fecunditatis ampliatio seu supere; altatio: ꝛ hec potest esse triplex. Primo ex parte agentis Secundo ex parte generati. Tertio ex parte gignentis. Quelibet istarum est triplex. Et quantum ad primum. Agens in ista conceptione fuit deus pater: ibi exercens suam potentiam. deus filius ostendens suam sapientiam spiritussanctus exhibens summam benuolentiam: prout supra declaratum est in precedenti sermone. Exaltata vtiqz esset super omnem generationem ꝛ ampliata illa generatio: in qua solum pater esset agens. Sed plus exaltata ꝛ magnificata vbi ꝛ filius ꝛ spiritussanctus etiam operatus est. Ex parte aut generati tripliciter est ampliata generatõ ista. Nã conceptus est vir perfectus in naturalibus: nõ cni vt alij concepti in vtero matris distulit per tempora ad habendum vsum rationis. Alij pueri p plures annos manẽt anteꝙ intelligant: vel loqui ꝑnt Unde ꝛ infantes dicuntur. Sed subito christus conceptus habuit completum vsum rationis: et memoriam tenacissimam intelligentiam acutissimam: ꝛ voluntatem prõptissimam ad omne bonũ: ꝛ loq pfectissime potuisset si uoluisz. Scdo est ampliata ꝛ magnificata ista generatio: quia ꝙceptus est vir sanctus gratia ꝛ virtutibus perfec

Anima nostra nascitur vt tabula rasa in qua nihil est pictum: nullus enim in ea habitus virtutis vel scientie: sed in tempore cum multo labore ac quiruntur virtutes ⁊ sciẽtie: vel infundũtur a deo Non sic Christus conceptus non sic: sed quãdo v̄bum caro factum est. i. homo de virgine Maria in instanti anima illa repleta fuit omni gratia: v̄tute: ⁊ scientia: immo ⁊ gloria. Unde viator ⁊ cõprehensor. Uiator quantum ad passibilitatem ⁊ actum moriendi: non pro se sed pro nobis. Comprehensor limpidius contemplans gloriam dei: q̄ quicunq; in patria sine cõparatione. Tertio adhuc magis exaltata super ones generatio ista. Conceptus est summus deus Isaias. Uere tu es deus absconditus scilicet in carne nostra. Sic igitur exaltatur super omnes generationes mulierũ generatio Marie: ⁊ ideo benedicta tu ⁊c. Ex parte gignentis scilicet virginis est superexaltata fecunditas eius super alias mulieres: quia virgo concepit: virgo peperit virgo lactauit: deum pariter ⁊ hominem. In cuius figuram est signum datum Gedeoni de victoria habenda contra inimicos populi dei videlicet vt vellus poneretur in area per noctez: ⁊ de mane reperiretur vellus plenum rore: aera autem arida ⁊ sicca per totum. Uellus est pellis animalis mortui: ⁊ significat nostram mortalem humanitatem. Istud in nocte vite presentis positum in aera vteri virginalis: reperitur plenum rore celesti scilicet deitatis vnite: cũ ea: quem rorem optabat Isaias: dicens. Rorate celi desuper ⁊c. Aera tamen. i. corpus virginis remansit arida: quia non humectata alicuius semine: sed virgo in partu: virgo in conceptu: virgo in lactatione. Unde canit ecclesia. Sola virgo lactabat scilicet dominũ Jesum: vbere de celo pleno: ñ alio modo. Illud autem vellus plenum rore expressum in torculari crucis: impleuit conchas ecclesie rore celestis gratie: per quam habitat in nobis. Et hoc mysterium est signum confortãs nos ad habendam victoriam de inimicis infernalib' qui infestant populum dei: ergo benedicta tu. ⁊c.

Tertia benedictõ. ℣. III

est singularis gratie non solum gratum facientis ⁊ gratis date: sed excellentie cuiusdaz super alios. Et hoc tripliciter. Primo q̄ est caput ⁊ principiũ feminarum. Secundo q̄ est mater omnium. Tertio q̄ est domina vniuersorum. Quantum ad p̄mum dicitur beata Maria caput ⁊ principium feminarum: quia quicquid boni fuit in feminis: ipsa habuit: ⁊ in sumo gradu: ⁊ aliquod bonum habuit q̄ nulla alia habuit. Triplex autez bonũ reperitur in feminis. Bonum virginitatis: bonuz coniugalitatis: ⁊ bonum viduitatis: Beda. Bona est castitas coniugalis: melior ꝓ̄tinentia vidualis: optima integritas virginalis. Et in virginitate est triplex bonum. Carnis incorruptio: nulli viri subiectio: angelica cõuersatio. De primo dicitur sapientie sexto. Carnis incorruptio facit ꝓximũ deo: ⁊ ratio est: quia secundũ Grego. in omel'. Tanto vnusquisq; a superno amore disiungitur: quanto in infimis delectatur. Unde ⁊ per contrarium tanto vnusquisq; deo magis approximatur ⁊ cõiungitur: quãto magis a delectatiõibus terrenis abstrahitur ⁊ quia per virginitatez abstrahitur homo a maximis delectationibus ideo magis approximatur ⁊ coniungitur deo. Unde ⁊ Sybille ⁊si gentiles propter virginitatez credimus eis collatum spiritum prophetie. Sed beata maria in hoc omnes virgines excessit: quia nullus stimulũ carnis sensit: nec cogitationem turpem admisit: sed in summa puritate etiam angelos superauit

Secundum bonum virginum est: quia nulli viro virgo subiicitur. Sue eius coniugate cum oibus aliis feminis coniugatis dictum est. Sub viri potestate eris: ⁊ ipse dominabitur tui. Gen. iij. Et b. Aug'. dicit. xxxiij. q. v. voluit q̄ dominus statuit coniugatas esse: quasi famulas virorum scilicet in dispositione domus ⁊ familie. Sed virgines libere sunt ab huiusmodi seruitute. i. cor'. vij. Que virgo est cogitat que dei sunt: quomodo placeat deo: vt sit sancta mente ⁊ corpore. Unde ⁊ libera est a seruitute viri. Beata autem Maria non solus viro subdita non fuit: ⁊si Joseph virum haberet: sed domina eius ⁊ ipse seruus eius: sciebat enim ⁊ testis erat sue virginitatis: vnde ⁊ maternitatis domini quinimo ipse rex regum ⁊ dominus dominantium Jesus filius eius ipse erat subdit' ei: vt scribitur Luce. ij. ⁊ apoc. xix. Tertiuz bonum in virginibus est angelica conuersatio. Omne enim simile appetit sibi simile. Angeli sunt v̄gines: ⁊ ideo delectantur conuersari cum virginibus. Unde Hieron'. Angelis semper cognata est virginitas: in carne enim preter carnem viuere angelicum est non humanum. Et angelus apparens Joanni virgini ostendit ei illa mirabilia que scribit in apoca. Et Gabriel Danieli castissimo duplicem aduentum saluatoris manifestauit. Sed nulla vnq̄ pura creatura ita familiariter cõuersata ẽ cum angelo: sicut beata maria. Nõ eni solum ea vice: quando incarnationẽ nuntiauit: sed frequẽtissime. Benedicta ergo tu in mulieribus virginibus: id est pre cunctis et super cunctas virgines ꝓpter predicta. In coniugatis reperitur triplex bonum: scilicet fides: proles: ⁊ sacramentũ: vt ait b. Augu. et in omnibus his excessit beata maria coniugata omnes cõiugatas. Et fides quidẽ intelligitur vt alter alteri seruet fidelitatem: non commiscendi se cum altero vel altera. Sed beata maria non solum cum altero se non commiscuit sed nec cum sponso suo ioseph. de cõmuni consensu votum virginitatis emiserũt: ⁊ vterq; i v̄ginitat

permansit: vt dicit. b. Aug⁹. xxvij. q. ij. Tanto cō iugium est sanctius: quāto castius: nec iō Joseph voluit eaz dimittere vt Matheus dicit euangeli sta. ca. ꝑmo cum videret eam prægnantez quia eā suspectam haberet de adulterio: sed vt dicit Ber. reputabat se indignum cū tā sancta manere: quo niam cum sciret eam plenam omni honestate: z modestia z sanctitate: extimauit eaz non de viro sed a spiritusancto impregnatam. Bonum plis sequetur ex coniugio z propter hoc est institutuz matrimonium: non hoc bonum defecit in beata Maria: sed super omnes coniugatas est cum virginitatis honore gaudium matris habens. Unde nec primam similem visa est nec habere sequentē Proles autem coniugataruz est pura creatura z peccatoꝝ: sed proles virginis est deus z homo sanctissimus. Tantum ergo distat inter prolez huiꝰ virginis z plem cōiugatarū: quantum inter deuz z hominē. Tertiuz bonum in cōiugatis est sacramentum. Unde apostolus. Hoc autem dico magnum sacramentum in christo z ecclesia. Significat enim coniunctionem Christi cuz ecclesia quo ad consensum mutuū voluntatis expressum per verba: cōiunctionem Christi cum ecclesia: id ē bonis fidelibus per dilectionem. Quo aūt ad coniunctionem corporum per copulā significat cōiūctionem dei cum nostra humanitate in vna pſōa z sic indissolubilis est talis coniunctio. Nunq̄ enī separata est deitas ab humanitate postq̄ eā sibi vniuit. Hinc est q̄ matrimonium cōsumatum p copulam. nunq̄ dissolui potest: vt correspondeat signum signato. Hoc autem sacramentum impletum est in vtero virginali: in q̄ facta est talis vnio z permaxime bonum istud coniugatoꝝ reperitur in vg̃ine. In viduis autez reperitur triplex bonuz: scilicet libertas contemplationis: vnde de Anna prophetissa vidua dicitur Luce. ij. q̄ tēplū frequentabat deo seruiens in orationibus die ac nocte. Secundū bonuz est carnis maceratio. Nā ut ait apostolus. j. ad Thi. iij. Uidua ī delitꝫs viuens mortua est. Unde z sancta iudith vidua ieiunijs insistebat continuis. Tertiuz est exercitiuz in operibus pietatis z misericordie: vt ostendit apostolus in dicto. c. Et vidua illa Sareptena helyam de cibo necessario pauit. Hec omnia sine cō paratione fuerunt in beata Maria: nam ieiunia non solum in lege mādata seruabat: sed z ſm. b. Ambro: alia addebat tota dedita erat orationi z contemplationi: Christum mendicum z pauperē de sua paupertate nutriuit. Q̄ autē sit mater omniū z domina patet: quia mater est eius q̄ oia creauit: z qui nos redemit sua passione. Bene ergo dicitur: benedicta tu ī mulieribus quo ad gratiam specialem super omnes.

Quarta benedi .§.iiii.

ctio dicitur congratulatio laudātium de qua in cantico trium puerorum qui orabant in camino ignis Dañ. iij. Benedicite oīa opera domini domino laudate z̄c. Hec triplex est in beata Maria super omnes mulieres: collaudate quippe sūt aliq̄ mulieres ex virtutibus suis: z benedicte ab hominibus vt iudith: z alique alie: sed nulla eatenus vt Maria. Collaudatur enim ab angelis: ab hominibus z ab omnibus corporalibus rebꝰ Ab angelis quidem vt hic. Benedicta tu in mulieribus z merito: quia genuit angelorum restauratorem: conciuium suorum redemptorem. Restaurauit enim filius suus reddendo per equipollētiā deperditum: multiplicando numerū z augmētando superadditum. ſ. quartam Hierarchiaz i qua ipse cum matre sua super omnem Hierarchiaz: p quem laudant angeli atq̄ archangeli z̄c: i p̄siuatione maiestatem dei: z assumpta ipsa beata maria: laudantes angeli benedicunt deum. Laudant homines z benedicunt beatam Mariam p Elisabeth: dicentes Luce. ij. Benedicta tu in mulieribus: z benedictus fructus ventris: qui frucꝰ ventris sui factus est hominibus suis sapiētia: iustitia: sanctificatio z redemptio. i. cor⁹. Sapiētia ſ. in docendo: iustitia in virtuose z perfectissime uersando: ostendens quomodo iusti efficiamur per eius imitationem. Sanctificatio sacramenta instituendo que nos sanctificant. Redemptio per passionem a diabolo cuius captiui eramus in redimendo. Laudant quoq̄ omnia corpore beatam Mariam: quia ea immutauit causaliter innouando. Ecce ego creo celos nouos z terraz nouam ait filius eius in apoc. ac etiam nobilitando z omnia quodāmodo in Christi corpore vniēdo: quia corpus ipsa ei dedit: quod cuz omnibꝰ corporibus aliquo modo cōuenit z excedit. Et ideo q̄a istis de causis benedicta est in mulieribus: super omnes mulieres benedicta z puras creaturas: sicut dicimus de domino. Benedicite omnia opera domini domino ita z dicere possumꝰ beate Marie. Benedicite omnia opera domine omnium.

De benedictione beate Marie virginis apud omnem generationem. Capitulum. XXIIII.

Enedicta tu in

mulieribus. Altius z copiosius istam vltimam benedictionē laudationis z magnificationis: realsumendo. Tu inquit existens in numero mulierꝫ quo ad sexum non virorum simpliciter es benedicta: omnem continens in te benedictionem sācto rum: quāuis autem collatio temporalis felicitatis etiam dicatur benedictio quedaz. Unde z Jacob dixit Esau filio suo benedictionē postulanti potiꝰ

tpalium q̄ spiritualium: In pinguedine terre erit benedictio tua. Heñ.xxvij. Et sathan ad dñm de Job ait. Operibus manuum eius benedixisti. quod quasi declarans: ait. Possessio eius creuit i terra. Tamen potior benedictio sine cōparatione ē operatio vel collatio beatitudinis vere dispositiue vel cōpletiue: que oīa bona cōprehendit: vnde aplus ad ephe.i. Benedictus deus qui benedixit nos omni benedictione in celestibus: z dñs deus dicet i finali iudicio. Venite benedicti patris mei percipite regnum vobis paratum. Math.xxv.

Ideo benedicti quia bona opera egistis: quibus paratum est regnum beatum. Hāc benedictionē beatitudinis i presenti z futuro super omnes possidet beatissima Maria: z hoc ipsa exprimit i cātico suo dicens: Beatam me dicent omnes generationes: z Sal' puer. vltimo. Surrexerunt filie. s. per imitationem eius anime sancte: z beatissimaz predicauerunt: z sic omnes generationes benedicunt beatam Mariam collaudantes de bonis ei collatis. Est aūt triplex generatio nāe itellectiue.

Prima generatio eternalis.
Secunda generatio angelica.
Tertia generatio humanalis.

Harum proprie est benedicere.

De eternali dicit de. §. 1

us pater ad filium per ps. Ante luciferum genui te. De qua Isaias. c. lij. Generationem eius quis enarrabit: s. eternam. q. d. nullus. Ipse igitur de' post̄ cuncta creauit per verbū suum: z cuz spiritu sancto: beuedixit beatissime Marie in figuraz: z' beatam dixit quando benedixit diei septimo i qua requieuit ab omni opere quod patrarat: Gene. j. Est autem ista benedictio operum cōsumatio: a peccatis vacatio eterne requiei prefiguratio que omnia plene reperiūtur in beata Maria: fuit enim in beata Maria perfecte operū consumatio quando oīa creata in vno homine vniūtur cū creatore: z primū fit vltimum z vltimuz fit p̄mū: non enim est perfectio motus vel operis nisi in circulo. Est secundo ibi. i. in virgine vera a peccatis cessatio. In eius enim voluntate peccatum nullū fuit nec esse potuit. Tertio requies etiaz huius ñ fuit future requiei signū tantum: sed etiam causa Si ergo septima dies est benedicta propter sabbatum dei. i. cessationem ab operibus: z tamē excellentior est sabbatismus recreationis: qua. s. recq escens in virgine mundū recreauit sabbato creationis: ergo z benedictio maior. In omnibus enim requiem quesiuit: z in ipsa sola inuenit: in qua inuenit omnia quecunqz quesiuit: vnde z in tabernaculo eius requieuit: eccli. xxiij. Post̄ aūtē ipse eternaliter genitus de virgine: natus: conuersatus est in mundo: semel predicans mulieri exclamanti z dicenti. Beatus venter qui te portauit z ē Subdit ipse: quinimo: beati qui audiunt verbuz dei z custodiunt illud. q' d. non solum illa que me portauit beata est: sed omnes qui audiunt verbū dei z obseruāt: z implent opere illud. Et quia ipsa perfectius audiuit z obseruauit oīa mandata domini z cōsilia ideo beatissima z benedicta pre cunctis benedicta ergo tu in mulieribus. Primus sermo Christi ad discipulos erudiendos fuit verbum de beatitudinibus: de quibus Math. v. Que beatitudines octo sunt perfecti actus virtutum disponentes ad supernam z eternaz beatitudinem. Ad quos actus exercendos Christus exhortatus est in diuersis locis euangelij si quis inq rere velit: que omnia verba beata Maria perfectissime impleuit vt docet per singlos Alber. vbi supra. Et prima quidem est: beati pauperes spiritu: vbi glo. pauperes spiritu sunt: quia non necessitas sed fides z deuotio beatos facit: vt contentis omnibus viuant. Importat ergo abdicationez rerum. Hec autem abdicatio fuit in summo in beata Maria. Nam hec abdicatio fit duobus mōis scilicet per rerum subiectionem: vel per rez omnimodā abiectionem. Sed magna est paupertas p rerum subiectionem: maior per rerū abiectionez. Maxima autem que est ex vtriq cōposita: de q̄ dicit aplus. ij. corith. vi. Nihil habētes z omnia possidentes. Hoc autem non potuit esse nisi i beata Maria omnimode: z perfecte z proprie. Oēs alij si res abiecerunt non retinuerunt: etsi retinuerunt non abiecerunt: quia tantum procuratores z fructuarij z non domini fuerunt. Beata autem mater dei virgo existens z regina celi ius z dominium z vsufructum possessionis habebat i rebus filij sui. Unde bene potuit reliquere z omnia possidere relinquere quantum ad vsum z fructum: possidere quātuz ad proprietatem z ius dominij: z sic beatissima virgo potuit habere pfectissimaz paupertatem. Item in rerum abiectione est ordo z gradus: z ponit Alber. nouem gradus paupertatis in hominibus. Primus gradus paupertatis ē dare superflua persone: prout persona sonat indignitatem. Secundus est dare superflua non solū persone: sed z superflua nature. Luce. xi. Quod superest date elemosynam: glo. preter victuz z vestitum. Tertius gradus est dare non solum superflua sed necessaria: glo. dicit etiā valde necessaria cum proximis diuidamus. Quartus est omnia necessaria: z superflua simul dare sed semetipsuz retinere: id est non propter deum quod z philosophi fecerunt: vt dicit Hieron. de Socrate. xij. q. ij. Gloria. Quintus est omnia dare z semetipsum addere fm illud. Math. xix. Si vis perfectus esse vende omnia que habes z da pauperib' z sequere me: scilicet te dando. Sextus est omnia dare z semetipsum relinquere et ultra hoc laborare manibus vt tribuat necessitatem patiēti: vt fecit pa

paulus qui laborabat manib⁹ suis: vt ipse dicit ad corint. vt sibi et socijs subueniret. Septimus est omnia dare etiam seipsum: et spiritu et corpore laborare: vt pascat proximus spirituali cibo. Qui gradus est melior priori: quia melius est reficere animam semper victuram: ait. b. Gregorius quã corpus morituram. Octauum autem ponit esse in beatissima virgine perfectione ceteris qui; est relinquere omnia et seipsum et de substantia sui corporis accipere et ad refectionem animarum proximis dare. Hoc enī fecit sola beatissima maria: que de purissimis carnibus et sanguinibus suis viaticum nobis cõfecit. Panem et vinum qui de celo descendit: qui est vere vita: quem qui religiose manducauerit: mortẽ non gustabit in eternum hunc toti mundo mendico ipa dedit: Nonus gradus perfectissimus est filij sui Jesu: qui est omnia dare corpus et animam propriam et diuinitatem habens vnitam proximis dare in cibum anime: sub specie tamen aliena: et hoc fuit opus summe misericordie et sũmum paupertatis domini Jesu in via: nec attenditur perfectio paupertatis penes propinquationem ad summum defectum rerum: sed penes deuotionem: voluntatem: et persone dignitatem. Si enim eque parum habent miles et rusticus: pauperior diceretur miles q̃ rusticus: imo quod rustico diuitie: militi paupertas: et quod militi diuitie: principi paupertas. Ergo cuz beatissima virgo precellerit omnes dignitate: quia regia celi: mater domini et omniũ: in equali paupertate omnes excelleret. Ergo benedicta tu et beata in paupertate spiritus Quantum ad secundã beatitudinem dispositiuam: dicit glosa super illud. Beati mites. Mathei. v.. Mites sunt qui malis moribus dominãtur: et alia glo. Mitis seu mãsuetus est: qui nec irritat: nec irritatur: nec nocet nec nocere cogitat: ad hanc hortatur Jesus Christus exemplo sui: dicẽs. Mathei. xi. Discite a me quia mitis sum et humilis corde: hec in excellẽtia habuit beata Maria super omnes. Nam perfectum dominum habuit: quoniam malis moribꝰ dominabatur sine pugna interiori. Omnium autem aliorum dominium huius fuit cum pugna.

Similiter nullum irritauit nulli nocere cogitauit: sed omnibus prodesse studuit. Discurre per totam seriem euangelij: et nunq̃ inuenies: ait beatus Bernardus: verbum durum et asperum egressum de ore eius. Omnia beata virgo equanimiter aduersa sustinuit excellentissime quod facit mitis secundum glosam: et ideo mitissima: vnde canit ecclesia in hymno. Virgo singularis inter omnes mitis: nos culpis solutos: mites fac et castos. Non obstat quod dicitur de Moise. Numeri. xij. capitulo. Erat Moises mitissimus hominum super terram in superlatiuo gradu: quia intelligitur de illis qui tunc erant super teram non de virgine. Quantum ad tertium de beatitudine luctus: secundum illud. Beati qui lugent: ad ostendendum: q̃ nec ista ei defuit: sed alios excessit: sicut et in alijs: nota q̃ ait beatus Augustinus xxvij. questione prima. Jaz vero. Ea sunt in nostris officijs gratiora: que cum liceret nobis non impendere: dilectionis tamen causa impendimus et hoc sicut quo ad homines: ita quo ad deum. Sed beata maria non erat debetrix ad lugendũ pro peccatis: quia nullum in se habuit: lugebat tñ ex dilectione peccata pplorum: et qñ vt ait beatus Gregorius. Stabat mater dolorosa: iuxta crucem lachrymosa: duz pendebat filius: non minus lugebat peccata crucifigentium q̃ afflictionẽ filij. Unde sicut in cruce orauit: vt ait apostolus ad hebreos: cũ lachrymis et clamore valido: scilicet pro peccatis humani generis relaxandis: ita et mater eius beata Maria fontes fecit lachrymarum de suis pudicissimis oculis: vt ait Anselmꝰ in illa passione quam sustinere nouerat pro peccatis hominum. Sed et pro incolatu presentis miserie quare non magis lugebat q̃ Dauid dicens. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi quottidie vbi est deus tuus: et permaxime post ascensionem filij. Unde ob consolationem sui secundum beatum Hieronymum Uisitabat loca sepe vbi filius aliquid magni egerat. Uere ergo benedicta tu in mulieribus: et beata beatitudinis luctu. De quarta scilicet Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam. Nulla pura creatura magis desiderauit iusticiam bonorum operum in se et in toto humano genere: sicut beatissima Maria: esurire est opera iustitie difficiliora frequenter appetere. Sitire est opera iustitie communiora et faciliora desiderare: sicut laboriosius et tardius comeditur q̃ bibitur. Qui edunt me adhuc esurient: et qui bibent me adhuc sitiẽt ait diuina sapientia. Ecclesiastici. xxiij. Et quia magis sibi incorporauit diuinam sapientiam et gratiam quam aliquis vel aliqua: ideo magis esuriuit et sitiuit iustitiam bonorum operum. Esurire quippe proprie est viatorum et sitire. Saturari et inebriari est comprehensorum: vt ostendit: ps. Satiabor et cetera et inebriabuntur ab vbertate domus tue et cetera. Inter esurire autez et satiari est medium: scilicet comedere. Sed cum nihil sit vacuũ et illa sint extrema: extat et medium. Medium autem pertinet ad statum medium. Ille autem status est status beate virginis. Habebit ergo beata maria istam beatitudinem: citra comprehẽsores et citra viatores. De quinta beatitudine: videlicet beati misericordes: in qua excellit sine cõparatione omnes. Quod patet ex hoc quia dicitur ipsa et predicatur mater misericordie: quod nulli alij proprie conuenit: Dicuntur autem alii qui viri misericordie: qui omnes habent compera

tionem ad misericordiam per modum originis essentialis et per modum matris. Conuenientia autem essentialis inproportionabiliter excedit modum inherentie per modum accidentis. Unde vniuersos excellit misericordie. Item quicquid est causa cause: est causa causati. Beatissima autem virgo est causa filij: filius autem est causa totius boni ⁊ omnis misericordie: ergo ⁊ mater est totius misericordie: quod alij non conuenit. Item illud quod eque proprie ⁊ principaliter habet duas naturas inconfusas: eque ⁊ propie habet proprietates duarum naturarum: vnde ⁊ iste eque prope sunt: Christus est deus. Christus est homo: ergo ⁊ hec: Christus natus est a deo: Christus natus est ab homine. ergo etiam ⁊ sic Christus est a deo: Christus est ab homine. Sed Christus omnes operationes attribuit patri a quo ipse est: ergo ⁊ matri a qua ipse est attribuentur operationes ei⁹ que conueniunt ei ratione humane nature: sicut ⁊ patri operationes que conueniunt diuine nature. Sed secundum humanam naturam Christus exhibuit nobis officium summe misericordie in passione: ergo ⁊ beatissime virgini attribuūtur effectus summe misericordie: quod etiam patet in modo loquendi ecclesie: hodie mortem quā femina intulit femina fugauit ⁊ que damnauit: saluauit ipsa. Benedicta ergo tu in misericordia. De sexta scilicet beati mundo corde: dicit glosa mūdi corde sunt quos conscientia non arguit peccatorū seu qui sibi nihil conscius est: sed hoc fuit potissime imo singulariter in beata Maria: ergo prime fuit munda corde. Item actus fidei purificat: secundum illud Petri in act. Fide purificans corda eorum. Sed beatissima Maria habuit fidem perfectiorem cunctis. ergo ⁊ puritatem que mundi causa est. Item seccundum Dionysium: tres sunt actus Hierarchie purgare: illuminare: ⁊ perficere: ⁊ sunt ita ordinati vt magis purgatus sit magis illuminatus ⁊ magis perfectus. Sed beatissima Maria fuit maxime perfecta ⁊ illuminata ergo ⁊ maxime purgata ⁊ munda. De septimo scilicet Beati pacifici: dicit glosa pacifici si qui omnes motus animi rationi subiūgiunt: quia his nihil repugnat similes patri suo qui est summa quies. Sed hoc fuit in summo in beata virgine. Item alia glosa: dum lex carnis repugnat legi mentis: non modo alteri: sed nec nobis pacifici eē possumus. Sed in beata Maria caro non rebellauit aduersus spiritum: ergo ipsa maxime fuit pacifica. Item si pacifici dicuntur qui faciunt pacem inter alios: quod ⁊ fecit filius dei: pacem faciens his qui prope ⁊ his qui longe erant: medium vniuersale per quod fuit facta pax inter deum et homines: fuit beata virgo mediatrix ⁊ reconciliatrix omnium: ergo ⁊ ipsa in summo pacifica. Benedicta ergo tu in pace. De octaua qua dicit. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam dicit Albertus: q̄ non intelligitur de qualicunq; persecutione: sed de ea que est per martyrium. Sed videtur q̄ hanc nō habuit: quia martyrium non habuit. Doctores tamen dicunt ipaz consecutaz fuisse aureolam martyrij in persecutione mortis filij. b. Bernar. Longe plus q̄ martyrē censemus: in qua passionis sensum compassionis superauit affectu. Joh. Damascenus etiam appellat eam martyrem in passione filij. Probatur autem sic. Dationi anime debetur aureola martyrij ergo dationi preciosissime anime ⁊ dilectissime: debetur preciosissima aureola martyrij. Sed beatissima virgo Maria dedit preciosissimam ⁊ dilectissimam animam: ergo habebit preciosissimā aureolam. Media probatur: dedit enim dilectissimam animam id est vitam filij: ipsa enim in infinitum plus dilexit animam id est vitaz filij q̄ beatus Petrus animam id est vitaz sui ipsius. Q̄z dedit preciosissimam: patet: quia datio huius anime id est vite filij fuit precium totius mundi ⁊ rei dimibilis creature: ⁊ sic dedit animam in infinitū plus dilectam: ergo ⁊ habet preciosissimaz aureolam martyrij. Item dolor causatur ex amore: vt quantum quis plus aliquid amet: tanto plus doleat de amissione eius. Dolor autem sanctorum in martyrijs eorum causabatur a natura ꝓpter separationem anime a corpore. Dolor autem beate Marie a natura ⁊ gratia sed maior etiam a gratia. Sed fortior ⁊ perfectior est causatus a gratia q̄ a natura: ergo improportionabiliter maior fuit dolor eius in passione filij q̄ martyris cuiusq̄ sua passione: ergo ⁊ potissima in hac persecutionis beatitudine. Et sic patet q̄ generatio eterna id est filius dicet eam beatam: quia audiuit verbum suum: ⁊ seruauit verba sua scilicet de istis octo beatitudinibus quas perfectissime habuit super omnes: ⁊ sic beatam me dicent: ⁊ benedictā benedictione optima omnes generationes: vnde benedicta tu in mulieribus.

De generatione .§.II.

angelica potest exponi illud Gen. j. Iste sunt generationes celi ⁊ terre: ⁊ dicitur ibi generatio creatio a deo: ⁊ generatio celi est creatio angelorum. Sic beatus Augustinus super Gen. ad literam exponit illud. In principio creauit deus celum ⁊ terrā celū. i. angelicam naturā: hec autem generatio celi: id est angeli creati beatificant: laudant ⁊ benedicunt: multipliciter virginem glorioſſimam: ⁊ Gabriel pro omnibus angelis laudans inquit. Aue gratia plena: cum sibi nunciauit conceptum filij dei: ad partum vero eius: postquaz angelus cuz magna luce apparens: nuntiauit pastoribus cum magno gaudio natiuitatē filij v̄ginis:

facta est cum ipso multitudo militie celestis id est angelorum canentium. Gloria in altissimis deo: ⁊ in terra pax hominibus bone voluntatis: Luce secundo: quasi dicat gloria paratur in celis propter deum natum ex virgine Maria: ⁊ pax reconciliationis cum eo hominibus scilicet habentibus bonam voluntatem. In assumptione vero eius cum ascendit ad celum gaudent angeli: canit ecclesia: ⁊ laudantes benedicunt deum: ⁊ admirantes de tam excellenti gloria: dicunt. Que est ista que ascendit scilicet in celum de deserto mundi: scilicet huius derelicto ⁊ priuato bonis virtutum: vbi sunt bestie siluestres demonum ⁊ malorum hominum delitys affluens id: est omni suauitate ⁊ perfectione virtutum: innixa super dilectum suum: scilicet filium id est coniuncta cum eo omne transcendens hierarchias nostrã. Tempore quoq; beati Gregorij magni cum ipse in processione procediens per vrbem cum omni clero ⁊ populo: ad rogandum deum pro cessatione seuissime pestis: que romam inuaserat: deferri faceret quandam tabulam vbi depicta erat imago beate Marie pro vexillo ante processionem: visi sunt angeli circa figuram beate virginis: canentes in laudem eius. Regina celi letare alleluia: quia quem meruisti portare alleluia: resurrexit sicut dixit alleluia. Cui addidit. b. Gregorius. Ora pro nobis deum alleluia. Quod interpretatur laudate dominum. Surrexerunt ergo filie syon ⁊ beatissimam dixerunt: regine ⁊ concubine laudauerunt eam: vt dicitur Canti. vi. Filie syon sunt substantie separate: id est angeli qui dicuntur filie non propter sexum sed propter intelligentiam: filie autem syon propter claram speculationem ⁊ continuam diuinorum. Syon interpretatur speculatio ⁊ ad hoc sunt creati. Surrexerunt autem ad venerandum eam quam intuentur super se: quam ibi vocat vnam columbam: suam electam genitricis sue: quia sola fuit tota cum dei voluntate vnita: columba sine felle peccati: dealbata niue candidi or: meritorum splendoribus spiritussancti fecundata muneribus electa: ⁊ preelecta ex omnibus genitricis sue id est synagoge. ex qua nata est. Regine autem sunt anime sancte: que ratione bene hic se ⁊ alios rexerunt. Concubine sunt anime reprobor um: que cum non habeant deum in spon sum generant filios illegitimos scilicet malorum operum quibus non debetur hereditas superna: ⁊ hi etiam reprobi laudant beatam virginem: vt dicetur in. §. sequenti. Sed filie syon id est angeli magis laudant: quia eam magis speculantur ⁊ perfectiones eius. Unde in superlatiuo gradu beatissimam dicunt: ⁊ sic beatam me dicent omnes generationes etiam angelorum. Benedicta ergo tu in mulieribus a generatione oi angelica.

De generatione .§.III.

humanali dicit Salamon ecclesiastic̃. j. Generatio ꝓterit: scilicet hominum per mortem: et generatio aduenit scilicet per natiuitatem aliorum hominum: terra autem in eternum stat que inhabitant: et mathei. j. liber generationis ihu christi: a brahã genuit ysaac ysac: ⁊c. hec autem est triplex. Generatio praua reprobor um. Generatio rcta electorum. Generatio inclita doctorum et ones he beatam dicunt: et benedicunt de ea. Unde apt issime benedicta tu in mulieribus. De prima dicit christus math. xv. Generatio praua et adultera signum querit. Et moyses in cantic̃. Generatio eniz peruersa est et infideles filij: deutro. xxxij. Infideles enim filij dei tantum per creationem: dicunt beatam virginem et benedictam: benedicentes de ea. Licet adultera sit talis generatio: a deo vero recedens: vt iudei gentiles: greci ⁊ latini saraceni: turci. armeni: indiani: georgiani: nestoriani: heretici: scismatici et mali christiani benedicunt eam. Josephus maximus historiographus hebreorum benedicit de ea Multi conuersi ex iudaismo ex miraculis virginis beatam dixerunt dum legunt in sinagogis suis mirabilia que scripture et palam et in figura dicunt de ea velint et nolint benedicunt. Et cum in fine conuertentur ad vesperam circuibant ciuitatem ecclesie: ad veritatem fidei recipiendam plene beatam dicent eam omnes ille generationes. Non enim preteribit generatio hec ait ihs. luc. xxj. donec omnia fiant. Saraceni et turci benedicunt virginem adorantes eam in templis suis et thurificantes: et nomen eius in tali reuerentia est: quod blasphemantes eam graui pena mulctantur. Fatentur enim christum de ipsa virgine natum: celum viuum ascendisse: non mortuum fuisse: et demum in fine mundi mundum iudicaturum: vt patet in alchorano lege eorum. De latinis gentilibus Virgilius. Jam redijt et virgo redeunt saturnia regna. Jam noua progenies celo emittitur alto. Nate mee vires mea tu potentia solus. Et te siqua manent sceleris vestigia nostri. Irrita perpetua soluent formidine terras. Quamuis autem beat⁹ Hieronim⁹ dicat virgilium non hec intendisse dicere de christo: tamen possibile est etiam quod sicut cayphas ꝓphetauit de salute mundi per mõtem vnius scilicet christi: non hoc intendens nec intelligens: ita et virgilius de christo et matre eius benedixerit vt sentit beatus Augustinus. Ouidius quoq; poeta in li. de verula ait. O virgo felix virgo: virgo signata per stellas. Quis mihi tantum det viuere vt dignus possim laudum tuarũ ferre preconia Nam nisi tu fores: deus non sumeret carnem: ex te hic deus omnipotens. Non tamen creditur ouidium illum librum fecisse sed a

Capitulum Vicesimũquartũ.

aliquis fidelis Ouidio ititulans. Ex grecis fuerunt communiter Sybille. vnde ꝛ Lactãtius ponit eorum verba de Christo in greco: ꝛ postea i latino: he laudant beataz Mariam. Scisma tici ꝛ heretici: etsi in multis errent: vel quia diuisi ab vnitate ecclesie: vel quia male sentiunt de aliquibus articulis: venerantur: benedictam ꝛ beatam dicunt virginem gloriosam: exceptis illis qui asserunt ipsam habuisse alios filios ex Joseph: quod blasphemum est ꝛ hereticum dicere. Sz ꝛ mali Christiani modo suo benedicunt virginez nam ꝛ homicide: adulteri: incestuosi: blasphemi: proditores: ꝛ omni vitiorum spurcitia infecti: aliqui venerantur ꝛ benedicunt beatam Mariam. Jeiunantes in honorem eius sabbatis vel per totum annum diem annunciate: vel vigilias festiuitatum eius in pane ꝛ aq̃. Et multi vidẽt magꝭ beatam virginem in veneratione habere q̃ Christũ filium eius: magis ex simplicitate moti: q̃ scientia. Sed quia honor matris in filium redundat pacientiam habet huius simplicitatis. Eccl sie plurime dispersе per orbem terrarum ad honorem beate Marie dedicate plene imaginibus: ostendũt deuotionem eximiam stipendiariorum ꝛ hominum perditorum ad beatam Mariam: cui se recommendantes cum votis: gratias innumeras percipiunt beneficiorum ac euasionis ex maximis periculis. Generationes ergo reprobo rum beatam eam dicunt ꝛ benedicunt. Secũda generatio est rectorum ꝛ electorum: de qua ips. Generatio rectorum benedicetur. Et in alio hec est generatio querentium dominum: Sap. iiij. O q̃ pulchra est casta generatio cum charitate vel cum claritate: hec generatio comprehendit ecclesiam cum omnibus bonis fidelibus. Hi mirabiliter quantum possunt: etsi non quantum merentur: venerantur beatam Mariam et benedicunt. Unde ecclesia statuit dici in diuino officio ꝛ horas canonicas dietim ad honorem eius sicut ad honorem dei officium illud: ꝛ ita sunt in precepto quo ad obligatos: addit quoq; ecclesia omnibus sabbatis cum vacant eam in missis vel officio toto honorari solemniter: ꝛ cum sequentiis: ꝛ sicut honoratur dominus filius in domini cali officio ob suam resurrectionem: ita ꝛ ipsa. honoretur domina mater in sabbato: quia illa die: scilicet sabbati mortuo filio ꝛ fide extincta de eꝰ diuinitate in omnibus discipulis ꝛ alijs: sola vera cognitio sue diuinitatis in ea requieuit illa die. Nam sequenti die recuperauerunt plures. Statuit insuper ecclesia singulis diebus pulsari ter cãpanas ecclesiaruz de sero: ꝛ iterum de mane. Ad quid nisi vt honoretur beata Maria ꝛ laudetur ex salutatione angelica. Generatio hec electorum ecclesie benedicunt ꝛ beatissimam dicunt virginem hanc ex multitudine ecclesiarum dedicatarum sub titulo eius per totum orbem. Que ciuitas: quod castrum: que villa est: que non habeat ecclesiam ꝛ solemniorem in eius nomine fabricatam. Certe nec in nomine saluatoris: nec in honorem aliquorum sanctorum reperiuntur in tanto numero. Sz ꝛ in ipsis ecclesijs vel domibus priuatis non deficit alibi imago beatissime Marie benedicte. Et vbi in ecclesijs in parte inferiori earum quasi in sancta: ponitur imago crucifixi: tanq̃ candelabrum ad illuminandum ꝛ incitandum ad sui imitationem: in parte superiori seu sacrario quasi in sancta sanctorum ꝛ in loco p piciatorij: scilicet tabule altaris: cõmuniter ponitur figura beatissime Marie cum filio in vlnis: vt ab ipsa speremus propitiationez a peccatis nostris apud filium suum. Hoc autem salubriter institutum est vt dum sacerdos diuina sacramenta pertractat Mariaz intuens pensет qualis fuit cui creditum est solo verbo verbum carnem efficere: Et qualis debet esse sacerdos: qui debet ex verbo suo vel potius Christi a se prolato Corpus Christi in sanguinem efficere ex substantia panis ꝛ vini: ꝛ exemplo sue humilitatis ꝛ puritatis discat puram gerere mentem ꝛ humilem: ac mediatricem ponat ad pro se interpellandum ad digne ꝛ fideliter ministrandum tantum sacramentum. Fiunt processiones annuatim ad honorem saluatoris in ascensione et die palmarum in ecclesia ꝛ similiter bina vice ad honorez beate Marie scilicet in die purificationis per correspondentiam ad diem in ramis palmarum.

Nam sicut tunc portantur rami oliue cum palmis in signum victorie Christi de morte per resurrectionem: ostendentes etiam nos victoriam de vitijs per penitentiam ad vitam gratie resurrexisse. Ita in die purificationis candelas accensas gestamus in manibus: lumen ardentissime charitatis virginis designantes: ꝛ eam viuã in nostris operibus habere protestantes. Secũda ãt vice, pcessio fit i assũptiõe. b. Marie: quã do tota celestis curia cum filio suo domino saluatore obuiam venit ad associandum in celuz in thronum suum. Hanc quoq; beatam predicant ꝛ benedicunt omnes sermocinantes ꝛ predicantes Christicolis: exordium pro gratia impetranda a salutatione angelica facientes. Decem octo sunt solennitates particulariter deo sub tali festo sacrate: scilicet natiuitatis domini circumcisionis: epiphanie: resurrectionis: ascensionis: trinitatis penthecostes: ꝛ corporis Chr sti

Et tot idem sunt celebritates virgini sanctissime dedicate scilicet festum sanctificationis in vtero quod quidam dicunt conceptionis: festum natiuitatis sue in qua nata est sancta: festum

annuntiationis:quando deus ex ea factus est homo:vnde maximum in quo facta est mater dei ⁊ regina celorum ⁊ angelorum: magis tamen dies illa denominatur ab ea communiter: vt dicatur dies annuntiationis q̄ incarnationis: festum visitationis: quando scilicet visitauit concepto deo Elisabeth: et Joannes tunc sanctificatus fuit ⁊ propheta institutus:quod festuz instituit Urban⁹ papa:circa annos domini. Mcclxxxv. Festum purificationis: quando scilicet quadraginta die natiuitatis filꝝ obtulit eum templo iuxta mandatum legis offerens sacrificium pro eo. Et eum redimens: quod dicitur Maria candelaria. Festum assumptionis:quando in celum ascēdit. Festum niuis quando institutū fuit a Liberio papa:vt habetur in hystoria ex quodam miraculo quod contigit Rome. Nam cum quidam ciuis prediues non habens prolem:cogitaret quomodo substantiam suam expenderet ad honorē dei genitricis:cui deuotissimus erat: mente pertractans de edificanda ecclesia ad sui honorem beatissima virgo sibi locum designauit: in quo construceret templum sibi perdignum tale: vbi scilicet nix esset densa in illa parte construeret: cū tamen tunc esset de mense Augusti:in quo nulli bi appareret nix: vel descendit: cum sit intensus calor super terram:scilicet quinta Augusti. Et ex hoc signo papa Liberius construxit ibi templum quod sancta Maria maior nuncupatur. Una ex quattuor principalibus vrbis ecclesijs. Dispensatiue autem hoc disponit diuina sapientia: vt in tali die niuis agatur festum beati dominici patris nostri:qui filius singularis adoptiuus fuit ipsius Nam naturalis dictus est dominus: ipse autem adoptiuus dominicus:cui ob eximiam puritatez habitum dedit album vt niuem: desuper tamen nigram. capam designantem humilitatem: nec enim vna sine altera esse valet. Ipsa a filio suo tribus lanceis contra mundum vibrantem propter tria vitia: scilicet auaritiam:superbiam: luxuriam:ad destructionem se parante: indulgentiam impetrauit ⁊ dilationem penitentie: offerens se missurum ipsum filium Dominicum cum alio sibi adiuncto Francisco:scilicet qui cum filijs suis mundum ad penitentiam reducerent. Octauum ⁊ vltimum festum eius est quod antiquit⁹ dicebatur sancte Marie ad martyres quod festum celebrabatur certa die in sancta Maria rotunda. Sed postea a Bonifacio papa aucta est solennitas: vt ibi prius fiebat solum Rome ad honorem sancte Marie et omnium martyrum. Postea institutum est vt celebraretur ad honorem omnium sanctorum vbiqꝫ terrarum: prima die nouembris et ita seruatur.

In qua solennitate ipsa est precipue omnium sanctorum honorata.

Tertia generatio. §. III.

est sanctorum doctorum: de qua apostolus ad Corintheos. In Christo vos genui per euangelium. Generare igitur dicuntur doctores ⁊ predicatores ecclesie ⁊ prelati:eos quos sua doctrina trahunt ad bene operandum. Et primo ponemus doctores seu auctores sacre scripture:de hac sub figura Ruth moabite ex qua nata est virgo Maria. Benedicta es tu filia a domino Ruth tertio inquit Booz. In libro quoqꝫ Judith. Ipsa quoqꝫ interficiens Holofernem seuissimum tyrannum et inimicum populi dei: figurauit beatissimam virginem: castissimam pulcherrimam: peremptricem diaboli. Que propter hoc benedicta fuit et collaudata multipliciter. Unde Ozias princeps populi israel dixit ad eam. Benedicta es tu filia a domino deo excelso:pre omnibus mulieribus super terram. Benedixit dominus qui te direxit in abscisione capitis principis inimicorum nostrorum: quia nomen tuum ita magnificatum est: vt non recedat laus tua in ore hominum:qui memores fuerūt virtutis tue Judith decimotertio:et immediate supra dicitur:q̄ vniuersi adorauerunt dominuz dicentes ad eam. Benedixit te deus in virtute sua:quia te ad nihilum redegit inimicos nostros

Achior quoqꝫ ex gentili factus iudeus: ad eā dixit. Benedicta tu a domino deo tuo quoniam in omni gente que audierit nomen tuum: magnificabitur deus israel super te. Et in capitulo decimoquinto dicitur q̄ Joachim pontifex summus de Hierusalem venit betuliam: ad videndum eam cum presbyteris suis vniuersis: ⁊ benedixerunt eam omnes vna voce:dicentes.

Tu gloria hierusalem. Tu letitia israel. Tu honorificentia populi nostri: quia fecisti viriliter ⁊ confortatum est cor tuum: et ideo eris benedicta in eternum. Q̄ omnia hec perfectius sint impleta in Maria figurata q̄ Judith figura de se patet. Omissis autem aliis prophetijs ⁊ figuris: solum nunc tangatur id quod dixit Isaias vndecimo capitulo. Egredietur virga de radice Jesse: et flos de radice eius ascendet: et requiescet super eum spiritus domini: quod exponēs ecclesia in officio ait. Virgo dei genitrix virga est flos fluuius eius super quem requieuit spiritus almus. Signanter autem dicit florem non virga ascendere: sed de radice eius: ad tollendum errorem eorum qui dixerunt Christum corpus attulisse de celo: vnde ⁊ celeste: vel secundū manicheos hereticos corp⁹ habuisse fantasticū

Capitulum Vicesimūquintum.

non verum: propterea dicit florem id est Christū ascendisse ortum fuisse de iesse: qui fuit pater David: ad ostendendum q̄ secundum copulentam substantiam assumptam processerat a Jesse. non ex aere vel ex materia celesti: sed ex substantia corporis virginis gloriose: que virgo per propagationem carnalem descendit a Jesse. Ascēdit iste flos campi terrestris semper profitiendo: non in se: ḡa super eum requieuerat spiritus almus ab initio sue conceptionis: cum plenitudine summa gratie ⁊ veritatis: sed ascendit merendo pro nobis: quousq̄ ascendit crucē inclusiue: qui postea resurgēs refloruit in carne sua: ⁊ ascendens in celum factus est flos campi celestis. Dicitur autē beata Maria virga: quia semper recta fuit: nunq̄ inclinata ad terrena: sed semper erecta ad celum. Hec virga est multipliciter benedicta in figuris sacre pagine. Virga Joseph cuius fastigium adorauit Jacob moriens. Mariam designat quam debet reuereri quilibet moriens vt ab ea tueatur. Ipsa enim est virga de qua Isaias cecinit. Pauebit Assur id est diabolus virga percussus suffragij scilicet virginalis: hec est virga Moisi: que versa in serpentem summe prudentie: in mysterio incarnationis filij sui ⁊ instructionis apostolorum deuorauit serpentes magorum id est confutauit sapientiam sapientum huius mundi: ⁊ prudentiaz prudentum reprobauit ac hereses cunctas interemit. Sinagoga autem significata per Moisen que prius ab ea fugit vt a re horribili: demum in finem resument et reuertentur in virgam cognoscēs illud: p̄s. Virga tua. s. v̄go Maria. ⁊ baculus tu⁹. s. crucis filij ei⁹ ipa me cōsolata st. hac virga plurima miracula gesta sūt: hac virga extensa super mare rubrum huius seculi peccatis rubricati: submergit egyptios demones: ⁊ hebreos id est electos letos eduxit. Hac virga pcussa petra: cor scilicet durum ⁊ obstinatum precibus ⁊ meritis ei⁹ aquas lachrymarum affluenter emittit. O q̄ pulchre ostenditur virgam fuisse Aaron que arida in tabernaculo domini posita cum alijs virgis sola inuenta est viruisse: floruisse: fructum fecisse Descendens enim ipsa: non solum ex tribu regali: sed et sacerdotali: dedicata ab infantia in templo domini cum alijs virginibus ipsa arida id est virgine permanente: non humectata humano semine viruit. Virtutem generandi a spiritusancto suscepit: floruit Christum concipiendo: fructū fecit benedictum ventris sui: ipsum parturiendo Hec vt miraculum precipuum reponitur in secretario diuino. Hec est virga regis Asueri qui interpretatur beatitudo: qua extensa super illum qui ingrediebatur ad eum saluus erat: ⁊ qui non tangebatur ab ea: occidendus eiciebatur. Accedentes enim ad deum oratione vel in morte tot sunt demerita nostra: q̄ nisi interueniant preces v̄ginis: reprobantur vt presumptuose orationes nostre ⁊ rei mortis iudicamur nisi ipa subueniat. Mandauit quoq̄ dominus Jesus primis prelatis ⁊ predicatoribus suis discipulis suis: in via portare virgam: scilicet spem suffragij virginis gloriose. Et breuiter alia omittendo: vt dicitur i libro Sapiēn. Benedictum lignum scilicet huius virge per quod fit iustitia. Imitando enim eam iusti efficiamur: ⁊ sicut sequendo virgam linee: recte scribimus ⁊ alia agimus: ita recta opera facimus imitādo vestigia eius. Justitia etiam per eam facta est virga: quia ab iniusto possessore diabolo detenti iuste per filium eius liberati sumus. Sancti quoq̄ doctores ecclesie stupentes laciari non valent collaudare: benedicere: ⁊ predicare hanc virginem gloriosissimam: que virginitatis gloria permanente: huic mundo lumen eternum effudit Jesum Christum dominum nostrum. Beata es Maria inquit vt puto Gregor. que dominum portasti creatorem mundi: genuisti eum qui te fecit in eternum permanens virgo. Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: que inuenta es mater saluatoris. b. Bernar. super illud. In plenitudie sanctorum detentio mea: ait. Merito in plenitudine eius erat detentio sua: cui nec fides defuit patriarcharum nec spiritus prophetarum: nec zelus apostolorum nec constantia martyrum: nec sobrietas confessorum: nec castitas virginum: nec fecunditas coniugatorum: nec puritas angelorum.

Idem de plenitudine eius id est bonorum virginis Marie recipiunt vniuersi eger curationem tristis consolatiōem: captiuus redemptionez peccator veniam: iustus gratiam: angeli letitiam: tota trinitas gloriam: venicq̄ dei filius carnis substātiam. b. Hierony. in sermone de assumptione. Talibus decebat virginem obpignerari muneribus: vt plena esset gratia que celis dedit gloriam terris deū pacē refudit: finē vitijs: vite ordinem: moribus disciplinam. b. Augusti. De te o virgo Maria. Quid dicam pauper ingenio cum quicquid dicam minor est laus tua q̄ mereatur dignitas tua. Si celum appellem altior es. Si matrē gentium dicam excellis. Si formam dei appellem digna existis. Si dominam angelorum vocem per omnia comprobaris.

De triplici fructu benedicte Marie virginis. Capitulum vicesimumquintum.

Titulus Decimusquintus.

Benedictus fructus ventris tui. Hec verba apposuit ecclesia in salutatione angelica que fuerunt Elisabeth. Quando enim beata Maria concepto filio eam visitauit: exclamauit ipsa Elisabeth repleta spiritu sancto: dicēs. Benedicta tu inter mulieres: ⁊ benedictus fructus ventris tui. Ideo aūt angelus non dixit illud: scilicet bendictus fructus ventris tui: quia nondum fructus ventris fuerat quando salutauit: sed ipsum quasi promissum in hoc dixit. Benedicta tu in mulieribus fructum comprehendat. Ecclesia autem vt iaz exhibitum ⁊ maxime beate virginis commendatiuum hoc apposuit. Ponitur autez coniunctio copulatiua scilicet ⁊ benedictus ⁊ cetera: que continet finem ad angelicam salutationem ⁊ adiectionez ad personam filij pertinentem. Et vt notet inter benedictionem filij ⁊ matris aliquam distinctionem: ipsa enim benedicta est propter benedictionem fructus. Unde sua benedictio descendit a benedictione filij: ⁊ hoc est quod. b. Bernar. ait: non ideo benedictus fructus ventris tui: quia tu benedicta: sz ideo tu benedicta: quia benedictus fructus vētris tui quoniam ille in benedictionibus te preuenit.

Signanter autem dixit potius fructus vētris q̄ filius tuus: quia filius est quid cōmune ad spiritualem ⁊ carnalem generationem: fructus autem plus determinat carnalem ⁊ maxime cuz hac determinatione ventris qui est locus generationis carnalis: propter quod etiam dixit non corporis sed ventris: vt veritas generationis magis exprimeretur. Habuit autez iste fructus ventris beate Marie. i. domin⁹ Jesus omnes dignitates sue matris vel in se vel in equipollenti excellentissimo cōgruenti. Habuit bonum coniugale: quia sponsus vniuersalis ecclesie. Itē virgo fuit ⁊ pater qui verbo veritatis nos genuit: ex aqua quoq; ⁊ spiritu sancto ex matre ecclesia omnes fideles regenerauit. Item sicut ipsa mater dei: ita ipse filius dei: ⁊ plus est esse filium dei q̄ matrem dei. Concedenduz insuper ipsa a fructu ventris sui. i. filio in omnib⁹ priuilegijs excellit: nec i hoc laus matris diminuitur sed exaltatur: in eo q̄ non tantuz filium genuit sibi equalem: sed in infinitum meliorem: quod etiam ex hac parte quodāmodo infinitā insinuat matris bonitatem. Omnis enim arbor ex fructu cognoscitur suo: vt etiaz dicitur Mathei. vij. Infinita ergo bonitas fructus que est in Jesu quodā modo insinuat infinitā bonitatē arboris producentis Marie: hec omnia Albet. Sz ad dilatā dū materiā dici pōt: q̄ triplex est fructus ventris Marie benedictus. Est fructus naturalis ventris sui corporalis: benedictus per diuinaz vnionem. Est fructus virtualis ventris sui mentalis: benedictus sūmā pp perfectionez. Est fructus spiritualis ventris sui exemplaris: benedictus propter sāctaz imitationē. Hec possunt notari i illa auctoritate Eccī. xiij. Ego quasi vitis fructificaui suauitatez odoris: ⁊ flores mei fructus honoris ⁊ honestatis Primus fructus ibi notat: fructificaui suauitatez odoris. s. Christum: qui est ipsa veritas affitiens i tellectiuam. Secundus ibi: flores mei fructus honoris ⁊ honestatis. Tertius vō ibi. Ego quasi vitis ⁊c. vt patebit.

De primo fructu .§.I.

dixit deus promittendo dō. de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. s. ad regnandum in ecclesia militanti ⁊ triumphanti. Signanter autez dicit de fructu ventris tui: non lumborum tuorū In conceptione enim hominis decidit semen a lūbis patris ⁊ materia conceptus a ventre matris. Sed quia Christus nō ex virili semine sed solū ex purissimo sanguine sanctissime virginis ē cōcept⁹ ideo dicit de fructu vētris tui. i. de fructu naturali. s. filio ventris. s. solius virginis Marie: q̄ tuus dicitur: quia ex te descendet ex progenie tua: hic regnabit in eternū. Benedictus autem est iste fructus ventris virginalis omni benedictione que excogitari potest. Ipse: ait apostolus: est super oia ⁊ in oibus benedictus. Est enim deus secundū Anselmum. Deus est quo melius excogitari non potest. Itē benedicitur alicd ꝓpter aliquod bonum qō habet. Sed quicquid boni est in creaturis ē in deo ⁊ pfectius ⁊ cā omniū bonoz: quia iuxta illud Jacobi. j. oē datū optimū ⁊ omne donum pfectū de sursū est descendens a patre luminū ꝑ ōnis benedictio ⁊ ratio benedictionis reperitur in eo. Ut eni ait Dam⁹. siue secundum bonitatem siue secundum virtutē: siue secūdū sapiaz siue secūduz tēpus: siue secundū locū defitiat a perfectione nō est deus. Confitere ergo deo. i. lauda in bonis: et benedic deum seculoruz dicit Thob. xiij. quoniā eo ipso ⁊ per ipsum ⁊ in ipso sunt oia. s. bona. ro. xi.. Itē quicquid boni est in creaturis est in hoie: vnde dicitur minor mūdus: ⁊ ois creatura scōm b. Grego. i homelia. Sed quicquid boni est vel eē potest in homine est in ipso Christo Jesu. Mal⁹ eē non potest: q̄ vniri deo in vnitate persone: qō in Christo: nam deus ⁊ hō vnus est Christus: sic anima rationalis ⁊ caro vnus ē homo. i. vna persona: ait. b. Athan⁹. Itē ꝓprietates seu pfectiones que sunt in inferioribus sunt in existētia in superioribus: vt ostendit Dionysius in celestib⁹ hierarchiis. Sed dñs Jesus superior est omni hierarchia ⁊ virgine in superna gloria. Ad phil. ij. ait apl⁹s. Donauit illi nomē quod est super omne nomen vt in nomine Jesu omne genu flectatur celestium

terrestrium ⁊ infernorum: Et ad heb. i. Cum introducit ꝓmogenitū in orbē terrarū dicet. Adorent eum oēs angeli dei. Jtē. iij. Esdre. viij. dicit vitas magna est ⁊ fortior pre oibus. Dis terra vitatem inuocat: celū etiā ipsa benedicit: ⁊ oia opera mouētur ⁊ tremūt eam: ⁊ non est cum ea quicq̄ iquus ⁊ inualescit: viuit ⁊ obtinet in secula seculorum. Benedictus deus vitatis. i. qui est veritas. Ego sū veritas ait Christus Jo. xiiij. Et veritas de terra orta ē. i. virgine humilima: firmissima ⁊ fructuosissima. Benedictus ergo fructus vētris tui Jesus ⁊ multo magis q̄ ipsa virgo benedicta. Unde in oīb⁹ duodecim priuilegijs q̄bus beata Maria excedit omnes creaturas ipse Jesus eam excedit. Nam primum est q̄ beata Maria nūq̄ peccauit Sed filius eius nec peccauit nec originale contraxit vt ipsa. b. Bernar. O bone Jesu: peccatum nō cōmesisti nec contraxisti: est enī tibi pater ab eterno. Sed deus est in quē peccatū cadere nō potest Est ⁊ mater tibi ex tempore. Sed virgo est ⁊ corruptela parē non potuit incorruptio. Secūdū priuilegium est q̄ peccare nō potuit. Sed hoc q⁹ fomes: qui trahitur ex peccato originali: religat⁹ vel extinctus fuit: vt in actum non exiret. Sed Jesus quia sine originali conceptus: ideo nec fomite infectus. Unde ut ait Dama⁹. Impeccabilis erat dominus Jesus Tertium priuilegium est q̄ i omni actu liberi arbitrij ipsa semper meruit: non tamen vsum liberi arbitrij: concepta vl mox nata habuit: etsi citius ceteris. Sz dns Jesus ab initio sue conceptionis vsum liberi arbitrij habuit. Un̄ dicit. b. Hiere.. Femina circundabit virū. i. in vtero. habebit hominē pfectū omni sensu ⁊ vsu liberi arbitrij: ⁊ ex tunc cepit mereri in quolibet actu interiori: non pro se qui non egebat: sed p nobis. Quartum priuilegiuz est puritas in summo. Sz receptiuā habuit: Jesus aūt datiuā. Unde ipa pura in summo ad modum aeris a sole depurati.

Ipse autem ad moduz solis depurantis. Lādor ē enī lucis eterne: speculū sine macula ⁊ imago bonitatis: sap̄. vij. Quitū priuilegiū est: quia ipsa est virgo virginum: ipse autem filius virginis. Unde canit ecclesia. Sancta Maria virgo virginū mat ⁊ filia regis regum omnium. i. Jesu. Sed plus est esse filium virginis q̄ virginē matrē per imitationē virginū. Sextū ē: q̄ ipsa est mater ⁊ virgo per generationē. Ipse vero fuit ⁊ est virgo pater per creatorē. Nobilior autē est creatio q̄ generatio ⁊ actus creatoris: q̄ actus creature. Jsa. vij. Ecce v̄go concipiet ⁊ pariet filium ⁊ vocabit nomen ei⁹ emanuel: quod interpretatur nobiscū deus: vt dixit angelus. In principio autem creauit deus celū ⁊ terrā. Unde ⁊ pater omniuz dicitur. Septimū priuilegium est: quia ipsa est mater omniū. Sed ipse est pater omniū etiā p gubernationē ⁊ curaz Sap̄. Ipsi est cura de omnibus. Est autem pater hic cure: plus autem est esse patrem q̄ matrē: ipa aūt genuit facto: ipse verbo: plus aūt est ⁊ prime generationi similius generare verbo q̄ facto. Octauū priuilegiū est: quoniam ipsa nullius habuit ignorantiā: eoz. s. que decuit scire: Jesus autē omniū habuit scientiam. In ipso enim sunt secundū apostolum omnes thesauri sapie ⁊ scie dei. Nonū priuilegiū est q̄ est porta celi. Ipse autē est hostium vt dicitur Jo. x. in quo est porta. Decimuz q̄ habuit cōmunicationē passionis Christi p cō passionē suam. Sed ipse sustinuit ipsam passiōez Jsa. liij. vere dolores nostros ipse tulit: ⁊ ps. Dolores inferni circundederunt me. Undecimum: q̄ ipsa est super omnes choros exaltata. Ipse autez habet nomen quod est super omne nomē. s. vt vocetur ⁊ sit deus exaltatus super omnia. Duodecimū q̄ ipsa est regina misericordie. Ipse autez pat misericordiarum. ij. Cor. Benedictus deus pater misericordiarū ⁊ deus totius consolationis: patz ergo quia benedictus fructus ventris Marie Jesus magis q̄ ipsa.

Notandū q̄ nō di. §. II

citur determinate cuius respectu fruct⁹ iste Marie sit benedictus. Et ratio est: quia simpliciter ⁊ absolute est benedictus omni modo ⁊ in omnibus vt declarabitur: ⁊ ideo per nihil specificum coartari potuit. Benedictio quoq̄ Marie non restringitur ad mulieres tantum: quia dicitur benedicta in mulieribus: sed causa ⁊ origo omnis benedictionis demonstratur. Possumus ergo loqui secunduz Albertum de ista benedictione: fructus Marie id est Jesu secundum triplicē viam. Primo quantum ad significationem. Secūdo quantum ad suppositionem. Tertio quantum ad substantiam ⁊ omnem sui partem. Quantuz ad primum scilicet significationem. Sciendum q̄ ista benedictio habet tria significata: quorum omniuz ratio saluatur in ista beatitudine qua dicitur. Benedictus fructus ventris tui. Nam vt dictum est supra: prima ē benedictio maledicti euacuatio: secunda est benedictio omnis boni possessio: tertia est benedictio congratulantium laudatio: ⁊ quelibet harum est triplex. Est enim triplex maledicti euacuatio. Incidit enim per peccatū triplex maledictū: primū est fomitis punctio. i. inclinatio habitualis ad maluz ⁊ delectabilia carni: que in actum progreditur cum quis incipit habere vsum liberi arbitrij: de quo ap̄lus ad Ro. Uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mētis mee id ē dictamini rōis: ⁊ captiuū me ducentē in legem peccati. s. saltem quo ad motus vitioz qui sunt venialia. Sed benedictus fructus vētris tui. s. Jesus: quia exclusus omnino ab

omni fomite ⁊ mali inclinatione. j. Pe. ij. Peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. quinimmo agnus fuit qui abstulit peccata mundi. Et vt dicit beatus Augustinus de consecra. di. iij. Nemo tollit peccata mundi nisi Christus q̄ est agnus dei tollens peccata mundi. Secundum maledictum inductum per peccatum est labor in ueniende veritatis. Unde Sapien. ix. dicitur. Difficile extimamus que in terra sunt: ⁊ que in ꝓspectu sunt cum labore inuenimus: que autem in celis sunt quis inuestigabit? Unde omnes philosophi in multis errauerunt circa naturalia. Sed ⁊ circa moralia ⁊ salutem propriam: vt dicitur Eccl̄s. ix. Nemo scit vtrum odio vel amore scilicet dei sit dignus: ⁊ hoc quia ignorat si opera sua etsi videantur bona: sint vere bona ⁊ meritoria: fructus autem ventris beate Marie fuit benedictus quia nullaz ignorātiā habuit: sed omnem scientiam. Omnia enim que fuerunt: sunt: vel erunt in actu omnia sciuit anima Christi ad Hebre. iiij. omnia sunt nuda ⁊ aperta oculis eius. Tertium maledictum est necessitas incinerationis: Gen. iij. Puluis es ⁊ in puluerez reuerteris: propterea ad humiliandum hominem dicitur Eccl̄i. Quid superbis terra ⁊ cinis. Sed fructus Marie ab hoc exclusus est: secundum illud quod ait: p̄s. in persōa eius. Non derelinques animam meaz in inferno: quo descendit mortuus: nec dabis sanctuz tuum videre corruptionem scilicet corporis. Secunda significatio benedictionis ⁊ omnis boni possessio: secundum illud dictum Abrahe. Benedicaz tibi ⁊ magnificabo nomen tuum quo ad temporalia ⁊ naturalia: eriscz benedictus quo ad spiritualia ⁊ gratuita: ⁊ in te benedicentur omnes gentes quo ad diuinalia: quia per Christum fructuz Marie que descendit ex Abraham deuz ⁊ hominem recipiunt homines benedictionem glorie.

Fructus autem hic Marie benedictus ē omnis boni possessione tripliciter. Primo quia habuit Christus bonitatem humane nature in summo Unde Damascenus dicit: q̄ assumpsit dei filius primitias humane masse id est humanitatē in ea puritate que fuit in adam in statu innocentie: et propterea dicitur Isa. c. vij. q̄ emanuel partus ex virgine butyrum ⁊ mel comedet: vt sciat reprobare malum id est non sumere malum peccati ⁊ eligere bonum gratie. Dicitur autem comedisse id est sibi vnisse sicut quod comeditur: incorporatur ⁊ vnitur comedenti butyrum: qui est pinguedo lactis id est innocentiam: ⁊ mel dulce id est sapientiam. Secundum bonū quod in se habuit Christus est bonum diuine nature in summo: quia fuit verus deus. Un̄ apostolus: in quo scilicet Christo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter: ⁊ actuum. x. Pertransiuit Jesus benefaciendo ⁊ sanando omnes oppressos a diabolo: quoniam deus erat in illo: nec enim potest expellere diabolum ab homine peccatore: nisi deus remittendo peccata. Creature ⁊ sancti habent bonitatem accidentaliter: sed Jesus quia deus verus habebat bonitatem essentialiter: quo modo nemo bonus nisi solus deus scilicet essētialiter ait ipse Lu.

Tertium bonum huius benedictionis est bonitas vnionis nature diuine cum humana. Leo papa in sermone. Salua igitur vtriusq̄ proprietate nature ⁊ in vnam coeunte personam: suscipit a maiestate humilitas: a virtute infirmitas: ab eternitate mortalitas: vt q̄ nostris remedijs congrue batur: mori posset ex vno: ⁊ resurgere haberet ex altero: ⁊ propter istud bonum vnionis dixit zacharias laudans deum. Benedictus dominus israel. quia visitauit scilicet per hanc vnionem: ⁊ inde fecit redemptionem plebis sue. Tertia significatio benedictionis est congratulantium laudatio: de qua Raphael ad Thobiam ⁊ filium ait. Benedicite deum celi: ⁊ coram omnibus viuentibus confitemini illi: quia fecit nobiscum misericordiam suam: ⁊ hec est triplex scilicet angelorū: hominum: ⁊ rerum corporalium. Angeli laudant ⁊ benedicunt fructum ventris beate Marie quia per ipsum restauratus est numerus diminutus eorum: vnde ecclesia canit: per quem scilicet Christum maiestatem laudant angeli: adorāt dominationes: tremunt potestates: celi celorumq̄ v̄tutes ac beata Seraphi: benedicite ergo dominū omnes angeli eius. Permaxime homines benedicere ⁊ laudare debent Jesum: quia factus est eoz frater: eorum ductor: eorum redemptor. Neq̄. n. vt ait Petrus apostolus in Act̄. apostolorum: est aliud nomen datum sub celo i quo oporteat nos saluos fieri: q̄ scilicet per iesum christum: et ideo qui preibant et qui sequebantur clamabant filio dicentes Osanna: idest obsecro salua nos benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis. Mathei vigesimoprimo. Qui preibant significat patres veteris testamenti: qui sequuntur patres noui: et omnes debent benedicere congratulando de saluatione facta p̄ xp̄m. Tertio ēt alia corporalia habent cōgratulari ⁊ laudare modo suo de fructu ventris Marie: quia aliquo modo vnita sunt cum suo creatore in quantum deus factus est homo: qui participat cum omnibus corporibus in quantum ⁊ ipse corpus habet: ⁊ ipse omnia demum renouabit ⁊ meliorabit: ⁊ ideo Benedicite omnia opera domini domino: laudate ⁊ superexaltate eum ⁊ cetera. Benedicite celi domino: benedicite aque omnes: que super celos sūt ⁊ cetera. Benedictus ergo fructus ventris tui secundum triplicem significationem benedictionis.

Capitulū Vicesimūquintum.

Quantum ad sup. §. III.

positionem in quantum scilicet pro Christi: hoc quod dicitur. Benedict' fructus ventris tui: habet tria: et pro omnibus illis redditur locutio vera. Est enim benedictus fructus iste triplici benedictione scilicet benedictione nature: benedictione gratie ꝛ benedictione glorie: ꝛ quodlibet istorum est triplex. Benedictio nature in eo fuit triplex: habuit enim corpus benedictum animam benedictam ꝛ deitatem benedictam. Corpus eius fuit benedictum: quo ad materiam: quia non ex materia corrupta: sed ex purissimis sanguinibus virginis fuit conceptum. Sapiēn. octauo. Ad corpus incoinquinatum accessi. Fuit benedictum in armonia: quia optime proportionatum cum omnimoda proportione humarum: adeo ꝙ non incurrisset aliquam infirmitatem si diu vixisset: et morte violenta scilicet crucis non fuisset occisus: sed senio defecisset: Ex quo cum non esset debitor mortis: quia non per carnalem propagationem ex viro conceptus voluntarie tamen suscepit mortale corpus. Benedictum fuit illud corpus in forma ꝛ pulchritudine: ps. Speciosus forma pre filijs hominum propterea benedixit te deus in eternum: habuit enim congruentem quantitatem. Naz etsi in conceptione: quia subito fuit perfectissime organizatum corpus illud ꝛ distinctum ab omnibus suis liniamentis: peruissimum fuit super omnes conceptos in vtero: tamen spatio quadraginta dierum vel quadragintasex: vt dicunt philici: quibus corpus conceptum paulatim cōpletur et organizatur in membris suis: peruenit ad debitam ꝛ communem quantitatem.

Similiter in figura ꝛ colore fuit speciosissimū vt ostenditur ex quadam epistola quam scripsit quidam gentilis Tiberio tunc imperanti in partibus iudee moram trahens pro parte Romanorum: hic in ea declarat effigiem eius et formam prout oculis suis viderat. Animam quoqz habuit benedictam iuxta illud: Sap. sortitus sum animam bonam: fuit vtiqz benedicta anima illa a deo tunc creata quia infusa corpori sine peccato: sine fomite: sine ignorantia fuit.

Fuit benedicta: quia intelligentiam habuit acutissimam: omnia tunc intelligens memoriam tenacissimam: voluntatem ad omne bonum sine difficultate promptissimam: species omniuz rerum fuerunt in mente eius indite seu concreate: sicut dicitur de adam. Fuit ergo benedicta anima illa omnium naturarum naturali cognitiōe: virtutum politicarum perfectione: suprema naturali dei dilectione: vt merito dici possit de eo illud: preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: quia ante natiuitatem ista habuit anima eius. Habuit ꝛ benedictam deitatem in se. vnde ps. Benedictus dominus deus meus: qui do. ꝛ cetera: Deus meus dicitur quia per deitatez vnitam nature nostre: factus est noster. Homo autem factus et conuersatus in terra: docuit exemplo suo nos purgare manibus nostris id est operibus contra inimicos spirituales mundi fallentis quem contempsit: carnis infitientis: quam ieiunijs ꝛ abstinentia afflixit: diaboli suadentis: quem documentis scripture superauit in deserto. Benedicta ergo sit sancta trinitas atqz indiuisa vnitas. Trinitas ista sancta est: que in Jesu habetur. Nam sancta caro. Sancta anima: Sancta deitas: ꝛ indiuisa vnitas scilicet in persona: quia vna persona deus et homo: non due persone: nec duo suppositā: sed vnum confitebimur ergo ei: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Benedictio secunda scilicet gratie fuit in fructu ventris Marie: ꝛ hec triplex: nam habuit cum patre gratiam incarnatā: cum matre gratiam creatam: preter vtrumqz gratiam coniunctam: habuit enim a patre gratiam increatam scilicet ꝙ sit deus: vnde ipse ait Johannis septimo. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me patris: quasi dicat secundum beatum Augustinum super Joannez. Ego qui dico: sapientia ꝛ verbum: non habeo esse a me ipso: sed a patre qui hanc gratiam dedit mihi vt sum deus habet etiam ab eo ꝙ sit filius dei ps. Dominus dixit ad me filius meus es tu: Leo papa. Uerbum enim dei: deus filius dei: vt liberaret hominem ab eterna morte factus est homo: ꝛ tanto federe vtranqz naturam seruit: vt nec inferiorem consumeret glorificatio nec superiorem diminueret assumptio. Habet deum a patre ꝙ sit spirator spiritussancti. Mittam inquit ipse vobis a patre spiritum veritatis Joannis decimosexto id est mittam spiritum sanctum a me procedentem. Sed ꝙ a me procedat ꝛ vobis mittam: hoc habeo a patre. Unde et cū instituit sacramentum: in quo se totum dimisit nobis eleuatis oculis in celum ad patrem bene dixit: quasi totum quod est recognoscens a patre habere. Cum matre triplicem gratiam habuit creatam: videlicet: quia omnem gratiā ꝛ gratis datā ꝛ gratū facientē ꝛ singulariter priuilegiataz habuit: vt sicut ipa dicitur gratia plena: ita ꝛ fructus ventris eius: verbum: scilicet caro factuz plenum gratie dicatur: excellentius tamen in ipso vt supza dictum est. Secundo quia omnem gratiaz dedit: sicut enim de plenitudine eius scilicet virginis recipiunt vniuersi: vt ait .b. Bernar. Sic de plenitudine Christi nos omnes accepimus gratiā vt ait Jo. c. j. pf. ctius m̄ p Christū: Tertio dedit

vltra id quod habuit. Dat enim remissionem peccatorum quam remissionem in se non habuit: nec filius nec mater: quia nullum peccatum filius habuit: mater nullum actuale: dat tamen aliter filius aliter mater: filius efficienter vt deus: meritorie vt homo. Mater suffragio orationis sue impetrando remissionem peccatoribus penitentibus. Congrue ergo Elisabeth ait. Benedicta tu in mulieribus et ita benedictus fructus ventris tui Jesus: qui tecum graciam habet. Ex coniunctione preter vtrunq; scilicet deitatis cum humanitatis coniunctione habuit triplicem gratiam: vna q̄ fuit filius plurium: nam mater eius habuit patrem ⁊ matrem scilicet Joachim ⁊ Annam.

Sed non deum habuit patrem sed hominem vt dictum est Joachim. Pater vero Christi nō habuit patrem nec matrem: nec deum nec hominem. Ipse vero habuit patrem et matrem et deum patrem et hominem. Secundo ex ipsa coniunctione dei cum homine habet: q̄ sit redemptor: filius hominis non venit ministrari sed ministrare: ⁊ dare animam id est vitam redempti onem pro multis: Mathei. xx. ⁊ quomodo declarat princeps apostolorum Petrus in prima canonica dicens: non enim corruptibilibus auro et argento redempti estis de vana vestra conuersatione: sed pretioso sanguine agni imaculati. Quod premium sanguinis fuit infiniti valoris ad nos redimendum: propter diuinitatem ei vnitam: ⁊ in quantum redemptor est sponsus animarum secūdo Corinthioꝝ vndecimo. Despondi enim vos vni viro virginem castam integritate scilicet fidei ⁊ dilectionis exhibere Christo. Est ⁊ sacerdos fidelium siue pontifex: ad hebreos. ix. Christus assistens pontifex futurorum bonorum ⁊ cetera. Introiuit semel in sancta eterna redemptione inuēta. Judex quoq; viuorum ⁊ mortuorum. Joānis v. Pater non iudicat quemq̄ sed omne iudicium dedit filio in quantum ipse solus in humanitate quam sumpsit cunctis apparebit. Tertio ex huiꝰ modi coniunctione habet q̄ sit beatitudo omnium. Joānis. x. Ingredietur scilicet quilibet beatus et egredietur ⁊ pascua inueniet. Ingredietur ad deitatem Christi contemplandam. Egredietur ad humanitatem speculandam ⁊ vtroq; fruitiōis refectionē beate inueniet: et ideo bñdic anima mea dominum ⁊ cetera. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis ⁊ sanat omnes infirmitates tuas: deus homo per sacramenta ab eo instituta. Qui redimet de interitu vitam tuam in quantum redemptor: ⁊ coronat te in quantum beatificat. Benedictio quoq; glorie qua benedictus est fructus ventris Marie est triplex. Habuit enim gloriam comprehensoris: gloriam redemptoris: ⁊ gloriam creatoris. Gloriam habuit comprehensoris dum fuit viator: quod nulla creatura habuit: nam in mundo quilibet sanctus est solum viator: in alio tantum comprehēsor. Christus autem simul in mundo viator in quantum mortalis ⁊ merebatur. Comprehensor quia clare intuebatur anima eius diuinitatem cui erat vnita vt nunc: ⁊ summam aureā habuit super omnes aureolas ⁊ premia accidentalia omnia in sūmo: vt aperte intelligatur de illo. Dilectus deo ⁊ hominibus: cuius memoria in benedictione est. similem illum fecit in gloria sanctorum. Ecclesiastici. xlv. scilicet dum hic etiam vixit. Habuit et gloriam redemptoris in quantum ipse est hominum liberator: demonum superator ⁊ nature humane exaltator. Et ideo: ps. Per singulos dies benedicam tibi ⁊ laudabo nomen tuum ⁊ cetera.

Tertia que est gloria creatoris ostenditur in misericordia in sanctis: in iustitia in damnatis. In magnificentia in celis ⁊ elementis. Unde te celorum militia laudat: adorat: predicat: triplexq; mundi machina benedicit per secula. Et ideo benedictus fructus ventris tui.

Tertio potest cō. §. IIII.

siderari ista benedictio fructus vētris beate Marie: quantum ad substantiam ⁊ partes eius integrales ⁊ hoc tripliciter. Primo quantum ad principium ⁊ causam. Secundo quantum ad essentiam. Tertio quantum ad efficientiam. Si ergo consideretur iste fructus in quantum est benedictus tripliciter: secundum triplicem sui originem habet originem iste fructus benedictam trinitatem: que operata est hoc mysterium incarnationis. Unde benedicta sit sancta trinitas: creatrix et gubernatrix omnium: habet originez fructus iste quantum ad suam deitatem per generationem benedictum patrem. ij. corin. Benedictus deus et pater domini nostri ihu christi pater misericordiarum. Habet originem quantum ad assumptam humanitatem benedictam matrem per natiuitatem in vtero et ex vtero: vñ elisabeth aptissime ait ei visitanti ipsam. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me: luc. j. Quantum ad essentiam benedictus est fructus ventris marie tripliciter. Benedictus fructus ventris tui ait beatus Bernardus benedictus in odore: benedictus in sapore: benedictus in specie vel decore. Odore suo implet cognoscitiuam. Unde in cant. In odore vnguentorum tuorum currimus: id est gratiarum: nam in odore eius reuiuiscūt mortui. Quē sētēs isaac ait: i figurā eiꝰ filio suo iacob: de q̄ descēdit. Ecce

odor filij mei sicut odor agni pleni: scilicet gratiarum ⁊ bonorum cui benedixit deus Geñ. xxvij. In sapore quoq; benedictus fructus hic refitiens affectuam: vt summum ⁊ dulcissimum bonum: Cant. Fructus eius dulcis gutturi meo ait anima deuota hoc degustans: ps. Gustate ⁊ videte quoniam suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo: ⁊ multo magis qui in patria gustat. Adde ad saporem valorem. Valet enim contra omne malum immedicamentum: in cibum habentem omne delectamentum: in precium comparans omne bonum. Benedictus est iste fructus in specie vel ō core: ps. Speciosus forma pre filijs hominum: propterea benedixit te deus in eternum. Petrus in quem desiderant angeli prospicere. Quantum ad efficientiam est benedictus fructus ventris Marie actiuam ⁊ passiuam. Actiuam quidem quia benedicit nos benedictione temporali: benedictione spirituali gratie ⁊ benedictione supernali glorie. Unde ps. ter dicit. Benedicat nos deꝰ deꝰ noster: ⁊ benedicat nos deus: ⁊ signanter dicit deus noster: vt notet istum fructum ventris Marie: quia per hoc est factus noster deus singulari modo: quia ex ea carnem nostram assumpsit. Quantum ad benedictionem passiuaz id est quia facit nos benedicere: vt sic per eum recipiamus virtutem eum benedicendi: id est laudādi. Tripliciter hoc accidit. Facit enim nos benedicere corde iuxta illud. Benedic anima mea dominuz: ⁊ omnia interiora mea nomini sancto eiꝰ. Ore secundum illud. Benedicam dominum in omni tēpore: semper laus eius in ore meo: ⁊ Petrus in canonica: nulli malum pro malo reddentes: aut maledictum pro maledicto: sed econtra benedicentes. Opere: ps. Ecce nunc benedicite dominum omnes serui domini: scilicet bene operando: ⁊ sic concludendo primum fructum: scilicet naturalem. Uentris materialis Marie vtiq; benedictus omni modo fuit. Et virgo vt vitis fructificauit suauitatem odoris: scilicet dominum Jesum: qui ait ipse Sapieñ. ecclesiastici vicesimo quarto. Sicut cinamomum et balsamum odorem dedi: et quasi mirra electa dedi suauitatem odoris.

De duodecim fructibus spiritus qui fuerunt in Maria. Capitulum vicesimuz sextum.

Benedictus fructus ventris tui. Est alius fructus virtualis Marie: de quo dominus: posui vos scilicet in mundo vt eatis et fructum afferatis. scilicet bonorum operum. Omnis enim arbor que non facit fructum bonum: excidetur: scilicet per mortem ⁊ in ignem mittetur: scilicet eternā. Mathei septimo. Fructus iste bonus ex ventre bone mentis. Mens enim ideo dicitur venter anime: quia in ea continentur cogitationes et affectiones ex apprehensis ex sensibus quasi ex cibis comestis. que mens occulta est cum suis cogitationibus ⁊ affectionibus: sicut venter ⁊ contenta in eo. Isti autem fructus ventris beate Marie sunt benedicti propter summam eorum perfectionem: ⁊ propterea dicit Ecclesiastici vicesimoquarto vt dictum est supra. Flores mei fructus honoris et honestatis. Flores sunt in choationes fructuum: vni ergo in alijs sanctis virtutes sunt quasi flores id est imperfecte et incomplete respectu virtutum patrie: in ea fuerunt isti flores fructus quia virtutes habuit q̄ si ad modum patrie aliquo modo vt ostensum est supra: cum ageretur de gratia virtuali eius

Et ista bona opera sunt fructus quibus debetur verus honor: et in quibus est vera honestas: ad quod insinuandum cantatur de ea quod scribitur in Cantic. Emissiones tue paradisus cum pomorum fructibus: emissiones dicuntur operationes ex ventre procedentes mentis: iste fuerūt paradisus quasi similes operibus eorum: qui sunt in paradiso adeo perfecte fuerunt. Poma que sunt rotunda sunt pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus: quia sicut pomum est rotundum: ⁊ figura rotunda est capacissima: et non inuenitur ibi principium vel finis: ita eternus pater eternus filius: eternus spiritussanctus: sine principio et sine fine vnus deus: omnia continens: quibus diuinis personis aliquando fruebatur: et ideo cum dicatur cum pomorum fructibus.

Et ad se inuocandum ad huiusmodi fructus producendos: aiebat. Ecclesiastici vicesimoquarto. Translite ad me ommes qui concupiscitis me id est amatis: ⁊ a generationibus meis implemini id est operibus virtuosis: que generate ⁊ producte sunt a ventre mentis mee: sicut fructus ab arbore: et sicut filij a ventre matris. Implemini ait: id est copiose ea agendo: ⁊ quia ipsa sola implent ⁊ refituunt animam: nam opera mala esurientem et vacuam reddunt: vnde et fructus dicuntur opera virtuosa: vt dicit glosa beati Ambrosij: quia mentem refituunt sincera delectatione. Sed inter cetera opera virtuosa permaxime delectant animam illa. xij. que enumerat apostolus ad galatas quinto que appellat fructus spiritus: dicens. Fructus spiritus sunt. Charitas: Gaudium: Pax: Pacientia: Benignitas: Bonitas: Longanimitas: Mansuetudo: Fides: Modestia: Continentia: Castitas.

Hi scilicet fructus fuerunt fructus ventris

mentalis Marie valde suaues.' Et ideo subdit Spir.tus eni meus super mel dulcis:id est isti fructus spiritus mei. Dulcia autez cōmuniter alitiunt appetitum. Sunt enim dulcia amica nature: ⁊ ideo inuitat ad huiusmodi sui exemplo: dicens Transite ad me omnes ⁊c.

Quod isti fructus .§.I.

spiritus fuerunt in Maria:declaratur. Primus itaqz fructus spiritus ventris Marie mētalis dicitur charitas:que hic non importat virtutem: ō qua dictum est supra:sed actum eius. Hic fructus charitatis est:qui de terra ad celum euocat: ⁊ sic ad ipsum pertinet a terrenis separatio ⁊ ad celuz eleuatio. Sed beata Maria fuit omnino a terrenis eleuata:quia nec puluis venialis adhesit pedibus affectuum eius:quod nulli sanctorum contingit. Fuit etiam eleuata ad celum super omnes in contemplatione ⁊ cognitione ⁊ affectione diuinorum. Unde dicit Ecclesiastici.xxiiij.quasi cedrus exaltata sum in libano:libanus qui interpretatur candidatio:ecclesiam militantem ⁊ triumphantem:candidam puritate. Sicut ergo cedrus in libano est altior omni arbore:ita beata virgo magis eleuata erga deum in ecclesia dilectione.

Preterea in ps.fit triplex questio. Pria est. Quis ascendet in montem domini? Secunda: quis habitabit in loco sancto eius? Tertia est:Domine quis habitabit in tabernaculo:⁊ quis requiescet: ⁊ cetera. Difficile siquidem ⁊ perfectum est ascendere Difficilius ⁊ perfectius stare. Difficilimum ⁊ perfectissimum est habitare ⁊ quiescere. Ascendere pertinet ad apostolos qui sunt maiores de ecclesia:sed non pertinuit ad eos habitare: sed descendere: in figuram huius angeli ascēdebant ⁊ descēdebant per scalam quam vidit Jacob. Gen.xxviij. Unde ⁊ apostolus qui raptus fuit ad tertium celum:postea descendebat ad d.sponendum cubilia infirmorum:vt patet primo corintheorum septimo. Ad perfectiorem ergo statum q̄ apostolorum pertinet ascendere ⁊ stare. Hi autem videntur esse comprehensores:qui ascendentes in celuz stant fixi in actuali dilectione diuinorum: non tamen videntur quiescere in quantum appetit corpora eorum cuz ipsis animabus glorificari quod nondum impletur. Virgo autem beatissima semper ascendens de virtute in virtutem: ⁊ stans in habituali dilectione perfectius q̄ sancti i patria etiam habitando quiescit anima in corpore glorificata. Et ideo dilectus meus mihi ⁊ ego illi: modo excellentissimo. Secundus fructus dicitur gaudium quod importat delectationem in creatura rationali. Et vt ait beatus Bernardus. Illud est verum gaudium quod non de creatura sed de creatore concipitur: cuius comparatione omne dulce amarum: omne pulchrum fedum: omne quod delectare potest molestum: vnde ps. Uiderunt omnes fines terre scilicet per fidem salutare dei nostri. Jubilate deo omnis terra: vbi dicit glo. q̄ visio saluatoris est causa iubilationis. Et secundum beatum Gregorium in moralibus. Jubilatio importat quoddam gaudium intensū quod occultari non valet ⁊ exprimi non potest. Si autem ad partum virginis gaudet chorus celestium: ⁊ angeli canunt deo mysterium cernentes:⁊ magi gauisi sunt gaudio magno valde:reuidentes stellam que eos ad puerum ⁊ matrem eī perduxit:quanto magis iubilatione sunt repleti videntes eum. Nulla autem linga fari posset:nec intellectus capere gaudia perfectissima virginis: que percepit in conceptu filij: in partu:in lactando eum:in portando euz in gremio: i collocendo ⁊ conuersando cum eo. Exultauit:ait in Lanc. Luce.j:Spiritus meus in deo salutari meo id est extra salutauit:supra se salutauit pre gaudio qui escendo in deo salutari meo. Item cum dicitur a Christo: Gaudete ⁊ exultate quia nomina vestra scripta sunt in celis:Luce decimo. Gaudiū hoc est de presenti iusticia ⁊ predestinatione eterna. Si gaudium generatur ex hoc q̄ quis est predestinatus filius dei per adoptionem: ⁊ secundū presentem iusticiam multo magis habet gaudere q̄ sit predestiata vt sit mater dei:⁊ habeat omnez perfectissimam iusticiam:pro ut fuit virgo Maria. Tertius fructus est pax. Pax secundum beatum Augustinum.xix de ciuitate dei:ab omnibus optatur:sed a paucis vera pax inuenitur: quia non queritur vbi est. Decinerunt angeli nato domino ex virgine. In terra pacem esse hominibus bone voluntatis:non est bona voluntas illa in qua est peccatum ⁊ ideo non est pax impijs. Sed dicit dominus per Jsaiam. Sed in pace in id ipsum:dormiam ⁊ requiescaz ait. ps. Cum homo dormit sopitus a vitijs ⁊ perturbationibus passionum:⁊ requiescit in id ipsum:id est deum: qui semper est idem ipsum:quia immutabilis cōformans se voluntati sue. tunc est in vera pace: vt dicit beatus Augustinus in libro confessionuz. Omnia alia sunt aspera:⁊ tu solus deus es requies:⁊ inquietum est cor nostrum:donec requiescat in te. In omnibus requiem quesiui. ait beatissima Maria:sēp subdita volūtati dei: ⁊ sēp hns ñ solum bonaz sed optimam voluntatē: ⁊ ideo fructuz pacis habuit mundus:caro: demonia: diuersa mouent prelia ⁊ conturbant pacem nostram. Sed mundus pacem eius turbare non potuit:q̄ paupercula spiritu: diabolus pacez eius perturbare non potuit:quia humilima. Caro non concupiuit aduersus spiritum: quia fomes in ea extinctus fuit:⁊ quia ōne simile appetit suuz simile: ipse qui est pax nostra: in ipsa pace plenissima

Capitulū Vicesimūsextum.

requieuit in tabernaculo suo: secundū illud ps. In pace factus est locus eius. Quartus fruct' est patientia. Pacientia opus perfectum habet ait Jacobus in canonica capitulo primo: cum scilicet quis propter aduersa contingentia non contristatur: sed equo animo fiet. Ad hoc valent exempla sanctorum: qui etsi iusti: multa passi sed patientissime: sicut Thobias qui nec est contristatus q plaga cecitatis venerit super eum cuz tamen operibus insisteret pietatis. Sic Job amissa omni substantia: familia z sanitate corporis: in omnibus his non peccauit: nec stultum ali quod contra deum locutus est: z vt ait sancta illa vidua Judith. Omnes qui deo placuerunt ab initio: per multas tribulationes transierunt fideles. Qui vero tentationes non susceperunt cuz timore domini: z impatientiam suam in impropperium murmurationis sue contra dominum protulerunt: exterminati sunt ab exterminatione Judith. viij. Virgo autem beatissima non caruit aduersis: sicut nec filius eius. Sed nato paruulo inde ad paucos dies quesito ad occisionem: oportuit fugere in egyptum: z ibi manere per septennium inter idolatras z alienigenas: z duodenis: cuz remansisset in templo: ipsa non percipiente per triduum quesiuit non sine dolore: sed sine ira et tristicia: rationem absorbente vel offuscante. Similiter in persecutionibus filij patientissima fuit. Unde dicitur de ea: sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. Lilium vel rosa non amittit suam pulchritudinem vel odorem inter spinas sic nec ipsa odorem patientie inter tribulationes.

Quintus est longanimitas: hec est secundum glo. in expectatione boni non deficere: sed reficiz: quando quis habet tolerare aliquem dolorem vl' laborem ad breue tempus: vel expectare habet aliquod magnum bonum: sed cito recipiendum: equo animo conatur sufficere propter breuitatez temporis eius. Sed quando in huiusmodi videt se diu permansurum in labore vel dolore vel consequendo bono: multum solet attediari z fatigari z aliquando deficere ex diuturnitate eius. Sed longanimitas retinet hominem ne attediet: sed p feuerans maneat: z si non ita cito: sed diu labor maneat: z bonum illud expectatum proueniat z reficit mentem quadam rectitudine premij. Unde apostolus secundo corinthiorum sexto. Exhibeamus nosmet ipsos sicut dei ministros in longanimitate. Per multos annos fuit beata Maria in laboribus mūdi z expectatione glorie: videlicet circa sexaginta annos secundum communiorem opinionem semper magis feruens z auida ad omne bonum opus. Sextus est bonitas. hec secundum glosam dulcedo animi est: sed secūdum philosophum dulce est quod amaro impermixtum: dultius quod amaro impermixtius: dulcissimum quod amaro impermixtissimum. Sed animus beatissime Marie fuit omni amaro impermixtissimuz. Unde sapientie. viij. dicitur. Nō habet amaritudinem conuersatio illius scilicet sapientie: sed cum nulla creatura pura conuersata est intimius z perfectius: ergo ipa habuit summā animi dulcedinem. Unde z cantamus ei. O clemens. O pia. O dulcis virgo Maria. Unde z bonitatis huius fructum habuit: ps. Quaz magna multitudo dulcedinis tue domine: quam abscondisti timentibus te. Sed beata Maria super omnes timuit deum timore sancto ergo z maximaz dulcedinem aī habuit: p'ea. Bonum est sui ipsius diffusiuum secundum Dionysium: z hoc pertinz ad istam bonitatem velle bonum aliorum z suuz communicare. Sed beata Maria summum bonum suum cōmunicauit scilicet filium offerendo primo in templo: postea in patibulo vnde maxie habuit dulcem fructum bonitatis. Septimus est benignitas: hec secundum glosam est largitas rerū. Unde z dicitur benignitas quasi bona igneitas: bonus ignis est qui calefacit etiam a longe. Qui ergo benedicta exhibet: nō solum amicis sz etiam inimicis: ille ē benignus. Unde apostolus Ro. xij. Si esurierit inimicus tuus ciba illum cē. hec enim faciens congeres carbones ignis super caput eius id est super mentem ad inflammandū eum ad amorem tuum ex talibus operibus ignitis. Apparuit ait idem apostolus ad Thimo. ij. benignitas z hūanitas saluatorī nostri dei. Adeo enim nobis benignus apparuit: vt omnia sua largiretur z pro crucifixoribus exoraret. Sed ei' mater ipsum imitata aurum sibi oblatum a magis cito pauperib' largiter erogauit. i. Lorī. xiij. apostolus ait. Charitas benigna est: z quanto maior charitas: tanto maior benignitas. Sed charitas beate Marie omnes excessit: vt dictum est: ergo z benignitas. Octauus est mansuetudo: hec secundum glosam est tractabilitas. Unde mansuetus quasi manu suetus: qui scilicet permittit se tractari sine irascendo: z ista est differentia inter patientiam z mansuetudinem que similis videt: quia patientia moderat z regulat passionem tristicie que insurgit ex aliqua molestia ne nimis contristetur. Sed mansuetudo refrenat passionem ire ne frangat: z contra rationem aliquid agat. Unde glosa dicit: q mansuetudo est contra iram Ecclesiastici. Filij in mansuetudine perfice opera tua: z super gloziam hominum diligeris. Qui ergo munus habet de ira: magis habet de māsuetudine. Sz beatissima Maria fuit sine aliqua ira ergo fuit mansuetissima. Nec obstat quod dicitur Luce primo scilicet q cum audisset salutationem angelicam turbata est in sermone eius. Nam illa turbatio non fuit ire: sed admirationis vt dictum est supra: preterea.

Mansuetus dicitur tractabilis. Tractabilis autē est qui est omnibus conformis ⁊ conformabilis. s. in eo quod non est malum: ⁊ sic tractabilis ē qui est omnibus omnia. Uel secundū genera singulorum: vt Paulus qui factus est iudeis sicut iudeus ⁊ his qui sine lege erant id est gentilibus tanquaz sine lege esset ⁊ cetera. Uel secundum singula generum: ⁊ iste est simpliciter omnibus omnia. Et sic fuit beatissima Maria vnde tractabilis ⁊ mā sueta in summo. b. Bernar. Quid ad Mariam trepidat accedere humana fragilitas: nihil asperum in ea reperies: nihil austerum: tota suauis est omnibus misericordie sue sinum aperit: et sic omnibus omnia facta vnde et summe mansueta. Nonus fructus est fides: hec secūdum glosam ibi est inuisibilium certitudo. Incenditur autem ex certitudine delectatō triplr. Primo per scibiliuz pluralitatem vt si delectatō est in sciendo quanto plura scit tanto maiorē ḡs habet delectationez. Secundo per nobilitatem et meliozitatem scitoz: vt si delectatio est in sciendo naturalia inferioza: multo maioz delectatō ē in sciendo altioza: vt trinitatem: deitatez: beatitudinem propriam et huiusmōi: quia nobiliora sūt ista omnibus inferioribus: ⁊ imperfecta cognitio horuz magis delectat quam perfecta cognitō inferiorum secunduz pbm. Tertio per modum sciendi perfectiorem. vt si sciatur per reuelationem a deo maioz sequitur delectatioz q̄ si p acq̄sitionē humanaz. Sed beatissima virgo habuit maiorē certitudinez secundum oēz usum triplicez modum: et sic habuit maiorem fidez ceteris et ex ea maiorem delectationem. Differt ergo fides prout est fructus: a fide ꝓut est virtus theologica: quia scilicet vltra ꝓmunem ascensuz ad credibilia prout est fructus: importat quandam certitudinez de eis: nō tamē eo modo quo in patria potest etiam dici hic fides fidelitas ad promissa: que etiaz fuit permaxime in virgine Maria. Decimꝰ fructꝰ est modestia: hec secundum glo: in dictis ⁊ factis consistit: vt. s. ita moderentur: vt non fiat excessus vel defectus: ⁊ precipue quo ad victum ⁊ habituz ⁊ gestus exteriores. In virtutibus politicis dicit Albertꝰ. vbi supra. Uirtus est medietas duoz extremorum. Unde in his modus est circa medium b. Bernar. Tene medium: si non vis perdere modum. In theologicis autem tanto maioz est virtꝰ quanto maioz est eleuatio ⁊ extensio ad consecutionem finis: nam tanto maioz est fides, quanto magis eleuat potentiam ad credendum: ⁊ tanto maioz spes: quanto magis eleuatur mens ad sperādū. Et modus i delectatiōe ē sine mō diligē fm Ber. Si ergo modestie est tenere modum. Modestissimum erit in summo tenere modum in sūmo. Summus autem modus in via est eleuare potentiam ad perfectissimum actum qui potest esse in statu vie. Hoc autem fuit summe in beatissima virgine. Item in alys viatoribus modestia ē cohibitio ⁊ restrictio appetitionum inordinatarum a concupiscentia surgentium: ⁊ fructus modestie est refectio spiritualis ⁊ delectatio de huiusmodi cohibitione ⁊ restrictione. Unde est quasi delectatio pugnatorum post victoriam. Sed modestia beate virginis non est de restrictione appetituum inordinatorum: qui in ea non poterant esse: sed perfecta subiectio sensualitatis ad spirituz: ⁊ ideo fructus modestie in ea: non est in cohertione inordinatorum appetituum: sed delectatio super eo: q̄ dicti motus inordinati non insunt nec esse possunt. Et sic ꝑna refectio in modestia est p modum innocentie. In alys per modum penitentie. Sed status innocentie precellit secunduz dignitatem statum penitentie: ⁊ in delectatione spirituali: ergo maxime modesta. Undecimus fructus est continentia ⁊ secundum glosam hic ē abstinere a placitis bonis: ⁊ intelligitur de placitis secundum sensum. Non enim est bonum virtutis abstinuisse a bonis placitis secundum intellectū. Illa enim sunt bona ⁊ secundum virtutem appetenda. A bonis autem sensibus delectabilibus est abstinendum. Summe vero delectabile secundum sensum est actus generatiōis: ⁊ ideo ab hoc abstinere est maximum virtutis. Quod potest esse tribus modis. Ouia per abstinentiam ab huiusmodi perfectam vt in cogniuatis: vt scilicet ab alys abstineant extra se. Aut abstinentiam perfectiorem vt in viduis. Aut perfectissimam ut in vginibus. Hoc autem fuit in beatissima virgine in summo: ⁊ ideo perfecte continens ꝑtea. Uirtꝰ ē circa arduum ⁊ difficile. Sed maxime arduum ⁊ difficile videtur esse abstinere ab actu generatiōis nature corruptibilitate: precipue circa illam partem. Unde Salomon. Non possum esse continens nisi tu dederis inq̄t ad deū: ⁊ hoc scire donū dei ē: vbi g̃ ē illa abstinētia i sūmo: ubi ⁊ ꝓtinētia i sūmo. Sz hoc i vgine Maria: ergo et cetera: ꝑtea augmentat virtutem continentie: abstinere nō solum a rebus bonis ⁊ licitis sed etiam debitis: ⁊ quanto magis debitis: tanto maioz continentia abstinere ab illis. Sed beata virgo abstinuit ab honoribus sibi debitis super omnes. Unde Elizabeth visitauit ⁊ prima salutauit vt minor: que tamen erat maxima: quia mater dei effecta. Unde ab alys abstinuit: ergo et cetera. Duodecimus est castitas: hec secundum glo. est recte vti licitis. Apostolus. Siue manducetis siue bibatis vel aliud facitis: omnia in gloriam dei facite. Omnes ergo actiones humane sunt referibiles ad deum. Ille ergo perfectus in sūmo erit: qui omnes actus suos in deum referet: ⁊ huiusmōi sic referre ē vti Unde magister senten. in. j. dist. j. dicit: q̄ vti est id quod in vsum venerit referre ad id quod fruen

dum est.s.deo qui solus fruendus est. Sicut autem contingit referre differenter: ita contingit vti differenter. Nam viatores contingit referre in deuz omnia:eos dico qui sunt boni habitualiter Sed beata Maria omnia semper actualiter referebat in deuz. O dilio cluniacensis. Unde pro certo scimus:q̄ omnis Marie actio semper intenta fuit in domino. Q̄ autē nullus viator omnia sēp retulerit in deum:patet quia nullus potuit se abstinē ab ōni veniali:z p tūc ñ actualit illud referebat in deum in quo peccabat etiā venialiter. Ipsa ergo sola semper vsa est licitis ideo castissima fuit:ab eo saltem cauendum ē: quod dicit.b. Augustinus. Nihil peiuſ q̄ vti fruēdis:z frui vtēdis Utitur fruendis:qui deo seruit,ppter temporalia Fruitur vtendis qui finem vltimum ponit in creatura:z hoc ppie non est vti sed abuti. Ex predictis patet:quomodo fructus honoris z honestatis ,pduxit venter mentalis virginis glorioſe: fructus.s.i.xp̄i.spiritus:figurati per.xij. filios Jacob quibus benedictionem dedit ipse significans deuz Et ideo benedictus fructus ventris fuit.

Est z alius uentris. §.II.

affectionalis viscerose cōpassionis fructus eius:in conceptu zelus honoris diuini:z salus animaruz In parturiendo labor z dolor pro huius executione.s.salutis aliorum. Unde aplus. Filioli quos iterum parturio donec Christus formetur i vobis Hāc affectionem super omnes habuit beatissima Maria ad dei honorem z hominū salutem. Unde z mater oīm dicitur:quos.s.concepit per affectum dilectionis:z peperit per laborez z dolorez i passione filij. Unde mulier illa habens in capite coronam.xij.stellarum:quod expositum est.s.de virgine Maria z eius.xij.singularibus gratijs z priuilegijs:exponitur a.b.Bernar. z Alberto de signare virginē Mariam. Et ibi dicitur Apoca. xij.q̄ habebat in vtero z clamabat vt pareret et cruciabatur. Draco autem ante mulierem stabat vt deuorare t partum eius:sed non potuit. Nam cum pareret masculum:subito raptus ē puer ātē thronum dei. Concepit vt dictum est affectu eximio omnes electos dei:signatos per masculum ,pter vnitatem eorum:z virilitatem. Clamauit desiderijs z suspirijs:orationibus:z meritis vt pareret:ita q̄ omnes veri fideles diabolus draco querit quem deuoret. Sed electi cum moriuntur tūc nascuntur in celis:z statuuntur ante thronum diuine maiestatis in gloria. Et draco vacuus z confusus remanet. Unde z viti assimilatur cuz dicit Ego quasi vitis fructificaui.similis enim fuit filio suo dicenti. Ego sum vitis et vos palmites: scilicz apostoli z ceteri fideles. Qui manet in me.s.vnitus hic fert fructum multum bonorum operum. Producitur palmes a vite vt filius producitur a patre:vnde z ipse Jesus dicit pater noster in hymno. Presta pater pijssime:patricq̄ cōpar vnice: sic mater eius vt vitis ,producit palmites sibi herentes per deuotionem vt mater omnium z imitationē

Sed notandum q̄ sicut nulla arbor producit pretiosiorem fructum vite: ita nulla est ita procliuis ad terram ex se:nisi per alium eleuetur sicut vitis. Nulla est ita turpis z deiecta in trūco vt ipsa:ad designanduz q̄ humilitas que facit hominem procliuem ad terram:ex vera sui recognitione z deiectum z vilem in conspectu aliorum: secundum apparentiam exteriorem: z ex se non ascendentem ad altum honorū z dignitatum: nisi ab alio eleuetur:produxit pretiosissimū fructuz scilicet dominum Jesum Christum: fructum copiosissimum perfectorum operum: fructum ,curationis salutis hominū:quia respexit humilitatem ancille:ait ancille sue. His fructibus electorz quorum beata maria dicitur vitis et mater: datur benedictio a domino:dum dicitur in ps. Bñ dixit omnibus qui timent dominū:z demū dicet eis. Uenite benedicti patris mei percipite regnuz vobis paratum Math..xxv. Benedictus ergo z fructus iste ventris affectionalis beate Marie.

Sciendum etiam secundum Alber. q̄ in ista salutatiōe ānuntiatur beatissime virgini pfectissima beatitudo z per ipsam z in ipsa toti hūano generi. Perfectio autem beatitudinis considerari potest:vel quātū ad substantiā vel quantum ad causam vel quantum ad efficientiam. Si quantū ad substantiam:vel est a malo exclusio: z hoc notatur in Aue:vel est ad bonuz inductio: z hoc cōprehenditur in gratia plena. Si attendatur quātum ad causam:sic dicitur dominus tecum. Si quantū ad efficientiam:vel hec est mediata: z sic est benedicta tu in mulieribus:vel ē causa imediata:z sic est benedictus fructus ventris tui.

De visitatione beate Marie facta Elisabeth. Capitulum. XXVII.

Surgēs maria

abijt in montana iudee cum festinatione. Luce primo capitulo.

In sacra scriptura dicitur exurgere quis a somno culpe. Aliquando dicitur exurgere penitens in spe venie. Tertio modo dicitur exurgere ad profectum gratie. Peccatori enim dicitur quod ait apostolus. Surge qui dormis: z exurge a mortuis:z illuminabit te Christus. In peccatis permanens dicitur dormire:quia sicut i somno dormiēs:nil meritorij opis agit:quia vsus liberi arbitrij est ligatus:ita peccator in tali statu qō opus agat de genere bonorz:nihil meretur ad vitam eternam valens. Et sicut dormiēti in sōnis

videtur sibi aliquando habere multas diuitias ⁊ delitias in eis gaudere: sed euigilans se illis vacuū videt ⁊ quasi illusuz vnde ⁊ contristatur. Ita peccatori videtur ista bona mūdi tenere ⁊ possidere ⁊ dum sperat se in eis permanere in morte quasi euigilat: ⁊ tunc cernit illa fallacia fuisse ⁊ transito ria: ⁊ eis carere seu ea dimittere per mortem: affligitur ⁊ nimis dolet: ps. Dormierunt somnum suum ⁊ nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Cum autez peccator reuertitur ad penitentiam dicitur sedere per humiliationem sui. Nam ⁊ de more loquendi est: vt cum quis humiliatur dicitur positus ad secundū. Unde Christus per ps: humiliationez sue passionis vocat sessionem dum ait. Tu cognouisti sessionem meam idest approbasti ⁊ gratam habuisti humiliatiōez meam. Tali igitur humiliato in penitentia. Unde ⁊ sedenti dicitur vt surgat. s. sperando veniam peccatorum ⁊ adiutorium gratie ad bene agendū Nam ut ait. b. Ambro. de pe. di. j. Nemo digne potest agere penitentiam: nisi qui sperauerit veniam. Talibus igitur penitentibus dicit ps. Surgite postq̄ sederitis: qui manducatis panem doloris. i. vos qui pascimini dolore ⁊ lachrymis ꝓpunctionis: postq̄ sederitis. i. humiliaueritis vos: surgite ad spem venie. Proficientibus quoqz ⁊ perfectis dicitur. Surgite ⁊ ite: quia nō habetis hic requiem dicit propheta. Surgite affectu ad patriā supernam contemplando ⁊ desiderādo superna: ⁊ ad ipsa festinādo: ⁊ isto modo loquitur. s. s. anime a deo dilecte. Surge ꝓpera amica mea colūba mea formosa mea ⁊ veni. Jam enim hyems trāsijt: ymber abijt ⁊ recessit: flores apparuerūt i terra nostra ⁊c. Ut surgat dicitur ad contemplationem ad amorem supernorum ⁊ perfectiorez virtutum. Amicam vocat animam ꝓpter charitatatē que est amicitia vera dei cum homine: columba mea propter simplicitatem: quia columba felmalitie non habet: formosa mea propter morum honestatem: propera ait: quia nescit tarda molimia spiritussancti gratia. i. non permittit tardare ad bene operandum. Et subdit rationem aptitudis ad istum processuz ad superna: quia iam transijt hyems frigida peccatorum que deleta sūt. Imber abundans passionuz ⁊ temptationum recessit: nō ita frequenter molestant: flores sanctorum desideriorum manifestantur in terra viuentium. Tempus putationis aduenit scilicet resecandi superflua ⁊c. Et isto tertio modo surrexit Maria cum dicitur. Exurgens Maria abijt cum festinatione in montana iudee. Sunt autem tria montana que transiuit Maria.

Primus mōs humilitatis.
Secūdus mons fraterne charitatis.
Tertius mons fraterne iucunditatis.

Quantū ad primum. §. I

id ē de vera humilitate potest exponi illud Gen. xix. dictum Loth. In monte saluum te fac. Nam vt ait Gracianus. de pe. di. j. §. taciturnitas. Sine humilitate nemini potest esse salus. Dicitur autē humilitas ⁊ vallis ⁊ mōs diuersis respectibus: nā vallis dicitur que est in ymo: quia per eam habet vera cognitio proprie vilitatis: quoniaz puluis ⁊ cinis infructuosus. Est eniz humilitas: ait beatus Ber. vtus q̄ homo verissima sui ipsius cognitiōe sibi vilescit: ⁊ secundum hoc dicit ps. Emittis sci licet tu deus fontes videlicet gratiarum in cōuallibus: id est mentibus humilium. Mons vero dicitur humilitas in quantum per eam eleuatur mēs ad cognitionem dei ⁊ aliarum virtutum: ⁊ demū exaltatur in celum: quia qui se humiliat exaltabitur: ait dominus Jesus Math. xxiij. Et secūdum hoc Anselmus in libro de similitudi. vocat eam ⁊ assimilat monti ad quem ascenditur septem gradibus: de quibus habes supra in ca. de humilitate. Sed vt breuius loquamur glo. super illud Math. iij. Sic decet nos implere omnē iusticiā dicit: idest perfectissimam humilitatem cuius gradus sunt tres: scilicet subicere se superiori: quod est necessarium ad salutem. Secundus subijcere se equali quod est humanum ⁊ quietuz Tertius subijcere se inferiori quod est exemplum perfectissimum: sicut fecit Jesus petens ⁊ suscipiens baptismum a Joanne baptista: rex a milite: dominus a seruo: sanctificator a sāctificato: ⁊ postea etiam lauans pedes discipulorum. Per hūc montem exurgens Maria: abijt in montana iudee que iterpretatur confessio: quia per hanc hō nihil sibi attribuit: ⁊ totum deuz esse confitetur: quādo visitauit Elisabeth humiliauit se iferiori: pergens regina ad vasallam. Domina ad ancillā. Mater domini dei: ad matrem seruuli: quod itel ligēs Elisabeth visitata: ⁊ a spiritusancto edocta ait. Unde hoc mihi ut mater domini mei veniat ad me: quasi diceret est hoc decens: sed potius q̄ ego venirem ad te: vt dominam meam ⁊ matrem domini mei. Et non solum iuit: sed ⁊ prior salutauit: ⁊ non solum salutauit sed cum ea tribus mensibus sterit: vt in partu tunc futuro ei seruiret. Et quis vnq̄ audiuit talia: ut regina maximi oīs gaudia: pgat ad seruam suam ad. ministrandū ei in partu eius. Unde exemplo eius debent hoies etiam inferioribus suis humiliari et seruire aliqñ

Secundus est mōs. §. II

charitatis qua quis confitetur deum: ⁊ tō mons iudeis summe bonum ⁊ sibi munificencissimum. Hic est mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo. Etenim dominus habitabit in finem

in ꝑs. Nos.n. sumus ait apls i quo fines seculoꝝ deuenerunt. Et in isto seculi fine propter nimiam charitatem qua dilexit nos deus: verbū caro factum est: ⁊ habitauit in nobis. Et de mōte exiuit lex euangelica: vt predixerat Jsaias: que est lex charitatis xp̄o cū apls recūbente cū discipulis suis in monte syon ⁊ dicente. Hoc est preceptū meum: ut diligatis inuicē. Et ad hanc ut ad finē reducitur lex decalogi data in monte synai: ut mons altissimus ipsa charitas eleuans nos super cherubim ⁊ seraphim ⁊ cum deo uiuens: hz.n. amor vim unitiuā: inquit dionys. qō ⁊ ipsum nomen insinuat. Charitas dr quasi chara unitas: nec aliq unitas creature ē carior ea nec preciosior. Hz et iste mōs gradus suos quibus ascēditur ad sūmū eius. Primus est incipientiū: quoꝝ officiū est tentatiōib⁹ resistere uiriliter: ac a criminalibus abstinere. Secūdus proficientiū quoꝝ exercitiū est non solum uicia euitare: sed ascensiōes in corde suo disponere i ualle lachrymarū h⁹ uite: ut in statu uirtutū: in quo est non quiescere sed i anteriora se extendere ⁊ perfectiora opera. Nā ſm.b. Ber. in via dei non progredi est regredi. In cuius figurā illa aīalia de quibus loquitur Ezechi: in prima sua uisione sēos designantia: ut exponit. b. Grego. dicit: q cū ābularent non reuertebantur: sed unūqōq; añ faciem suā egrediebatur. Ezechi. i. Tertⁿ gradus est deo inherere feruentissimo amore: ut cū psal. dicat. Quēadmoduz desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat aīa mea ad te deus ⁊c. Et cū apl̄o. Cupio dissolui: ⁊ esse cū xp̄o. Et ne uideatur proximū non curare cū eodē ad Ro. ix. dicere. Optabā ego anathema eē a xp̄o pro fratrib⁹ meis. Quod n̄ sane intelligendum. Non.n. optabat separari a charitate xp̄i propter salutē proximoꝝ. Anathema.n. separationem iportat: quia hoc fuisset contra ordinē charitatis: sed optabat ⁊ opere agebat: ut ad tp̄s separaretur cōsolatiōibus ⁊ quasi fruitione xp̄i ex dulcibus contēplationibus eius: eas dimittendo frequenter: ut cōuersioni ⁊ saluti aiarū insisteret predicaodo ⁊ discurrendo. De ipsis gradibus charitatis dic̄. b. Aug. de pe. di. ij. si quis. Charitas cū fuerit nata nutritur: cū fuerit nutrita: roboratur. Cū fuerit robo rata: perficitur. Cuz fuerit perfecta q̄d dicit. Mihi viuere xp̄s est: ⁊ mori lucrum. De his gradib⁹ hēs in titulo de charitate. Per montem istum exurgens maria abīt uisitado elisabeth: vt mutuis affatibus ad inuicē consolarentur: ut a uerecūdie pena elisabeth subleuaret. Erubescebat .n. ut dicit euangelista se grauidaz reperiri in senectute ⁊ carnalibus actibus operam dedisse: ⁊ ideo occultabat se. Et confortata ex verbis beate uirginis q̄ prius verecūdabatur esse grauidam: postea in domino gloriabatur se prophetam edidisse. Uenit vt et de bonis et donis collatis sibi a domino ut ei reuelatis fecunditatis sue ei congauderet. Uēit ut filius suus Joannes in vtero sanctificaretur: ⁊ iā filq sui iesu xp̄i propheta institueretur: ⁊ ipsa prophetissa efficeretur. Naz post elisabeth per spiritum prophetie ostendit sibi notum: quod erat oī bus occultum. s. uirginem dei matrem effectā. De filq profectu sui ait. Ut facta est uox salutationis tue in auribus meis exultauit infans i utero meo. Creditur tunc Joanni: qui sex menses habebat in vtero matris acceleratum obtinuisse usum liberi arbitrij: iuxta illud ecclesie. Acceleratur ratio in paruulo nondū nato instinctu sacri pneumatis: ⁊ tunc scificatum fuisse purgatum. s. ab originali gīa dei repletū: vt predixerat patri archangelus i templo dei: ⁊ cognouisse saluatoris sui i utero virginis existentis aduentū: ⁊ ideo exultauit mō nobis ignoto in utero. Et quod voce nō poterat nō dū natus opere exultationis ut prophetа xp̄z de monstrauit.

Tertius mōs est .§.III.

contēplationis: in qua reperitur maxima iucūditas: de quo dns per Jsaiam. Et faciet dns in monte hoc. s. contēplationis diuinoꝝ: conuiuiū pinguium: conuiuiū medullatoꝝ. i. refectionē spūalē plena iucunditate ⁊ delectatione. Et figuratur mons iste per montē Tabor: ad cuius sūmitatez ducens iesus petrum: iacobū: ⁊ ioannez transfiguratus est ante eos: ostendens aliqualiter gloriam suam. Ex cuius uisionis suauitate inebriatus Petrus ait. Dne bonū ē nos hic esse. Sed ad huiusmodi ascensū oz ducere petrū: qui interpretat discalciatus: Jacobū qui iterpretatur supplantās i. mundi contēptum: diaboli tentationū supplantationem: ⁊ carnis castimoniam gratiosam. Et p hanc contemplationē ascendit mens humana usq; ad exercitiū patrie superne: ō qua Jsaias. Gaudiū et leticia inuenietur in ea gīarum actio ⁊ vox laudis. Per hunc montē contēplationis transiuit beata virgo: in quo est confessio laudis diuine et gīarū actiōis ⁊ summū gaudiū: qn̄ postq̄ itrauit domum Zacharie salutabat elizabeth. Ipsa quoq; elizabeth repleta spū sco cū filio ipsam matrē dñi cognoscens mirabiliter collaudauit. Un tūc in altissimam contemplationē diuinoꝝ ascendens ⁊ summo gaudio repleta: canticū canticoꝝ intonuit dicēs. Magnificat aīa mea dñz ⁊c. Ubi magnitudinez diuine maiestatis contēplans exultauit in dño. Ubi sciendum ut notat per totū dns Joannes dñici cardi. super magnificat circa principiū. Causa materialis gaudij est uox laudis ex leticia cordis prouenies: ut dicit Jsidorus in libro ethymologiarum. Et notandū q̄ canticoruz quedā sunt obumbratica: quedam figurata: quedam iubilata. Prima sunt oīa cantica ueteris testamti: qz oīa in figurā ꝓtingebant illis. i. Lori. x.

Secunda sūt oia cantica noui testamēti: qz nunc nox p̄cessit: dies āt appzopinquauit. Sunt aūt non solū figurata per cantica veteris testamenti: sed ēt ista cantica quodāmodo figurant cantica vite eterne. Est. n. ꝟz Diony. status noui testamenti: mediuz inter statū veteris testamēti qui erat solū figuratuus 7 statū patrie vbi nil figure: sz oia i luce clarescunt. Nā i nouo testamento 7 exhibetur res figurata per uetus testm̄: 7 ē ēt figuratiua eozū que sunt i patria. Tertia āt cantica sunt ea que cantātur in vita eterna: de quibus dicitur in apocalipsi: qz cātabant sācti canticū nouum ante sedē dei 7 agni. Itē canticozū alia sunt cantica solū: alia sunt cantica canticozū: 7 i veteri testamēto notū est. In nouo cantica sunt tria. s. bñdictus 7 nunc dimittis: tertiū est gloria in excelsis: quod est canticū canticozū. Et cātica quidē sunt de victozijs. Sed cātica canticozū de p̄mijs. Cantica veteris testamēti subozdinātur canticis noui testamenti figuratiue qō ituenti satis lucide pz. Nam oia illa cātica cōpositā sunt p̄z gratiarū actiōe: aut ex hostiū p̄ostratione sicut cātemus dño gloriose 7c̄. Exo. xv. 7 quedā alia. Aut p̄z quadaz liberatione: vt illud Ezechie. Ego dixi in dimidio annozū meozum 7c̄. Isaie. xxxviij. Aut p̄z donorum receptione: vt illud anne. Exultauit coz meū in dño 7c̄. i. Reg ij. Et qz uera uictoria patuit nostro duce nato: iō eius milites angeli cecinerunt. Gloria i excelsis deo. Inspecta aūt libertate sui 7 ppli Zacharias cecinit. Bñdictus dñs deus israel. Cum āt Simeon donum maximū in vlnis suscepit: 7 ipse canticū cecinit. Nunc dimittis. Cantica āt canticozū salomonis subozdinātur huic canti co canticozum virginis. s. magnificat. Et ut docet egregius Origenes super cantica cāticozū nō statim a principio sūt cātata cātica cāticozum sed p̄ us egypto calcato et mari rubzo trāsmisso hoste qz p̄ostrato cantatū est. Cātem' dño gloriose 7c̄. Sed nondū ventū est ad cāticū cāticozū. Notandū igitur qz sicut illa cātica cāticozum salomonis sex famosa cantica p̄ecesserunt sex gradus significantia: quibus ad cātica cāticozum mens potest ascendere hūana. Sic sex actus famosos huic cātico canticozum uirginis scripta circa virginez almam describit euangelista: vt euidēt eluceścat qz illa isti ut vmbza deseruiunt. Precessit primo cāticum moisi Exo. xv. Cantemus dño 7c̄. significat libertatem peccatozū. i. a peccatis. Secundo cāticū ppli israel: ascendit pute' 7c̄. Numeri. xxi. Et notat largitatem gr̄arum vel donozū. Tertiū canticū delboze. Qui spōte obtulistis animas uestras 7c̄. Judicū. v. 7 insinuat obedientiā subditorū. Quarto canticū aliud moisi illud. Audite celi que loquoz. Deutro. xxxij. et demonstrat istructionem diuinozū eloquiozum. Quinto canticuz anne illud. Exultauit coz meuz: et significat uber tatem gratuitozū. Sexto canticū quodlibet dauid i psalmo: quod figurat venustatē 7 varietatē oultuum sonoz: id est gaudiozum mentiū. P' q̄ sequitur canticū canticoz salomonis: ergo virginem sacrā describit euangelista cantatricem. A vitijs denudatā p̄mo: dicens' Aue: id est sine ve: gratijs fecundatam: cū subdit gratia plena: dei solius imperio subiugatam cū subinfert: dominus tecū: benedicta tu in mlieribꝫ .q.d. mulieres cetere sub viri potestate sunt: tu soli domino qui ē tecum: diuinis eloquijs illustratā: qñ cogitabat qualis esset ista salutatio: ruminās scripturas: 7 iteruz querēs quomodo fiet istud? Tanti filij delitijs impzegnatam: quia inuenta ē in vtero habēs de spiritu sancto: modulatis gaudijs p̄dotatā: cū intrans domū zacharie 7 salutans helisabeth: auditis ab ea laudibus suis: totum a deo recognoscens: 7 ad montem cōtemplationis 7 diuine laudis ascēdens: ait. Magnificat aia mea dominuz Et aduerte fiōliter: quia quicquid i illis obumbzatis canticis cāticoz petitur: aut factum esse describit: totuz hic lucide habituz insinuatur. Nam ibi petitur osculuz. Osculetur me: inquit: osculo 7c̄. Hic habet coniunctio: scilicet diuine nature cū humana. Ibi postulabatur tractio. Trahe me inquit 7 cetera: hic habetur discursio: nā maria pergit cuz filio in vtero ad elisabeth. Ibi queritur locus pastus 7 a cubitus: hic habetur cubans in albo pastus alimētis virginis. Ibi videbatur longe saliēs in mōtibꝫ: hic festināter i montana ducitur realiter. Ibi quebatur i lectulo: 7 nō reperiebatur: hic claudit i corpusculo: 7 predicatur. Mater ibi vocabatur dilectus vt descendat: hic humanat vt se oñdat. Ibi cōuersio eius ad humanā naturaz sperabat: hic iam facta denominatur. Ibi natus factus petebatur ad oscula 7 amplexus: hic incarnatus alitur vt pariatur 7 detur omnibus eius desiderātibus amplexus. Et sic lege omnia cātica canticoz salomonis 7 qz ibi reperis obūbzatuz: i virgine videbis sub carne reuelatū. Et quia dicebat: qō hoc pretiosum canticū canticoz: scilicet Magnificat: subozdinatur cāticis vite eterne. Sciēdum: qz primus gradus 7 sūmus beatitudinis est visio ipsa diuinitatis: ex qua tāqz ex fonte omnis alius gradus beatitudinis accidentaliter deriuatur vt noster sanctus doctoz i quarto sētētiarz asserit distincti. xlix. In qua visione super extrema anima rapta: moz magnificat deum vt primus versus i sinuat. Et quia tāti boni visio sin imenso gaudio esse nō potest: statim exultat spiritus i deo saluta ri suo: vt dicit secundus. versus. In hoc autē lumine 7 gaudio anima seipsā cognoscit: 7 videt se illa tanta gloria idignaz: 7 sic fatetur se humilez ancillam: vt tertius versus sōat. Hinc cōparat premia: premiatū ad premiātez. Et addit: quia fecit mihi magna: mihi indigne magna premia: 7 premians

potens est:ut habetur i quarto uersu. Inde uero perspicit non ex meritis humilitatis sed ex mera misericordia oēs beatos beatitudinē consecutos. Et dicit in quinto versu. Et misericordia eius a ꝓ genie i progenies ꝛc̄. Postmodum de ipsa impro portionata proportiōe scilicet premiū ꝛ premiate anime differens cuz anima habeat ultra id:quod de sui natura cōsequi potest:fatetur id euenire ex mera dei potentia dicens in sexto uersu. Fecit po tentiam in brachio suo. Sz ipsa potentissima ma nu intuetur equissimam iusticiam:malos merito punientem:ꝛ dicit. Dispersit superbos mente cor dis sui. Et quoniam non est parua portio illius sū me felicitatis:societas beatorum repleta ad super abundantiam:ꝛ iebriata ab ubertate domus dei ipsos intuetur:ꝛ ait in uersu septimo. Esurientes impleuit bonis ꝛc̄. Quoniam uero ista esuries nō est in patria:sed fuit in uia:ibi intuetur promissio nes factas sub duplici testamento testante psalmi. Sicut audiuimus:sic vidimus. Exultatqz in tali prospectu:iuxta illud Canti. primo. Exultabim? ꝛ letabimur in te:memores uerborum tuorum id est testamentorum. Et sicut sunt duo testamēta: sic submittit duos versus:scilicet. Suscepit israel puerum suum. Et sicut locutus est pro nouo testa mento. Siceꝛ igitur canticum canticorum istud scilicet magnificat: omnia cantica continet para disi:vbi effectualiter sine cessatione cantatur can ticum nouum Magnificat secundum illud psal. Cantate domino canticum nouum:laus eius i ec clesia sanctorum:quod canticum dicitur nouum nouitate vniuersitatis:quia factuz a matre omni um ꝛ domina illud magnificat. Nouitate potesta tis:quia nunquam visa est tanta potestas. Nouū faciet dominus super terram et cetera. Nouitate iocunditatis:nullum canticum cantatur in eccle sia tanta iucunditate et solennitate sicut magnifi cat. Sic ergo exurgens maria ab omnibus terre nis:abijt in montana confessionis diuine:hoc eiz interpretatur iudea:vt dictum est in celestibus iu cundissime contemplans diuina. Et in hoc mon te iucundo contemplationis sita ait. Magnificat anima mea et cetera. Hec omnia Joā. dominici.

De cantico beate uirginis in quo aliqua dicūt magna tripliciter. Capituluz. xxviij.

Magnificat anima mea dominum. Beatissima Maria ex principio huius cantici allicit:ani mos omnium: vt audire inclinentur: que can tat premittens. Magnificat idest magna dei pre dicat. Sic et sapientia cunctos ad se cōgregare cu piens:de summis excelsisqz uirtutibus inquit. O viri ad vos clamito. Uox hominum ad filios ho minum:ꝛ sequitur quoniam de rebus magnis lo cutura sum. Ubi est breuiter notandum: ꝙ ali qua dicuntur magna tripliciter. Primo priuatio ne. Et hec sunt expulsiua. Secundo extimatiōe: ꝛ hec sunt dubitatiua. Tertio uera perfectione:ꝛ hec sunt atractiua. Magna priuatione sunt vicia ꝛ peccata. Unde. ij. Esdre. viij. dicitur. Sumus in magno peccato usqz in diem hanc. Et dicuñ ma gna peccata:quia priuāt magnis bonis scilicet gra tia dei ꝛ gloria. Et horum magna spiritu diaboli co cātica componunt poece comedias:tragedias: ꝛ satira obscena:quorum mundus hodie est ple nus:et que de se sunt fugitiua:uidentur allectiua: cum hodie vulgus a veritate aures auertant scrip turarum:ꝛ ad fabulas conuertantur:quibus po test inuehi illud christi Jo. viij. Propterea vos nō auditis magnalia dei:quia ex deo non estis sed ex patre diabolo. Magna extimatione dicuntur diuitie et huiusmodi temporalia: de quibus pro uer. xv. dicitur. Thesauri magni ꝛ insaciabiles:q̄ tamen in rei veritate modica sunt et quasi nihil. Ecclesiastes. i. Omnia vanitas:ꝛ horum usus ma lus multa bona aufert:quia difficile est immo im possibile diuitem intrare in regnū celorum. Mat. xix. Intelligendo de illis diuitibus qui ponunt fi nem in eis:ꝛ abutūtur eis. Sed bonus usus eorū magna bona acquirit. Juxta illud. Facite uobis a micos de mammona iniquitatis. Horum cantica componunt auaritie dediti:que est idolorum ser uitus. Horum scole sunt plene:ita ut dicatur per hieremiam prophetam. A maiori usqz ad mino rem: A sacerdote usqz ad leuitaz omnes auaritie studeñt. Sed fallaces eas appellat saluator: quia promittunt letitiam:ꝛ parant tristitiam. Uere autem res magne sunt:que magnis conceduntur. Ue res sunt magne:maiores ꝛ maxime. Magne res sunt virtutes ꝛ dona:que hic habentur. Ma iores sunt virtutes que habentur i patria. Maxi me uero pater ꝛ filius ꝛ spiritus sanctus:maxime dico persone de rebus magnis et maioribus dicit apostolus. i. Corin. xiij. Nunc manent spes:fides charitas tria hec:maior autem horū est charitas. Ecce ꝙ charitas est maior illis:ergo et fides ꝛ spes magne res sunt:quia omne comparatiuum p̄sup ponit suum positiuum. Charitas autem que ibi describitur:que nunq̄ excidit:est charitas patrie: ꝛ hec maior dicitur scilicet uirtutibus que haben tur in uia. Deus autez est maximus:ꝛ ꝙ habetur ipse a nobis per gratiam uel gloriam est maximū donum. Unde apostolus petrus epistola secunda ca. i. ait. Uocauit nos propria virtute: per quam maxima ꝛ preciosa nobis donauit promissa:vt p hec efficiamur diuine nature consortes:quia ergo inserta est mentibus hominum veri summiqz bo ni cupiditas:vt ait Boetius de philosophica con solatione. Bonū cognituz mentē trahit. Magnū

bonum magne trahit. Maius bonum magis trahit. Sed maximū bonum maxime trahit. Ut ergo uirgo sancta ad scholas suas ōnes traheret dimissis pcīis ⁊ fabul' spretis mūdanis tradē ꝓmittit de maximis delitijs ⁊ ait. Magnificat anima mea dominum. Magnificabo eum nimis in ore meo: et in alio psal. Repleatur os meū laude tua: ut cantem tota die magnitudinem tuaz. In quo uersu primo tria possūt considerari circa illud cāticum cāticorum. Primo causa materialis alias subiectiua magnificat. Secūdo causa actualis et effectiua: anima mea. Tertio causa final ⁊ obiectiua: dominum.

Quantum ad pri §I.

mum. Materia huius cantici est tradere magnalia dei: vnde dicit magnificat. Unde notanduz: ꝙ sicut omniū rerum constantium determinata est magnitudo ⁊ quantitas teste philosopho in. iij. ⁊ iiij. phisicorum. Sic omnis create nature ē determinata potentia: cum solius dei dicatur potētia infinita. Cum igitur humanus intellectus dicatur ⁊ sit aliqua creatura: nulli dubium est: quin eius potentia sit finita et limitata: ita ut supra se ascendere non possit nisi diuino lumine superiori ductus dicēte psal. In lumine tuo uidebimus lumen. Tria autez sunt que intellectui nostro obījci possunt. Primo utilia ⁊ mechanica. Secūdo media ⁊ phisica. Tertio premia et theologia. Et per usum quidem et occupationem mechanicorum: ut est textoria: cemētaria ⁊ huiusmodi uirtus intellectiua hebetatur: ut experientia notum ē. Unde ⁊ dicuntur mechanice artes a mechor mecharis secūdum Albertuz: quia intellectus quasi mechatur: ⁊ degenerat a sua nobilitate: cum magis sit inclinatus ad naturalia ⁊ digniora. Unde qui diutius se dederūt huiusmodi mechanicis etiam subtilibus et ingeniosis ut picture: sculpture ⁊ huiusmodi speculatiuis magis inepti sunt. Media uero idest ipsorum naturalium consideratio ⁊ iugis speculatio magis iuuat intellectiuam: ḋa uersatur circa proprium obiectum: quod est ueritas abstracta a materia. Sed istorum naturaliuz speculatio est duplex: una est que cōsistit in ipsis rebus: qualis uocatur scientia naturalis: que speculatur cursus stellarum: herbarum uires: naturas animalium ⁊ huiusmodi: ⁊ hec ē imperfecta: ⁊ minus uirtuosum reddit intellectum. Secūda est que rerum fines ⁊ causas inuestigat pro posse: scilicet a quo res ipse sunt: ⁊ ad quem finē ultimū facte sunt: ⁊ quem representant preloquuntur. et ista est uera philosophia naturalis: secundum descriptionem etiam ipsius phisici primo phisicoz in principio: ad quam tamen speculationem ipse non deuenit: propter quod uocatur methaphisica uł theologia: licet proprie sit naturalis: quia uisibilia dei a creatura mūdi per ea que facta sūt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoqz uirtus ac diuinitas ad Roma. i. Qua uia nullo alio lumine illustrati antiqui philosophi uenerunt in cognitionem ipsius dei: ut ostendit diuus Augustinus in octauo de ciuitate dei. Et hinc est ꝙ deū esse dicitur per se notum: neqz contineri sub articulis fidei: quia in lumine naturali demonstratur deum esse: ut optime probat doctor noster de aq uo in primo contra gētiles. Hec speculatio iuuat intellectum non parum dicente psal. Mirabilia testimonia tua et cetera. Sz aliqua ⁊ tertia obiciuntur itellectui que uoco premia ⁊ theologica: sub quo membro itelligo omnia que naturali lumine intelligi non possunt: ut est eterna felicitas: quam nec oculus vidit: nec auris audiuit et cetera. Simplicia eterna trinitas personarum. Judicia dei que incomprehensibilia dicit apostolus. Mysterium incarnacionis et alia huiusmōi que fidei tantum subduntur: et hec sūt: que maxime intellectum perficiunt: in tantum vt dicat spiritꝰ sanctus per os Jsaie. Nisi crediderītis non intelligetis. Hec sunt que summo studio et uigilātia attendenda sunt ⁊ audienda. Et de his cantrix nīa perfecte loqui ⁊ docere promittit dicens. Magnificat anima mea dominum. q. d. dominum dictura et doctura est anima mea. Hec sūt illa magna: quibus premi metuebat ille sapientissimus Job: dicens ca. xxix. Nolo multa fortitudine contēdat mecum: neqz magnitudinis sue mole me premat. Est eniz magnus fortitudine et iuditio et iustitia: et enarrari non potest ait idem ca. xxxix. Et tamen tantam audatiam tribuit ei spiritussanctus: vt hec virgo paruula puella audeat enarrare et magnificare: et spretis mechanicis vilibus et naturalibus medijs: insistit theologicis summis. Sed nec miruz virgo sancta si magna loqueris de ꝺo: quia iam magnus in medio tui sanctus israhel Jsaie. xij. Sed hec pars qua dicit magnificare se dominum: est admiratiua et disputabilis: nam scimus quod magnus dominus et laudabilis nimis: et magnitudinis eius non est finis. Unde dicitur Eccī. xliij. Terribilis dominus et magnus vehementer: et mirabilis potentia eius: glorificantes eum exaltate illum quantum potestis: superuale bit adhuc et admirabilis magnificentia eius. Ex quibus verbis videtur: quod nec magnificari possit: nec vt magnus est: enarrari. Unde ergo virgo sancta se dominum magnificare tam audacter ꝓfitetur: cum ipsa potius videatur minorasse: quia quem celi caparc nō poterant in suo corpusculo comprehendit. Pro quo sciendum quod est triplex magnitudo. Prima intensiua et virtualis. Secunda extensiua tpum et localis. Tercia diuisiua ⁊ corporalis. De prima magnitudine dicitur in psal. Magnus dominus et magna virtus eius:

et secūdum hanc dominus dicitur infinitus: quia infinita essentia: infinita bonitas: infinita sapientia: infinita charitas: et quicquid bene dici potest de deo: cum infinito dici debet: nec tamē illud etiam quicquid sit exprimitur. Et quia ifinito nihil addi potest: deus sic essentialiter magnificari non potest. Et ad istum sēsum predicta uerba Ecclesiastici dicuntur: tamen iste uirtutes dei diminute apprehēdebātur a paucis: quas uirgo pfacta magnificētius expressit. Si quis verba eius diligēter attendit. Et ideo etiam isto modo aliqualiter dicitur. Magnificat anima mea dominum. Secūdo dicitur aliqua magnitudo extensiua loco uel tempore: sicut dicitur tempus magnum: annus: mensis uel dies: et hoc scilicet quia per magnum spaciū temporis durat. Et locus dicitur magnū: quia multum spatium occupat vt i psal. Hoc mare magnum et spatiosum. In hac duplici magnitudine dicere potest virgo facta illud magnificat. Nam iaz venerat magnitudo temporis et omnia temporanea et sub tempore: lauscz diuina in terris sub magno silentio latebat. Ut enim ait deuotus beatus Bernardus in quodam sermone ō aduentu. Angelus non loquebatur amplius homini: patriarcha defecerat: deerat pphera: sacerdos auaritie studebat: dux non inueniebatur. quādo venit dominus in tantuz: vt diabolus auderet domino dicere omnia regna mundi esse sua. Mat. iiij. Et ipse dei filius cum iam predicare cepisset: ait se non habere ubi caput suum reclinaret: erat enim dominus non solum paruulus: sed fere nullus in conspectu et conuentu hominum: quia defecerat laus eius quasi totaliter: laudabantur ydola non verus deus. Hanc ergo quasi extinctaz alma virgo resuscitans: prima sub nouo testamēto sub cantico z uocali laude dei sic magnificat dominum: quasi dicat. Magnificate dominum in eternum: vt quilibet amplius dicat: semper laus eius in ore meo. Magnificat etiam localiter. Naz olim notus in iudea deus in israel magnū nomē eius. Sola enim synagoga in terris diuinas laudes utcunqz decantabat. In alijs regionibus mūdi ydola et demones colebantur: z ipsa laudibus efferebantur. At ubi per os uirginis diuina laus īsonuit: cepit per alia loca diuulgari z communicari in eius figura: non in sua ciuitate sed peregrina in montanis existens laudare cepit et peregrini: quia magnificentia eius peregrinari debebat: z extra iudeam effundi. Laus enim eius ab extremis terre. Tertio modo magnitudo est sensitiua z corporalis: sicut dicitur magnus homo: qui est magne stature et huiusmodi. A seculo non est auditum neqz intellectuz: q dominus isto modo potuit magnificari: et tamen dominus deus factꝰ est paruus: sine manibꝰ humani seminis abscisus z demum creuit in montem magnum. Danicl. ij. Dic ergo o uirgo benedicta: factor meus ē paruulus: filius meus clausus est in uisceribus meis. Lze scit z magnificatur: et magnus efficitur: alimentis meis nutritus. Cum magnifico idest magnum facio: donec per partum requiescat i ulnis meis: tūc etiam illum pascens lacte pectoris mei faciaz illū magnum: donec magnus vir sit aptus ad magnū sacrificium uerum. Ergo itellige post multa. Magnificat anima mea dominum.

Secunda causa §.II.

huius cantici scilicet actualis et effectiua notatur cum dicitur: anima mea: vbi canticū istud describitur. Primo suauitate dulcis armonie. Secundo serenitate lucis theologie. Tertio integritate nudate teorie. Et p hec omnia trahit ad auiditatem talis melodie. Ad sentiendum tamen quod dictum est: excitande sunt z aperiende aures cordis z non corporis tantum: vt enim ait beatꝰ Gregorius in Omelia super illud Luce. viij. Si quis habet aures audiendi audiat. Sunt alie aures q̄ corporales: quibꝰ anima vtitur. Ubi ergo anima loquitur: anime auditus exigitur: quia tales potētie requiruntur: q̄lia sunt obiecta capiendi. Omne eniz simile ad suum simile inclinatur. Ecclesiastici. xiij. Et impossibile est ñ corpus corpore moueri: vt dicitur in libro sex principiorum. Uolens igitur alma ista cantatrix docere: quibus auribus opus sit ad percipiendum quod dicitur: dixit causam instrumentaliter agentem huius cantici fore animam: vt anima se paret ad id: quod naturali etiam voce exprimitur: quia ex abundātia cordis os loquitur. Hinc est: q plerunqz huius cātus suauitas non percipitur: quia ad eum audiendum z intelligendum sole corporee aures aperiuntur: z interiores clauduntur. Audi ergo o anima: q̄a anima loquitur. Magnificat inquit anima mea dominum: non solum corpus et lingua: sz anima z lingua eius: z hinc suauitas exprimitur: quod ē premium. Ad cuius enidentiam premittendū ē: q armonia triplici organo cātatur: scilicet materiali: vocali: z mentali. Materiali organum est tuba: lyra: citera z huiusmodi mortuo et insensibilia. Uocale autem organum est ipsa lingua cuz pertinentijs suis: quibus vocalis cantus format. Sed spirituale organū est ipsa mens inflāmata z irradiata. De qua apostolus. Psallam spiritu: psallam et mente. Inter hec autē dulcis est armonia instrumētalis: dulcior uocalis: dulcissima mētalis. De primis duabus Ecclesiastici. xl. Tibia z psalterium dulcem faciunt melodiam. Et super vtrāqz lingua suauis: z hoc patet manifeste. Naz instrumenta musicalia que dulciora sunt: vt organum: psalterium: cithera: tibia z huiusmodi: tūc suauius sonare dicuntur: cū uocali melodie magi

appropinquare uidẽtur. Unde etiã in commẽdatione huius consueuit dici: videtur q̃ loquaẽ. De iubilo autem cordis ꝛ mentali melodia dicit Ecclesiastici. xxx. Nõ est census super censũ salutis: ꝛ non est oblectatio super cordis gaudium. Quis ergo erit tante sufficientie: vt ualeat explicare uel percipere quante melodie est canticum: quod instrumentaliter uirginis sancte anima cãtat? Lõsidera si uales qualis sit citareda: qualis cithera: qualis ꝛ cantici materia. Nam et bonus cantor si voce rauca utatur: male cantat: ꝛ bonus citharedа fracto instrumento male citharizat: nec etiam sufficit vox pulchra ꝛ instrumentum nobile: si auctor artis sit imperitus. Ad hoc etiam datis peritia artis ꝛ instrumentorum compositione perfecta ubi materia sit displicibilis: de suauitate citharizãtium vel cãtantiuz aliquid subtrahit. In isto autem cantico citharedа est spiritus sanctus: qui etiam in omni instrumento inepto ꝛ uili suauiter sonat: tetigit enim puerum citharedam dauid: et psalmistam facit: tetigit et puerum iuniorem Danielem: ꝛ iudicem senum constituit. Pastorem armentorum amos ꝛ prophetam constituit. Piscatorem petrum et principem apostolorum ordinauit. Telonearium ꝛ publicanum Matheum et apostolum et euangelistam creauit. Persecutionem fideliũ sauluz ꝛ in predicatorẽ gentiũ paulũ conuertit. Qualiter autez cãtabit ꝛ armonizabit spiritussanctus: ubi instrumentum est anima virginis sanctissime? Sicut eniz mortua charta resonare nõ potest perfecte quod viua vox exprimit: dicente beatus Hieronymo ad paulinum. Habet nescio quid latentis energie viua vocis actus: et in aures discipuli ex auctoris voce transfusa fortius sonat. Exemplum subdit de eschino. Sic et omẽs corporei artus etiam ad hoc i vnum simul collecti: non possunt peruenire ad hoc: vt perfecte exp̃mere valeant quod ipsa spirtualis anima alte cognoscit. Hinc est quod paulus loqui non potuit: quod iparadiso anima sua cognoscit. Hoc ergo nobilissimo instrumẽto: quod est anima: nõ qualiscunq̃: sed virginis beatissime vtitur spiritussãctus ad canendum quod dicitur. Magnificat anima mea dominum et cetera. Adde his duobus nobilissimo citharedа et suauissimo et optimo instrumento preciosam et delectabilem materiam quia hic canũtur magnalia diuine laudis: ꝛ tunc q̃uis a longe auribus anime percipies ad suauitem huius cãtici Magnificat ꝛ cetera. Secundo cum dicitur: anima mea ostenditur serenitas ꝛ profunditas theologice veritatis in hoc cantico cõtenta: ut dicit. b. Augustinus. Diuina lux q̃ purissima est: non nisi a puris oculis potest intueri. Unde et saluator Mat. v. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum uidebunt. Quod demonstrari potest tam ratione q̃ experiẽtia exemplari. Ratione quidem: quia unũquodq̃ recipitur per modum recipiẽtis. Lux ergo que deus est: quia erat lux uera. Joã. i. Non recipitur lux nisi a luce uel anima luce illustrata: lux autez anime est ipsa puritas: sicut tenebre eius est peccatum: propter qõ dicitur Jo. i. Lux in tenebris lucet: ꝛ tenebre eam non comprehenderũt: ꝛ hoc tota die ad sensũ patet. Quanti enim quotidie audiunt uocem uerbi dei: ꝛ tamen eam non apprehedunt: quia sunt in tenebris peccatorum: et qui min9 his tenebris peccatorum participãt: magis a luce ueritatis verbi dei mouentur: propter quod quasi satis notuz ẽ: q̃ soli boni audientes meliores efficiũtur propter verbum dei. Mali autem ꝛ si audiũt: aure corporis audiunt: ꝛ in suis malitijs perseuerant: patet idem exemplo. Es eniz ꝛ quodlibet corpus aliud quanto purius et tersius: tãto magis solis radios recipit: ꝛ tanto clarius i oppositum corpus per reuerberationez resplendet. Hinc est q̃ et dominus maiorem lucem ueritatis illius tribuit: qui puriores fuerunt: vt etiam Sybillis paganis merito uirginitatis spiritum prophetie mirabiliter tribueret: ut dicit beatus Hieronymus contra Jouinianum. Et Joannes purior ceteris altius i diuinaz contemplationẽ ascẽdit: dicens illud. In principio erat uerbum et cetera. Hec igitur increata sapientia: que in animas sanctas se transfert: ꝛ amicos dei et prophetas constituit. Ut dicitur Sapientie. vij. quantum irradiauerit anime purissime virginis in qua etiam personaliter habitabat: humani sensus non est exprimere. Et dum exprimi non potest: euidentissime deducitur quod hec nitidissima virgo lucide nouit diuina magnalia: que exprimit voce anima eius dicens. Magnificat anima mea dominu: taliter scilicet vt dicat audacter. Confitebor domino nimis in ore meo: in medio multorum laudabo eum: p̃s. cviij. Nimis: inquit: nõ respectu magnificati: sed respectu audientium qui magna capere nequeunt. Tertio vero i eo quod dicit anima mea ostendit integritatez theorice contemplationis: q. d. non soluz anima que contemplationez exprimit: sed anima mea amima talis: anima tanta: aia libera. Ubi est attendendum: quod nullus potest dicere anima mea proprie: nisi qui totaliter habet animam liberam ab omni seruitute: que triplex est a aqua oportet esse inmunez vt sit anima sua. Prima seruitus criminis seu vitiorum. Secunda seruitus sãguinis seu propinquorum. Tertia seruitus mercedis seu terrenorum. De prima expresse dicitur Joh. viij. Qui facit peccatum seruus est peccati. Sed peccatum sicut triplex est: ita et seruitus eius triplex. Est. n. pecz mõtale: qõ pfecte facẽ hoiez seruũ pecci: ꝛ diaboli perfecte. i. complete: iuxta illud petri. Aquo quis victus est. ei seruus additus est Et vt dicit beatus Augustinus: tot dominorum

quot viciorum: & hoc maxime impedit animam: ne possit in uia deo vacare. Per originale autem peccatum sensus hominis & cuncta cogitatio eius prona sunt admalum ab adolescentia sua: vt dicitur Gen. vi. Nec liberatur anima ab impedimento talis seruitutis pugne carnis contra spiritum. Unde non potest ita libere uolare ad deum per contemplationem: & vacare diuinis: nec aliquo sacramento circumcisionis uel baptismatis uel alterius liberatur a tali seruitute: licet subleuet plus & minus: sed semper remanet pugna carnis: que animam captiuam ducit sub lege peccati secundum inclinationem: & si non dominetur omnino. Ueniale autem tepefacit animam: & pigriorez reddit ad ascendendum in deum: feruorem tollens spiritus.

Secunda seruitus que est propinquorum etiam animam aliqualiter tenet captiuam: ne in deum totaliter uadat: sicut patet de illo qui christum sequi cupiebat: sed tamen retinebatur: ne eum sequeretur dicens. Permitte me prius sepelire patrem meum: & sequar te. Mat. viij. Contra quem defectum scilicet nimie affectionis ad parentes. Uenit dominus mittere gladium separationis dicens. Veni separare filium aduersus patrem: & filiam aduersus matrem suam &c. Mat. x. Et hoc ideo: quia caro & sanguis regnum dei non possidebunt secundum apostolum. Unde & beatus Ambro. Hec e uera sacerdotis fuga: abdicatio domesticorum: & quedam alienatio carissimorum: ut suis se abneget q deo seruire gliscit. xij. q. i. cui porro. Tertia seruitus que est mundialium rerum: spinis suis solicitudinum animam ligatam tenet: ne libere deo seruire ualeat: vt patet o illo qui domino seruire cupiebat perfecte habens multas possessiones. Cui cum dominus interroganti quid sibi deesset ad perfectionem: diceret. Si vis perfectus esse uende omnia que habes: da pauperibus: & sequere me: retrocessit tristis discedens ab eo: q multas habebat possessiones. Mat. xix. Necesse est ergo: vt anima q vult intelligere magnalia dei: & in conspectu eius solius semper meditari: a iugo cuiuslibet harum seruitutum esse exutam & liberatam. In cuius figuram dixit dominus abrahe Gen. xij. Egredere de terra tua. i. de mundanis cupiditatibus tuis & de cognatione tua. i. de amicis & de attinentibus: & de domo patris tui. i. de viciis et criminibus: per que quis efficitur filius diaboli: & de domo. i. familia ei': iuxta illud Jo. viij. Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris uestri. i. diaboli vultis facere: & veni in terram quam monstrauero tibi: terram. s. contemplationis & suauis perfectionis. Hic est etiam q dominus uolens ostendere uiam perfecte contemplationis assumpsit petrum discalciatum: contra amorem terrenorum: Jacobus supplantantem fratrem: contra amorem propinquorum Joannem gratiam: contra nequitiam peccatorum: que sunt ei contraria: & duxit in montem contra cupiditatem uallis mundialis: excelsum contra iniquitatem profundi infernalis seorsum contra vinculum propinquorum seu affectionis parentalis: & ibi transfiguratus ante eos ostendit gloriam suam. Mat. xvij. Talis potest dici filius dei renatus non ex sanguinibus iniquitatum: neq ex uoluntate carnis necessitatum amicorum: neq ex uoluntate viri mundi vanitatum. Et talis potest dicere anima mea. Cum autem nullius creature pure anima sit: que non fuerit subiugata peccato: qa si dixerimus quoniam peccatum non habemus: ipsi nos seducimus: & ueritas in nobis non est: ut dicit Jo. in canonica excepta sancta uirgine ut: ait b. Augu. Et parentum amorem oblita est: segregata ab eis in sua infantia: & deo totaliter mancipata: vt historia natiuitatis ei' docet: & ab omni terrena cupiditate elongata. In cuius signum est: q magnum thesaurum auri sibi a magis impensi: pauperibus per Joseph dispensatum: ita pauper cula remansit: vt inde ad paucos dies. s. in die purificationis agnum emere non posset ad offerendum in sacrificium: sed obtulit sacrificium pauperum. s. par turturuz aut' duos pullos columbarum. Lu. ij. Restat ut talis uirgo ab omni iugo seruitutis excussa totam animam suam possideret: & dicere sola potuerit anima mea: & tota cecinerit usq in finem. Nos autem id facere non ualemus: nec dum unum integrum canticum sed nec unum festinatum pater noster: ut habemus exemplum in legenda beati Bernardi: quin aut iuguz peccati aut cura rei familiaris: aut representatio alicuius amici uel propinqui mentez intercidat: & aut multum aut parum reuocat. Ab his autem omnib' beata virgo totaliter semota fuit: nec te moueat q trium generum peccatorum dixi iugo non teneri: quasi in originali non videatur esse concepta: quia & si in eo concepta: tamen ab ipso totaliter liberata non sicut ceteri sed specialius: quia in ea non solum fomes peccati fuit ligatus: sed penitus extinctus: qui in nobis nec ligatus nec extinctus est: sed aliqualiter minoratus per sacramenta. Si ergo in hac uia uis unam animam totaliter iubilantem et contemplantem ceteris omissis experiri hanc metem auscultа intonantem et dicentez. Magnificat anima mea dominum: qa meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Tertio tangeba §. III.

tur causa finalis et obiectiua: cum ait dominum. Et ex hoc ostenditur q uirgo fuit. Primo famosa patenter veneranda. Secundo laus eius gratiosa frequenter decantanda. Tertio est deitas glorio sa solerter adorанda. Quantum ad primum notandum: q sicut dicitur Ecclesiastici vltimo faciendi

plures libros nullus est finis: rō: qz hoium genus famaz desiderans: que ex oibus maxime ex libris acquiritur: naturaliter loquēdo principaliter circa librorum cōpositionem dedit operam efficacē: z que non valuerunt componere fieri fecerunt: z eos aut suo nomine dedicari: aut ꝺ suis factꝝ egregiꝰ componi z reintegrari: sicut etiam hystorie infidelium plurime narrant. Et Ualerius maximꝰ etiā in capitulo de cupiditate glorie dicit. Naz qz progenies deficit: sepius z aliquando terminatur ad ignominiaz: ꝯgregate diuitie: edificia pomposa: fortia bella: parta sceptra z huiusmodi: in quibus fama quesita et consistere deputata citiꝰ euanescunt: nisi librorum tenaci memorie sint māda ta. Hac via mundi homines uani gloriaz assequi cupientes: aliqui studuerūt circa collectionez magnam librorum: vt Oi genes qui quadragita milia librorum edidit: aut suo nomine ascripsit: sicē narrat Seneca. Alij tractauerunt facta egregia magnoꝝ adhuc uiuentium: vt ipsi fauorem libris prestarent: sicut mendax Uirgiliꝰ. Alij laborauerūt tractare materias delectabiles z obscenas: ut uani poete. Alij subtilia etiaz disputando libros collegerunt: vt philosophi. Alia utilia et apta lucris: ut iuriste. Alij utilia anime: vt theologi z huiusmodi. Tamen omnes errauerunt ab utero q̄rentes in his famam. Nam teste Hieronymo. Fama ut umbra fugit insequentes: z insequitur fugientes Unde talium nomen est in malum: qui vocauerunt nomina sua in terrenis suis. Qui autez gloriam dei querit: a deo gloriatur etiam mundo impedire uolente: vt patet in Joanne euāgelista: z beato Grego. papa. Hec igitur debet esse recta intentio scriptorum z omnium aliorum qualitercunqz operantium magnificare scilicet deuz z nomen sanctum eius: omnia propria utilitate: delectatione z fama postposita. Et quo purius os laudantis tendit in deum: eo glorioſius fama gloriosa in laudatiōe resultat. Psaltes ergo gloriosa beata Maria precise dei laudes canere studet: z hic eius omnis finis z intentio. Et ideo dicit. Magnificat anima mea dominum. Et nota q̄ non dicit deum: sponsum: non patrem: non filium: quāuis quodlibet horum dicere potuerit vere. Sed tātū dicit dominuz: vt omni via propriaz laudes fugeret: z diuinis tantum intenderet. Si enim dixissz deum: suam humilitatem tacuisset: quod fieri nō poterat cum ea usqz ad redundantiam plena essz z omni verbo actu gestuqz se humilē. i. vilem predicaret pro posse. Qui enim dicit deum: sui dicentis nullam conditionem exprimit: cum deus non dicatur relatiue. Si dixisset sponsum: multum se laudasset: si dixisset patrem uel filiū: eque laudis esset. Sed ubi dicit dominum quod est relatiuuz ad seruum et ancillam. Et hoc nomē seruus z ancilla est nomē vilitatis: quāuis sit summa ingenuitas: i qua seruitus christi comprobatur: cui seruire regnare est: reseruans uerbum angelo dictum. Ecce scilicet ancilla domini: dominuz dixit. Magnificat anima mea dominum: z ex his duobus redditur famosa: quia tantum laudes domini cecinit: et quia sue humilitati semper studuit. Propter primum istud canticum Marie omni die infallibiliter cantatur: et hora multum apta scilicet in vesperis: et modo multum grato z solenni magisq̄ omnia cantica ecclesie: z sic non soluz beata virgo famosa ex cantico: sed etiam ipsum canticū famosius ceteris. Secundo ex eo q̄ dicit dominum: ista laus redditur gratiosa et frequenter decantanda. Ad magnam enim laudez quattuor requiruntur: scilicet vt sit a magno laudāte magno modo de magnis factis: z de magnis personis. Et hic non dico magna nisi uirtuosa. Naz vt dicitur i ps. peccatori dixit deus: quare tu enarras iusticias meas z̄c. quia ut dicitur Ecclesiasti. xv. Nō est speciosa laus in ore peccatoris. Hic z Seneca. Sit tibi tam turpe laudari a turpibꝰ: q̄ si laudaris ob turpia. Secundo etiam magna laus magno modo debet pronūtiari iuxta illud psal. Bonum est confiteri domino: z psallere nomini tuo altissime z cetera. Et illud. Laudate dominum de celis cuz sequentibus. Tertio debet esse magna laus ꝺ magnis factis. Unde etiam scientie singulares que distinguntur penes subiecta: habent iter se gradus nobilitatis sue: vt illa dicatur nobilior que est de nobiliori subiecto. Et propter hoc theologia dicitur nobilissima et maxima scientia: quia est ꝺ nobilissimis dictis et factis: et de nobilissimo subiecto: quod est deus: ut docet scts doctor nr̄ i pma p te. q. i. Quarto magna debet esse laus de magnis personis. Ex his quatuor reditur magificū istud canticum. Nam laudans est magna: scz anima virginis talis et tanta. Modus est nobilissimus quia exultauit spiritus meus z̄c. ait. De magnis factis que hic narrantur vt patet in processu cantici. Restabat ergo vt a quarto magna laus diceretur vt tota esset magna. Et hoc fit cū ait oīm. Prudenter enim et anthonomatice ait dominū: absolute dicit: et non dominum talem: quia non loquitur de domino alicuius angeli at portōnis mundi: sicut fecerunt omnes tragici: comici: z hystoriographi. Sed de domino vniuersali Hester. xiij. Dominus vniuersoruz tu es: et in dictiōe tua cūcta sunt posita ait Mardocheus ad deum loquens. Sed dicis: ex his dictis bene sequitur: quod ista laus preponatur omnibus scripturis mundialibus: sed non diuinis: quia sicut ista de domino: ita et tota sacra scriptura de domino loquitur. Ad quod respondeo: quod nō sine speciali causa et ratiōabili usus ecclesie ioleuit magi reuereri unam partez scripture sacre q̄ aliā. Nā non propter finem nec propter auctorem: nec p

pter materiam particularem: sed propter modum & finem particularem: ad quez ordinata sunt: qz psalmi et cantica licet habeant eundem finem: q̃ est dominus deus: tamen facta sunt ad hunc finẽ particularem: vt iucundetur mens in deum ex eis & ascendat. Et adhuc inter ista est aliqua differentia reuerentialis: naz ad ps & cantica sedetis alternatim a choris exceptis quibusdã: vt laudate dominum et huiusmodi: vt cum ibi inuitentur omnes creature ad laudandum deum: & nos etiam reuerentius assurgamus. In nouo testamento cum legitur de epistolis uel alijs loco epistolarum sedetur. Cum de euangelio recti stamus: quod etiam de conse. di. i. docetur. Et in nouo testamento sũt cantica in quibus etiam fit differentia reuerentialis non a causa agenti principali: que est spiritus sanctus: nec ex causa materiali uel finali sz ex causa instrumentali. Tria autem sunt que preferunt scripta scriptis. Tempus scilicet in quo adinuente sũt forma tradendi: & dignitas persone tradentis. Respectu primi istud canticum preponit omnibus scripturis veteris testamẽti. Respectu secũdi preponitur omnibus epistolis actiũ & prophetis noui testamẽti. Respectu tertij preponitur omnibus scriptis in euangelijs: exceptis his que ore christi emanauerũt: quia nulla persona post christum dignior reperitur: & ideo hoc frequentãdũ.

ne dicitur: fiat uoluntas tua ⁊c. Et hec triplex fm illud apli ad Ro. xij. uolũtas dei bona bñplacẽs ⁊ perfecta. Bona quidẽ est i uitatione prohibitorũz: bñplacens in obseruatione preceptorũ: perfecta i adimpletione consiliorũ. Primo dicatur de p̃ceptis negatiuis: vt est primum ⁊ fm legis decalogi: ⁊ respiciunt deũ. Et per primum ꝓhibetur omnis superstitio qua nõ recte colitur deus: uide in. ij. p te de superstitiõibus: per fm prohibetur periurij ⁊ blasphemia: de quibus ibi in suis capitulis. Se quentia respiciunt proximũ: vt. s. non offendatur i ꝑsona propria. Non occides. Nõ i p̃iuncta. Nõ mechaberis: non in substãtia. Non furtuz facies. Non infama. Non loqueris falsuz testimonium: vbi de mendacio: de quibus hẽs in. ij. parte in. c. propr̃ijs. Ultima precepta negatiua respiciunt subiectum proprij: quo. s. ad desideria mala. Nõ concupisces rem proximi tui ⁊c. Precepta affir matiua sunt duo. s. de sanctificatione sabbati. i. ꝺ obseruatione festorum: secundũ de veneratiõe pa rentum. Et hoc. s. reuerendo obediendo ⁊ subue niendo. Uoluntas dei perfecta est in obseruatio ne consiliorũ. s. obedientie: castitatis: ⁊ pauperta tis: de quorum horũ vnus sermo: nisi q̃ de consili is tribus unus sufficit. Et de ultimis duobus pre ceptis. s. nõ cõcupisces ⁊c. Etiã vnus expediet ma teriam. Si quis vult aliquãtulum fantasia labo rare sine difficultate themata ex euãgelijs occurrẽ tibus de die in diem congruẽtia ad materiã inue nies. Sed sine hoc põt p̃tinuari materia: ⁊ postea euangelia exponere nec multũ refert.

In quarta petitio .§.V.

ne. Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Est ãt septuplex panis sp̃ualis: quibus nobis daꝺ gr̃a ad faciendum uoluntatẽ dei: que ẽ ut virtuose ui uamus: signata per septẽ panes quibus xp̃s facia uit turbas in deserto. Et quidã ex his dantur no bis i igressu: ut baptismus ⁊ confirmatio. Quidã i progressu: vt eucharistia ad confortãdũ: pñia ad medicandũ. Matrimonium ad multiplicãdũ na turaliter. Ordo ad multiplicanduz sp̃ualiter. s. p administrationẽ sacramẽtorũ ⁊ istructionẽ popu lorũ: que ad ordinatũ pertinent. Extrema vnctio datur nobis i egressu. s. de mõdo. Et de istis trib⁹ põt fieri unus sermo. s. baptismo cõfirmatione et extrema vnctione: declarãdo p̃cipue de effectibus eorũ ⁊ necessitate sumẽdi. De eucharistia: de excel lẽtia ipsi⁹ sacramẽti ⁊ utilitate. Nã de p̃paratiõe digna i cena dñi dicẽt. De pñia tres sermones: vn⁹ de contritione: secũdus de cõfessione: terti⁹ ꝺ satisfactione. Et p̃cipue quo ad restitutionem fiẽdã. De ordinis sacõ unus sermo. Et ibi qũo oporte at eos reuereri ẽt si sint mali. Et de p̃iate eorũ i sacramẽtorũ cõfectiõe: vt eucharistie q̃tũcũq; ꝑ essẽt mali. In absolutione pcõrum claue nõ errante: ⁊ iõ docti queri debẽt. In excõicatiõe per eꝑos fiẽ da: q̃tũ nocet: ⁊ q̃tũ dz obseruari. De sacõ mũmo nũ un⁹ fmo: ⁊ ibi de aliq̃bus impedimẽtis: ꝯ que se pe fit ex ignorãtia. ⁊ ꝺ illꝰ q̃ dirimũt. De actu eõiugali ꝑut vẽ nccãriũ: sẽper tñ õi honestate uerboꝝ seruata ⁊ nõ necessaria. Et de diligentia hñda in ꝯhendo ⁊ cã: de sacõis ãt habes diffuse in. ij. parte in materia sacramentorum.

In quĩta petitiõe .§.VI.

ꝺ. Dimitte nobis debita nr̃a. Triplex ãt debituz ꝯhimus cũ deo. primũ est pcz originale: qꝺ ex pa rẽtibus ꝯhimus: hoc nos cõstituit debitores pu nitionis diuine visiõis: ꝓpter quã felicitamur: sed p baptismũ delet seu soluit: fm ẽ pcm actuale mor tale: p qꝺ efficimur debitores gehẽne: ⁊ p pñiaz ve raz soluit: tertiũ ẽ veniale: qꝺ facit nos debitores pene tp̃alis hic vel i purgatorio: ⁊ multipliciter il lud so luitur. Sed q̃ p̃cipuũ debitũ ẽ mortale. Iõ de his p̃cipue ageadũ q̃ reducũt ad illa tria: ꝺ qb⁹ Io. i canonica sua ait. Oẽ qꝺ ẽ i mũdo. i. in mundanis pcõribus: aut est cõcupiscẽtia carnis:

Aut cōcupiscētia oculorū: aut superbia uite. Sz ut apertius dicatur: ista sunt. vij. que capitalia dicuntur: qz capita sunt z precipua multorum aliorū: que a se oriūtur. s. superbia: que ſm aliquos includit inanem gloriam. Auaricia. Luxuria. Invidia. Gula. Ira. Accidia. Unde versus datur qui i ista septē continet in isto nomine Saligia: cuius littere sunt principia nominū dictorū uiciorū. versus. Ut tibi sit vita semper saligia uita. b. Gregorius in moralibus ponit inanē gloriā vnū ex septē capitalibus: z superbiā reginā et matrē oiuz isto rū septē: quez sequitur. b. Tho. scōa scōe. Ad qō uidetur facere qō ait Salomon Eccs. Da partes septē nec non z octo. i. octauā: vt. s. soluas integraliter ista debita: si icurristi per penitentiā: de quo libet ergo sit vnus sermo: prout occurrit euāgelio z penitendo roga deū: ut dimittat: qz sine ipō fac tū est nihil i penitentia. De his hēs diffuse i. ij. pte diuersis titulis z capitulis: ubi uide vel in scōa se cūde. Et ſm ordinē assignatū dñica in ramis palmarū de superbia contraria humilitati: quā xps oñdit in eo qō dicitur. Ecce rex tuus zc. in euāgelio vel in epla: humiliauit semetipsū zc.

Jn sexta petitio .§. VII.

ne dicitur. Et ne nos inducas in tentationē. Ubi notandum q triplex est tentator ꝛz illud apli ad ephe. non solū est nobis colluctatio aduersus carnē z sanguinē zc. Et in sequentia. Mundus: caro demonia diuersa mouent prelia. De tentatiōe ergo mundi z suis vanitatibus: secūda feria ubi dicitur i euangelio. Nunc iudicium est mūdi materiam habes i secunda parte i titulo de luxuria in c. de amore huius seculi. De tentatione diaboli feria tertia. Simō ecce sathanas expetiuit uos zc. Uel melius vigilate z orate: ne itretis intentationem. De tentatione carnis et passionibus sēsitiue partis que sunt multe in epla: vere dolores nīos ipse portauit. Uel cepit iesus tedere pauere z mestus esse: que passiones sunt. Feria quinta de tētatione qua tentātur homines circa cōionem. Alicq vt non plene credant. Alij ut non ad ipsam accedant. Alij vt indigni sumant: vñ in epistola. Probet autem se ipsum homo. s. circa huiꝰ. Et ibi ō debita preparatione ad sacramentuz eucharistie sumenduz.

Septima petitio. §. VIII.

est. Sed libera nos a malo: hodie hoc petit genus humanum a christo pendente in cruce. Ubi petit liberari a triplici malo qō sustinebit scilicet ignorantie. Sed ad hoc liberat uerbo sue doctrine in cruce. Per septem uerba sacratissima quorū unū est de dilectione inimicorum: orat enim p eis. Pater dimitte illis: quia nesciunt zc. Ignorant enim homines hanc ueritatem scilicet debere parcere inimicis. Et sic considera de alijs diuersa monita. Secundo a malo culpe: que sicut sunt septez: ita septies effudit sanguinē ad liberādū ab huiusmodi culpis in circūcisione. In orto i flagellis. In coronatione de spinis. In effusione sanguinis ō manibus. Jrē de pedibus: z demum de latere lancea transfixo. A malo pene multiplicis: vt gehenne z mortis corporalis: z alias a quibus demū liberat merito sue passionis. Sabbato sancto. Cum aia eius esset in limbo: anime ille que ibi erant dicūt: libera nos a malo. s. illarum tenebrarum quas ibi patiebantur. Ubi dicendum est de diuersis locis inferni. Jn die resurrectionis petens humanū genus liberari per suam resurrectionem a malis: ostendit per exemplum in sua resurrectione: quo modo liberabitur demum ab hominibus malis illis: qui christo erunt uniti per gratiam: si hec habebunt spiritualiter dotes corporis sui glorificati scilicet charitatem prudentie: agilitatem obedientie seu iusticie. Subtilitatez temperantie. Impassibilitatem constantie. Et per dotes anime a malis anime que hic patitur: et de dotibus corporis a malis corporis. Unde de gloria animarū et corporum beatorū dic ut placet: z de christi resurrectione: per quā ab his omnibus malis liberamur. Unde concluditur Amen quod est affirmatiuum eius quod dictum est.

De partu beatissime uirginis.
Capitulum. xxxi.

Peperit filiuz suum primogenitum Luce. ij. Jn ipso autē partu ne omnino esset occultus stella magis in oriēte Sybilla Octauiano in occidente imperatori. Angelus in iudea que dicitur in meditullio mundi apparens cum maxima claritate z splendore: pastoribus manifestauit istam sanctissimam natiuitatem dicens. Euangelizo uobis gaudium magnū: quod erit omni populo: quia natus est nobis hodie saluator. Et cum ipso multitudo militie celestis exultans cepit canere. Gloria in altissimis deo Luce. ij. Si ergo tantum letatur sublimata angelorum: mlto magis iucundari: z festiuare debet humilitas hominum: ita per hoc sublimitas: qz natus est principaliter nobis: non enim ut ait apostolus ad hebre. i. angelos: sed semen abrahe appēhendit de uirgine natus: que peperit filium suum primogenitum. Et ad hoc exortatur Leo papa i sermone dicens. Saluator noster dilectissimi hodie natus est: gaudeamus: negz enim phas ē locū eē tristitie: ubi natalis ē vite. Nemo ab huius diei alacritate secernitur: vna cunctis leticie cōis est rō

Exultet iustus: quia appropinquat ad palmam. Animetur gentilis: qz uocatur ad vitam: gaudet peccator: qz inuitatur ad veniam. Uerbuz. n. dei deus filius dei ad liberandũ hominem ab eterna morte factus ẽ homo. hec ille. Ecce cã leticie. Certe si aliqua ciuitate obsessa a pessimis inimicis homines illius fame z siti deficientes: omnes in pcictu essent: vt traderentur in ore gladij ad mortez: quidã aduenies liberaret: quis ibi esset qui non sũme gauderet: z solẽnia ageret. Ciuitas hui' mũdi obsessa: z si possessa erat a diabolo z angel' ei': deficiebant homines fame ueritatis z siti bonitatis. Cũ hunc migrabant ad mortẽ eternã descẽdebant. Uenit de celo rex ille magnus factus paru': z liberauit mundum virtualiter z causaliter per sapiam suã. Uenit ad nos quando peperit beata Maria filiũ suũ vnigenitum. Ipse est rex fortis z potens in prelio contra antiquũ hostem: z iõ gratulari omnes oportet non i mundo sed i deo non in corpore ipsũ ornando z viciose delectando: sed in spu z aio qui liberatus est. Huius figuram pcessit: qñ tpe Ezechie regis iuda obsessa erat ciuitas regalis hierlm ab imensa multitudine exercit' sennacherib regis assyriorum: z ita coartata q' homines eius timentes eã capi: in multa amaritudine anxietate z lachrymis residebant. Sed media nocte angelus descendens de celo liberauit eaz occisis centũ octuaginta tribus milibus de exercitu Sẽnacherib: propter qõ confusus et deuictus reuersus est vacuus in terrã suam. Populus autem liberatus multis diebus festiuauit gzas agẽs deo: Expletus multis diuitijs de spolijs inimicorum. Quam hystoriam licet obscure uidetur tangere z figuram Isaias. ix. c. ubi ait. Populus gentium qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnaz: z sedentibus in vmbra mortis. i. in timore et tristitia lux orta est eis. s. angelus illuminãs prosternẽs inimicos: z ex liberatione letificans eos: z quasi figuram exponens: z illuminationẽ z liberationez ostendens: paulopost subdit. Paruulus. n. natus est nobis. s. ieſus Et de magnificẽtia eius dicit. Uocabitur nomen eius admirabilis consolarius de' loco quorum nominũ. lxx. posuerũt. Magni cõsilij angelus. Hic est qui media nocte nascens uẽit ad nos prosternens virtualiter demões inimicos nostros. Et de celo uteri virginalis uenit: cũ. s. beata Maria peperit filium suum unigenitum. In quibus tria possunt notari et considerari. Primo fecũditas gaudiosa: ibi peperit. Secundo virginitas generosa: filiũ suum. Tertio vtilitas amorosa: ibi unigenitũ.

Quãtuz ad primuz. §. I.

sciendũ: q' quia in ueteri testamẽto multiplicabatur cultus diuinus per carnalẽ propagationẽ: da solũ illi de populo iudeorum colebant uerum deum: alijs nationibus idolatrie deditis: ideo vacabant illi patres z mulieres generationi filiorum: vt ipsis multiplicatis multiplicaretur cultus diuinus. s. a multis exercitatus. Et sterilitas tunc erat in opprobrium ẽt virginitatis quasi res infructuosa fecunditas in cõmendationem et gloriam. Unde. b. Hiero. contra Jouinianum. Quis ignoret sub altera uel alta dei dispensatione: oẽs retro sãctos eiusdem fuisse meritu: cuius nunc sunt xpiani. Quomodo abzaham placuit deo in coniugio: ita nunc deo placent in castitate. Seruiuit ille legi z tẽpori suo: seruiam' z nos legi z tempori nõ in quos fines seculorum deuenerunt. xxxij. q. iij. Quis ignoret ueruz illa fecunditas mulierũ erat cum dolore z maximo. Unde dictum fuit z datũ a deo in punitionem z maledictionẽ propter trãsgressionem dñici precepti prime matri Eue i persona omniũ matrum. In dolore paries filios: qui dolor procedit ex apertione meatuum z illorum locorũ: er quibus egreditur puer ò utero matris. Sed ab ista maledictione fuit excluſa beatissima maria z opprobrio sterilitatis: peperit. n. nesciẽs mater virgo uirũ sine dolore saluatorez seculorũ. Sicut. n. xps corpus suum resuscitatus traxit de sepulchro ipso remanente clauso z signato sigillo sũmi sacerdotis: sic exiuit nascens de utero virgis saluo signaculo uirginali: vnde nullum dolorem sensit: sed summum gaudiũ. Isaie. xxxv. de ea dr. Exultabit solitudo. i. uirgo non viro cõuicta germinans germinabit letabunda: z laudans. i. pari et sicut germinat terra: uel arbor absqz apertiõe: ita beata virgo sine violatione cuz magna leticia: dixit ipse ieſus natus cũ exhortaretur discipulos suos ad tollerantiam passionum. Mulier cuz parit: tristiciã hz: quia venit hora eius. s. partus z doloris. Sed cum peperit. s. masculum: iam non meminit pressure propter gaudium: qz natus est homo in mundũ. Ita. n. gaudet ex partu masculi: qz sperat inde gloriam z utilitatẽ sibi: z domui cõsequendam. Quantum igitur gaudiuz habuit beata Maria: que nullam mixturã habuit doloris in partu suo: vt habent mulieres: z sciret deum se peperisse z hominem ad sui gloriam z honorem mundi totius saluationem. Sed o uirgo beatissima: z si propter impuritatem nostram indigni sumus te alloqui: pre magnitudine dignitatis z sanctitatis tue: tu tam̃ inclyta benignitate tua digna re nobis edissere unde gaudium tibi in partu isto cum sola inueniaris cũ vetulo spõso tuo Joseph non in domo a frigore z uentis protecta: sed i pãdochio vndiqz tenebroso: z magis animalibus q' hominibus apto. Non confortata a societate mulierũ te utilitantiuz: vt consueuit. sed ab omnibus feminis segregata. Non in lecto quiescens: sed in terra uel lapide duro. Non tibi ignis deseruiens sed frigus intensũ medie noctis. Nõ pãnis calidis

te: vel puerum: aut sericis cooperiens: sed modicis et vilibus pannis euz inuoluit ac feno cooperuit. Nec ibi cibi solennes et delicate parati quibus indigent mulieres in partu. Non confectiones: non vina preciosa. Unde ergo tibi gaudium ꝛ delectatio in tãta paupertate ꝛ austeritate. Credo respõderet si presens existeret. Gaudium experior ꝛ suauitatem: que declarari non posset: illud est enim verum gaudiũ: quod non de creatura: sed ō creatore concipitur. Cuius comparatione omne pulchrum fedum: omne dulce amarũ: omne qō delectari potest molestuz: vt ait. b. Bernar. Quomodo enim non gaudebo sũme in domino: ꝛ exultabo in deo ieſu meo: ex meo vtero nato. Habrahã a longe vidit hoc mysterium in figura: cum tres vidit et vnum adorauit: ꝛ vidit ꝛ gauisus est Jo. viij. Et ego i quo ista tria vnita sunt: deus: anim⁹: ꝛ corpus: in vna persona: in vtero meo sine letitia permanebo. Certe cor meum: ꝛ caro mea exultauerunt in deum viuum ex me genitum. Qui cum sit fons ꝛ origo omnis bonitatis: omnis dulcedis: ꝛ suauitatis: cuius odore reuiuiscunt mortui: cui⁹ aspectu letificantur angeli: cuius iussu mouentur celi: superabundo gaudio ipsum incarnatum aspiciendo. Non egeo consolatione humana: que diuina perfluor: non societate mulierum: cũ adsit exercitus angelorum canentium: gloria in excelsis deo. non cibum ꝛ potum affecto: cuz ante me panem qui de celo descendit viuum habeam: omne delectamentuz in se continentem: ꝛ omnem saporem suauitatis. Probat Albertus vbi supra: istud gaudiuz fuisse maximum multipliciter. Nã si in conceptione ipsius filij habuit magnum gaudium valde: multo magis in parturitione. De cõceptione patet ꝙ multam letitiam habuit. Nam gaudium oritur ex bono cum scilicet concupitum possidetur: iuxta illud Job. iij. Quasi effodientes thesaurum gaudentqz vehementer cum inuenerit sepulchruz. Et hoc quia sperant ibi inuenire thesaurũ quod cupiunt. Antiqui enim in sepulchris dominorum cum eis ponebant thesauros. Et ꝙ maius bonum: tanto maius gaudium sequit cuz habetur. Ex summo igitur vniuersali bono habito: maximum gaudiũ sequitur in habente. Sed in ipsa conceptione deus pater dedit virgini filiuz suum: ꝛ cum illo nobis oia bona donauit: ergo sũmum gaudium habuit. Uerum in ipsa conceptõne ipsum gaudium seu delectationem videbat et experiebatur visione intellectuali: in natiuitate autem sensuali et intellectuali. vnde in conceptione tantũ reficiebatur intellecus in natiuitate autẽ intellectus et sensus. Unde maius gaudium. Naz similius gaudio patrie: vbi oculus corporis reficitur in christi humanitate: ꝛ oculus anime in eius diuinitate ſm illud ingredietur: ꝛ egredietur: et pascua inueniet: Jo. x. Meliori autem ꝛ honorabiliori similius est melius ꝛ honorabilius. Ergo maius gaudium beate Marie in natiuitate filij sui ꝙ in conceptione. Secunda ratio est: quia bonum additum bono facit maius bonum: ergo magis illõ cũ sit duplicatũ causat dilectõez: ꝛ ꝑse ꝙnt dilectatõez ꝛ gaudiũ i natiuitate seu partu. b. Marie gaudiũ fuit duplicatũ. De bea. ꝙqz Joã. baptista dictum est per angelum patri. Multi in natiuitate eius gaudebunt: qz cõmuniter maius gaudium est de partu ꝙ de conceptu creature.

Tertio beata Maria vbi prius gaudebat se virginem concepisse: pariendo gauisa est se virginem peperisse: quod aliud magnum miraculum fuit: ꝛ se virginem puerum suum lactare: ipsuz regem angeloruz sola virgo lactabat: vbere de celo pleno canit ecclesia. Cum autem gaudium sit de bono recepto: recipiens ergo maius bonũ: maior ei extat causa gaudij. Et ꝙis in assumptione ei⁹ in celum christo ei obuiam veniente: ꝛ angeloruz ordinibus ꝛ sanctorum agminibus comitantib⁹: maximum gaudium habuerit: qz illud fuit gaudium beate: ꝛ continue fruitionis: qō nullam secuz compatitur tristitiaz: laborem: vel necessitatẽ: qō nondum in vita perceperat. vnde ꝛ tunc gaudiuz plenum: quod potissime christus docuit postulare: dicens. petite et accipietis: vt gaudium vestruz sit plenũ: Jo. xvi. Utiqz maius fuit illud in assũptione actualiter omni gaudio vie. Sed gaudium in conceptione: et natiuitate: fuit maius illo causaliter. Nam ꝙ facta fuerat mater dei: ꝙ fuit in corruptione: ꝛ natiuitate: fuit causa tante sue exaltationis: tãte glorie: ꝛ tante gratie sibi collate: quia electa erat vt esset mater dei. Cum ergo hora partus aduenisset circa mediam noctem: solaque cum Joseph in diuersorio esset in contẽplatione suspensa: gaudio superne patrie repleta: videt ante se paruulum vagientem ex suo vtero ꝓcessisse in terram iacere: subito vt pie credi: ꝛ dici potest genu flectitur ante eum: dicens. Salue mi dilecte fili. Adoro te deum meuz: qui dignatus es ꝓ salute mea: ꝛ omnium hominum: hanc vallem lachrymarum intrare osculatur faciem eius: dicẽs. O facies plena omnium gratiarum in quã desiderant angeli prospicere. Manus osculatur: dicẽs. O manus beatissime: quot infirmos estis sanaturi: quot mirabilia operature: osculatur et pedes. dicens. O sanctissimi pedes quantum discurretis per varias ciuitates et castra ad docendum ꝛ laborandum ꝓ cõuersione peccatorum. Et quia parũulus ipse primam uocem emisit similem aliis fetis plorans: mater pia non ignorans ipsum molestia frigoris sentire: pati enim uenerat ꝓ nobis: panniculos de capite suo assumit ꝛ inuoluit eum: ꝛ ut alitu bouis ꝛ asini aliqualiter: calefiat i medio eorum in presepio ponit. Non secluditur Joseph a gaudio isto: ꝛ appropinquare ñ audẽs

pre leticia lachrymas fundit iudeus deum huma natum. pro saluatione omnium ita humiliter na tum: pre iucunditate exultat: ⁊ se capere non pot benedicens ⁊ laudans deum.

Quatum ad se §. II.

cundū dico q notatur virginitas generosa: vl gloriosa in eo qō dicitur: filium suum: nulla mat dicere pōt cuz veritate filium quem parturit esse ex toto suum. Nam cum quelibet alia concipiat ex viro: vterqz ibi partē hz. Mater enim est principium passiuum in filio materiam administrans. Pater vero est principium actiuum: ⁊ quasi formā materie mulieri tribuens: vnde et principalius operatur: ⁊ ideo magis est patris q̄ matris: ⁊ magis ds tenet patri q̄ matri ceteris paribus. Sed sola.b. Maria peperit filium ex toto suuz: quia non fuit principium actiuum ex parte viri cum nullus ibi pater: nec Joseph: nec alius: sed totum illud corpus iesu erat de purissima carne seu sanguinibus b Marie hoc predixerat Isaias: dicens. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomen eius Emanuel: quod interpretatur nobiscum deus. s. qz deus ⁊ homo. Concipiet inquit et pariet permanens virgo. Non enim signum seu mirum quod dominus ibi permittit se dare hominibus: q̄ virgo prius existens: et ex viro coniuncta concipieret et pareret: cum cōe sit omnibus, Sed signū mirabile ⁊ supra omnem naturā: ⁊ morem: vt virgo esset et intacta generaret ⁊ pareret. Sicut enim vt ait Origen. Abachuch itrauit ad Danielz in lacum leonum: deferens ei prandium bonum: et exiuit non apertis hostijs: sed clausis. Sic beata Maria saluis claustris pudoris concepit et pepit filium suum primogenitū. hoc ois canit ecclesia i sequentia. Angelus consilij natus est ex virgine. Sol de stella. Sol occasum nesciens stella semper rutilans: semper clara. Sicut sidus radium p fert virgo filium patri forma. Neqz sidus radio: neqz mater filio fit corrupta. Et vt subditur. Si ñ suis vatibus. i. prophetis credat: vel gentilibus. s. iudea incredula sybillinis versibus hec predicta. Sybille enī que fuerunt pagane: quibus ob meritum: ⁊ excellentiam virginitatis: datus est a deo: sm. b. Diero. spiritus prophetie de hac virgine lōge ante ⁊ partu eius prenunciauerunt. Sybilla tiburtina sic ait de christo: nascetur in bethleē christus ⁊ annunciabitur in nazaret regente thauro pacifico fundatore. O felix illa mater cui⁹ ubera illum lactabunt. Sybilla erithea multa de eius passione. Refert etiam. b. Tho. scōa secūde q in sepulchro cuiusdam gentilis qui longe ante tē pus incarnationis obierat: ex terra effossa eductо: cadauē repta ē ad caput ei⁹ lamina aurea: hāc scripturam continentem. Christus nascetur ō virgine Maria: ⁊ credo in eum. O sol iterum me videbis constantini ⁊ hyrenem temporibus quod ideo dictum est: quia temporibus illius constantini: nō magni: sed alterius imperatoris ⁊ hyrenem matris eius: q̄ post multos annos a Cōstantino magno imperium tenuerunt repertum est illud sepulchrum. Patet et hoc per miraculum maximum quod rome euenit. Nam vt ait Jnocentius tertius: vir vtiqz maxime auctoritatis ⁊ sanctitatis. Cum romani toti orbi dominarentur: et pax vbiqz regnaret: fecerūt romani ipsi quoddaz templum notabile: vbi statuam posuerūt romuli primi vbis edificatoris quem in deum colebant. Vocaruntqz illud templum pacis. Sciscitati q̄z sunt per idolum appollinis quantū templū illud duraturum esset. Qui eis responsum dedit. s. diabolus per eum: q̄ vsqueq̄ virgo pareret ⁊ virgo p maneret. Et qz visum est eis impossibile virginez parere: qō verum est sm cōem cursum nature: scribi vel sculpiri fecerunt in valuis eius templum pacis eternum extimantes nunq̄ euenire posse q̄ pareret virgo. Sed nocte qua natus ē christus: templuz illud funditus corruit: qz. s. virgo peperit tūc filium suum primogenitum. Cum enim vt refert Lucas in euangelio exisset edictum a Cesare Augusto: vt describeretur vniuersus orbis scilicet Octauiano. Et ut diligentius fieret: ordinatum erat: vt quilibet se describere faceret in sua ciuitate originali in ipsa sui descriptōe soluebat certam monetam pro censu: vt subditus romano impio. Igitur. b. Maria cum esset vicina partui: nec huic mandato astringeretur: qz mater iam effecta regis omnium: tamen ut exemplum preberet omnibus obedientie ⁊ reuerentie maioribus et presidētibus etiam secularibus ⁊ discolis: cum ille Octauianus infidelis esset sm illud Petri i canonica. Subditi estote dominis vestris non solum bonis ⁊ modestis: sed etiam discolis: ascendit ipsa beata mater dei de nazaret que erat in prouincia galilee in bethleem que erat in prouincia iuda: cum Joseph sponso suo: ⁊ asella pro sarcinulis suis: ⁊ ali qñ p sponsa sua cū fessa esset posset ibi sedere: bouem forte vendendo pro solutione census romāi. Sed ille mulieres bone que erant vicine habitatōni virginis in nazareth: vt pie meditatur: ⁊ notat do. Jo. dominici in quodam sermone: videntes beataz Mariam grauidam: licet crederent ex Joseph concepisse: expectabant cum magno desiderio presentes esse in partu eius. Erat enim tanta pulchritudo eius: ⁊ honestas. ⁊ sanctitas: affabilitas: ⁊ sapiētia: q̄ videbatur quasi vna fruitō querari cum ea: ꝓpter quod vicine eius valde affectabant esse cum ea ⁊ loqui secum: sed ipsa se totam deo reseruans amabat solitudinez. Rarissime ad hostium domus se reperiebat minus ad fenestras aspiciebat: sed in tēplo: ⁊ domo conuersatio eius: cum hominibus quasi nūq̄ loquēs nisi ex ardua

necessitate: cũ angelis autez: ⁊ deo frequentissime in oratione et contemplatione confabulabatur: Poterant ergo ille vicine dicere inter se. Veniet p certo veniet dies partus eius: tunc indigebit nõ adiutorio: vocare nõ faciet ad iuuandum. Intrabimus domum eius et habebimus copiam puerpandi cum ea. O q̃ erit gratiosus fructus: tam sãcte tam pulchre: tam honeste iuuencule. Ita humilis est ⁊ amorosa: ita pura q̃ dare ad lactandum filium suum alteri non patietur. Ipsa ex suis vberibus lactabit: ipsa pannis inuoluet: ipsa in vlnis suis tenebit. Sed cum tenebit eum in gremio: vel brachijs suis: nos aliquãdo pie et reuerenter auferemus de manibus suis: ⁊ ducemus in domos nostras: vt reddamus: ⁊ sic cogetur intrare domos nostras ut reddamus ei paruulum suum: quod non faciemus nisi aliquantulum immoretur nobiscum et allo quatur: et ita non erit aliena et separata a nobis. Nesciebant iste diuinum mysterium q̃ dei mater esset: non hominis puri et concepti ex Joseph. Instante ergo tempore partus recedẽtes de nazareth pergunt bethleem. Applicantes autem illuc tarde: vt pie prosequitur beatus Uincentius in quodam sermone natiuitatis: uadit ad aliquod hospitiuz: vt ibi recipiatur. Sed hospes cernens illum vilibus indutum: ⁊ pauperem arbitratus: dicit ei. Non possum bone senex vos hospitari. quia plures nobiles expecto isto sero: pgit ad aliud hospitium: vt recipiatur. Interzogat ille domine quot equitaturas: ⁊ famulos habetis. Respondit nullas: sed azellum et bouem et vxorẽ meam. Ad ille istud non est pro nobis: sed p habentibus multam pecuniam ad expendendũ: hospitale est pro pauperibus illud queratis. Uadit ad aliud hospitium dicit illi patronus. O senex miser quomodo non erubuisti ducere i vxorez tãdelicatam iuuenculam: vade alio: quia hic nõ poteris manere. Et sic paupercul' Joseph nesciebat quo iret: et precipue dolebat ꝺ beata virgine quã sciebat matrem domini ab hominibus cunctis venerandam: ⁊ nouerat teneram esse virginis uerecundiam. Sed confortabat eum beata virgo: dicens. Non est abreuiata manus domini. Eam' ad aliquem locum remotum a tumultu hominũ ut possum' q̃etis deo vacare: et ipse cui est cura ꝺ omnibus prouidebit nobis. Querentes ergo inuenerunt quoddam diuersorium. i. quendam locum ad quem refugiebant homines cum iumentis tempore pluuiarum quandam grottam uel tugurium: ibiq̃ contulerunt ad pernoctandum: et circa mediam noctem inibi peperit filium suum gaudium matris habens cum virginitatis honore: nec primam similem uisa est: nec habere sequẽtem. Et quod dicitur in libro de infantia saluatoris: et de obstetricibus beate Marie: scilicet q̃ ibi fuerunt zebel et Salome seruiẽtes ipsi apocriphum est: ut patet di xv. Sancta romana immo Jo'. contrariuz expresse dicit. s. q̃ nulla obstetrix ibi: nulla mulier seruiens: sed ipsa que parturiuit suum filium de terra leuauit. Ipsa prima q̃ votũ virginitatis emisit: cum sponso suo: et perfectissime ipleuit ꝑmiceria facta v̄ginum oiuz.

Quantum ad ter §. III:

tium. s. de utilitate huius partus virginei. hoc notatur dum dicitur primogenitum. Eo autem modo dicitur primogenitus matris virginis: quo in diuinis primogenitus patris. Ego: ait sapientia q̃ dei patris filius est: ex ore altissimi prodq̃: ex ore cordis seu mentis paterne: vt verbum bonum: primogenita ante omnem creaturam. Non q̃ secundo genuerit aliam sapientiam uel creaturam de substantia sua: ut filium: sed quia nullam añ vel postea: vnigenitam: iuxta illud Joã. i. Uidimus gloriam eius: gloriam quasi vnigeniti a patre: et ly quasi non est nota similitudinis: sed expressio ueritatis: sic et primogenitus virginis matris christus. Sed quia nullus ante: nec postea: vnde ⁊ vnigenitus matris. Nam qui primo nascitur ex me primogenitus dicitur: etiam si nullum alium: postea generet: ⁊ vnigenitus. hinc sumpsit occasiõez sui erroris heluidius perfidus hereticus: et temerarius blasphemator virginis: asserens virginẽ post christum habuisse alios filios ex Joseph: vel alio viro: quorum primus fuit christus: ⁊ ideo dicitur primogenitus: probat hoc etiam ex eo: q̃ euangelio narrantur aliqui fratres christi: vt dicit Joan. vij. Neq̃ enim fratres eius credebãt in eũ et illud Mathei. xij. dixit ei quidam predicanti. Ecce mater tua: ⁊ fratres tui stant foras querentes loqui te cum: dicens. hos fuisse germanos christi: et filios virginis. Sed beatus Hieronymus: scripsit unum librum contra eum: reprobans huiusmodi errorẽ ⁊ falsitatem. nam ut iam dictum est primogenit' dicitur non solum: quia alq̃ post geniti. secũdus tertius. et huiusmodi. Sed etiaz quia nemo ante illum genitus etiam si nullus postea ab illo patre: vel matre generetur: et talis magis proprie et stricte dicitur vnigenitus. vnde cuz dicitur in p̃s. Qui percussit primogenita egypti: intelligitur etiaz de illis q̃ erant vniti parentibus suis. Et sic domin' in veteri lege ait: in die qua occidit omne primogenitũ egypti: sanctificauit mihi oẽ primogenitũ israhel ad signif. candum moraliter: q̃ quãdo mõtificantur principia uitiorum: firmantur radices virtutum. Quod dicit de fratribus domini facile ostenditur error eius. Nam in scripturis dicit frater multipliciter: et non solum germanus: uel ex vna: et eadem matre genitus. Sed ⁊ consobrini dicuntur fratres scõm uulgare vsitatum. Et sic

christus habuit fratres scilicet Jacobum maiorez et Joannez natos ex maria Salome sorore uirginis marie ex eadem.s.matre Anna nate. Et similiter Simonem et Tadeum et Jacobum minorē ex alia sorore uirginis natos.s.maria Jacobi. Alli quando etiam fratres dicuntur aliter consanguinei. Sicut Habraham dixit Loth nepotem suuz fratrem. Ne queso sit iurgium inter me z te:fratres enim sumus: Gene.xiij. Et Saram neptē uocauit sororem. Christus etiam discipulos suos fratres appellauit quando resuscitat' dixit Magdalene vade ad fratres meos ꝛc. Jo.xxi. Quinimo respectu unius patris celestis omnibus cōmunis ipse ait. Omnes vos fratres estis: Mathe.xxiij. Nullū igitur aliū filiū.b. Maria habuit:nisi dominum iesum:que uirgo semper mansit ante partum:in partu: z post partum. Dicitur etiam christus primogenitus non solum naturali natiuitate:sed etiam spirituali:qua ex deo nati sunt per gratiam dei electi. Omne quod natum est ex deo scilicet per gratiam adesse spirituale peruenies:vincit mundum.i.uitia mundi. Unde in Apocalip. de christo dicitur q̄ est primogenitus mortuorū: et princeps regu terre idest primus resurgens ad uitam immortalem ex mortalibus: z princeps.i. primus et precipuus sanctorum qui se uirtuose regunt: et etiam dominum habens super omēs dominos:et reges:de quo etiam dicit apostolus ad Roma.viij. Quos presciuit hos z predestinauit conformes fieri imaginis filij sui:ut sit ipse.s.christus primogenitus in multis fratribus. Ipse enim est caput ecclesie:ex quo influit omnis uita sēsus: z motus spiritualis in membra eius.i.fidelium. de plenitudine enim eius nos omnes accepimus. Unde ad ostendendam huius primogeniti excellētiam z primogeniture:dixit in figuram:ille antiquus dierum Jsaac. Genesi.xxvij. qui calligatis oculis videre non poterat:cum Jacob ut primogenitum benedixit:de quo christus descendit ꝛc. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni omni sez odoramento virtutum. Det tibi deus.s.pater de rore celi.i.diuinitatem cui vniatur:uel quo ad humanitatem rorem gratie in abundantia:ut ex te omnibus alijs profluat. Et de pinguedine terre abundantiam:pinguedo terre.i.humane nature ē innocentia z iusticia originalis:in qua primo fuit homo positus: que postea amissa in solo christo fuit: abundantiam quoq̄ ei dedit frumenti doctrine et sapiētie vini feruoris: z beniuolentie:olei pietatis z clementie. Seruiant tibi populi.s.gentium:quod impletum cernimus:quia gentilium populos conuersos ad fidem videmus christo seruire. Et adorent te tribus:scilicet iudeorum: quo ad illos qui crediderūt in christum. Esto dominus fratrum tuorum idest omnium hominū: quorum per assumptionem nostre humanitatis factus est frater. Laro ei nostra z frater noster est: dicitur in figura Heneh. Et filij matris tue scilz synagoge de qua natus est.i.iudei incuruentur ante te:quod erit in fine mundi:quando conuertentuz ad vesperam et famem uerbi dei patientur ut canes: z circuibunt ciuitatem ecclesie:querentes in eam introduci per fidez et sacramenta. Qui benedixēit tibi benedictionibus repleatur. Et qui maledixerit tibi maledictionibus repleatur. Benedicit christo qui corde credit in christum ut debet. Iste dicit bene de christo. Benedicit ore qui vbis fatetur ueritatem fidei:qui deum laudat et orat: qui confitetur peccata sua:sperans a christo idulgentiam. Benedicit opere qui imitatur eum i operibus suis:ut enim dicit beatus Augustinus i sermone: homo sequendus nnn erat qui uideri poterat:deus sequendus erat qui uideri non potēat ut ergo homini exhiberetur qui ab homine videretur quem homo imitaretur:deus factus est homo. Et primogenitus Marie. Nam post eum naturalem. Omnes spiritualiter sumus filij beate Marie: ita vt quem peperit filium suum primogenitum. omnes sequamur post eum opera eius. Pauperrimus natus est: vt tu paupertatem diligas saltem affectu: z pacienter feras effectu Jn austeritate natus est in medio hyemis:in medio noctis inuolutus modicis pannis.i.presepio i medio asini et bouis:cum magna humilitate natus est ō us immensus factus paruulus: eternus temporalis paruoq̄ lacte pastus est:per quem nec ales esurit:non in regali ciuitate:sed paruula bethleez in diuersorio:nor in domo natus: z solum vilib' pastoribus manifestatus. Omnia ista clamāt humilitatem:mundi contēptum:corporis austeritatez. Qui ergo benedicit istum primogenitum sic imitando:iste benedictiōibus dulcedinis preuenitur gratie: z omnium uirtutum:et glorie demum. Ecce vtilitas huius sacratissimi partus uirginis. Econtra maledicit qui male sentit de christo:ut iudeus paganus:et hereticus. Maledicit qui blasphemat christum matrē eius: vel impatiens murmurat in aduersitatibus: vel estimat sibi veniam daturum permanentem in peccatis in hoc dicēs eum iniustum. Maledicit qui verbis confitetur se nosse deum. factis autem negat diuitias per fas z nefas congregādo:inordinate retinēdo z amādo. Maledic qui super alios superbe se erigit:ambit honores:dignitates querit:gloriam de suis operibus ab hominibus expetit. Maledicit qui pompatice incedit. Splendide z crapulose viuit:luxurijs insistit:fruitur mundo. Sed his maledictionibus impletur peccatorum angustiarum tribulationum: z demū infernorum.

Capitulum Tricesimũ secandum

In epiphania domini in qua inuenta est ⁊go mater cum filio a magis. Capi.xxxij.

Videntes stellaz

gauisi sunt gaudio magno valõ Mathei.ij. Quid fuerit ista stella: ⁊ quis viderit bea. Augu. in sermone de ephya dicẽs. Vidit magus: obstupuit astrologus. Erubescat hic stultitia mathematicorum: qui dicunt christum sub constellatione seu fato esse natum: neq; de aliquo qui nascitur qui hoc credit recte creditur. Ista. n. stella non fecit christum mirabiliter uiuere: sed christus eam fecit mirabiliter apparere. Quid fuit hec stella: que nunq; prius apparuit: nec postea visa est: nisi quedaz lingua celi: que enarraret gloriam dei. hec. b. Aug. primo ꝙ dicit magi fuerunt qui eam uiderunt. i. magni astrologi: ⁊ qz assueti erant aspicere ad cursum stellaz: ideo videntes nouam stellam inusitatã obstupuerunt. Secũdo dãnat errorem mathematicoz: asserentiũ christum natum sub cõstellatione illius stelle: ⁊ similiter quẽlibet hoiem nasci sub fato seu cõstellatiõe aliqua: ex qua necessitatur ad agendũ que facit: quod falsũ est et hereticũ. Equidem ars seu scia astrologie hz in sua scia veritatẽ sicut alie scientie: ⁊ licet sit multuz speculatiua ⁊ delectabilis: est tñ multum fallax quo ad iudicia que dant ex ea: et multũ temporis exponitur in ea: ita ut. b. Ambr. dicat. xxxvij. q. §. hic etiã: qõ nihil valent ad salutem astrologia ⁊ huiusmodi: sed in errorẽ mittũt ⁊ qui his studeñt curam anime nõ hñt. Fallax autem est tripliciter. ꝑmo quidem qz cuz ꝑmulta media ⁊ numerũ punctoz̃ oporteat trasire ad eliciendam aliquam conclusionẽ de effectibus coꝛpoz̃ celestiũ: si in vno puncto deficit: totum subruit: qõ iudicatum est. Secundo qz cum cause pme que deus est subsint: oẽs cause secũdarie inter quas sunt stelle seu coꝛpoza celestia: ⁊ plus possit influere causa ꝑma in effectus cause secunde ipa cã. Secũda ut dicitur in libro de causis: contigere potest: ꝙ ⁊si scõm cãs nãles secũdarias sit sequendus aliquis effectus puta infectio aeris inũdatio aquarum. Siccitas terre ⁊ huiusmõi suspendere põt ipsa causa ꝑma deus: talem influxũ ad illum effectum ꝓducendũ: qõ et aliqñ facit: ⁊ tunc talia non secuntur. Et econuerso deus talia inducit ob peccata hominũ: que tñ non erunt in causis secundarijs: ⁊ ꝯstellationibus: vt ꝑz de diluuio qõ deus immisit ꝓter causas nãles tempoze Noe ⁊ õ peste inficiente aerem ⁊ plurimos occidente tẽpoze dauid: que ex toto cessauit post triduũ. Et de infirmitate Ezechie regis iuda: q̃ scõm cãs secũdarias debebat mori: siue naturales: siue demerita sua: ⁊ tñ ꝑma effectũ illum euenire non permisit. Et iõo iudicium astrologoz̃: ⁊si in se non deficẽt: tñ deo operante ꝯriũ fallere põt. Tertio qz si in naturalibus non deficẽt: uel falleret iudiciũ coꝛ: tñ in his que pendẽt ex arbitrio et uoluntate hoiuz freqn ter fallit: ⁊ rõ est: qz ⁊si coꝛpoza celestia stellarum influant in coꝛpoza inferiora: vnde et in sensitiuã partem que affixa est organis coꝛporeis: ⁊ ꝓpter hoc ẽt inclinãt ad mala: tñ uoluntas libera remanet ad resistendum talibus inclinatõibus malis: vnde Tpolomeus maximus astrologus ait. Vir sapiens dominabitur astris. Et. b. Aug. i. v. de ciui. dei ait. Non vsq; quaq; absoꝛde dici põt ad q̃ldam differentias coꝛpoz̃ afflatus quosdã ualere sydereos. nõ ãt animi voluntates syderũ positõibus subdi. Demũ dicit idẽ. b. Aug. i aucte supra dicta: ꝙ hec stella que nouiter fuit a christo creata: ⁊ post officium suum in materiam preiacentẽ resoluta fuit tanq; quedã lingua que narraret gloriam dei: nati in mentibus magoz̃: vnde eaz videntes quã ad tẽpus amiserãt: gauisi sunt gaudio magno valde. Vbi notandum ꝙ triplicẽ stellam isti viderunt: cum. s. inuenerunt puerum cũ Maria mãe eius ⁊ ꝓcidentes adoꝛauerunt. Prima est stella diuinalis ad quã gauisi sunt: quia inuenẽt puerum. Secũda est virginalis ad quã gauisi sũt gaudio magno: ibi cũ Maria matre eius. Tertia est stella fidei salutaris ad quã gauisi sunt guaudio magno valde: vñ ꝓcidẽtes adoꝛauerũt eũ.

Prima igitur stella §. I.

quam uiderunt fuit christus quã uiderũt cũ iuenerunt puerum ihesũ. Oꝛ aũt ihesus dicatur stella apte ostenditur: Apoc. ultimo. ubi ipse ait. Ego ie sus stella splendida ⁊ matutina. hanc uidentes ñ miruz si gauisi sunt: qz in eo cã oĩs gaudũ: et uere delectationis. ꝑs. replebis me leticia cũ uultu tuo Ex hac stella ad nos extenditur radius sincere veritatis. Ex scõa oritur radius misericoꝛdie et bonitatis. Ex tertia stella innuitur radius perfecte pietatis. Quantũ ad ꝑmam surge. ait Isa. vi. c. ⁊ illumĩare hierusalez. i. fidelis aia: qz uenit lumen tuum: que ꝓius tenebꝛosa eras: et nesciẽs ueritatem. Ego: ait ipsa stella: Jo. xviij. matutina ie sus: in hoc natus sum: ut testimoniũ perhibeaz ueritati. Ecce cecitas mundi ⁊ errоꝛ ꝯrius veritati qz beatũ dixerũt homines populũ cui hec sũt tẽporalia bona in abundantia: ut diuitie: honores: delitie: uoluptates: ⁊ huiusmõi: tanq; in his consistat uera felicitas. Sed certe si sic esset: christus erraſſet: qui cum potuisse his oĩbus abundare ⁊ sine peccato: ꝯria elegit incipiens ab ista sua natiui tate. Uerum cum christus sit ueritas: ⁊ errare nõ possit: dicere oporꝛet: ꝙ tu erras non ista contẽnẽdo: ut ipse fecit: et celestia querendo. O ia terrena

contempſit homo chriſtus: ut contẽnẽda eſſe mõ ſtraret: ait. b. Aug. Amãtur diuitie: ꝛ adeo ut cõ tẽnentur dei ꝓcepta. Pauper eſſe voluit in ſua natiuitate: pãnis paucis ꝛ vilibus mater iuoluit. Appetunt honores ꝛ gloria: i loco vili naſcit oĩb' ocultus delectationes corꝓris auidiſſime ꝓcurantur: ẽt inhoneſtiſſime. ieſus aũt virgo puriſſimus delectatur in lapide duro. ſ. ꝓeſepis dũ vult ſuciũ rere mundo: ait. b. Aug. Etſi honorẽ et gloriam non querens: recepit a magis: paulo poſt maximã ꝓſecutionẽ ab herode ſuſtinuit: ita ut nocte oportet matrem virginem cum paruulo fugere: et ꝓ ſeptẽnium egypti exilium pati ne occideret. Surge g̃ hieruſalẽ o anima: ꝛ ad iſtũ radiuꝫ veritatis. ſ. mundi ꝓcẽptũ ꝓficiſcẽ: ꝛ tunc videbis ꝛ affluesdelitꝫs virtutũ ꝛ gaudꝫs: ꝛ mirabit ꝛ dilatabit cor tuum in dei incarnati amorem: qñ cõuerſa fuerit ad te mꝫtitudo maris reꝫ. ſ. huius ſeculi ad te cognoſcẽdũ ꝛ deum: et mare ſeculi obliuiſcendũ.

Scõa ſtella. ſ. virgi §. II.

nalis ẽ. b. Maria: õ qua longe ante prenunciauit balaam ꝓpheta: dicens. Numeri. xxiiij. Orietur ſtella ex Jacob. i. virgo Maria ex illo patriarcha ꝛ populo iudeoꝝ ab eo originẽ hõti. Et qualis ſit iſta ſtella: ſeu cui ſimilis: declarat eccleſia ad eius veneratiõnem ſepe decantans. Aue Maris ſtella Stella aũt maris vulgariter dr̃ la tramontana: q̃ iõ maris ſtella dr̃: qr̃ dirigit nauigantes per mare aſpicientes ad eaꝫ ꝛ ſine ductu eius õ facili hoies ſubmergerent. Hanc ſtellã non mãlez in celis: ſed virginalẽ in terris uiderunt magi: qñ inuenerunt puerum non ſolũ: ſed cũ Maria matre eius. vnõ gauiſi ſunt gaudio magno: viſo puero gauiſi ſuut ꝛ uiſa matre additũ eſt eis gaudiũ: ut magnũ eẽt. Erat. n. quedã fruitio videre iuuenculam ſpecioſiſſimaꝫ: honeſtiſſimã: ſapientiſſimã: cũ paruulo filio ſuo: ꝛ pie credi poteſt: ꝛſi euangeliſta non dicat verbis mellifluis ſapia plenis illis magis gras egiſſe. Ex hac aũt ſtella radius ad nos diffũdi tur miſericordie ꝛ bonitatis. Bonũ vt dicit Dio. eſt ſui ipſius diffuſiuũ: ꝛ cõicatiuũ. Et qr̃ ipſa ſup oẽs puras creaturas bona: ideo bonitatẽ ſue miſericordie ꝛ beneficiorũ ad nos effundit. Vñ ꝛ aurũ ſibi oblatũ a magis non modicuꝫ ꝓut dicebat eorũ regiam maieſtatem: non ſibi reſeruauit i poſterũ: ſed ut dicit deuotus. b. Bernardus pauperibus per Joſeph diſpſit. Ad hãc igit̃ ſtellã oportet aſpicere: ꝛ effectum bonitatis eius ꝛ miſericordie humiliter implorare. Vñ Fulbertus in ſermone. Oportet oẽs xp̃icoles per mare huius ſeculi nauigantes attendere ad ſtellam maris. ſ. Mariam: hoc ſi quis egerit nõ iactabitur vane glorie vento nec tribulationũ ſcopolis allidetur: nec ſillea voluptatũ vorago abſorbebitur: ſed ad portũ ſalutis tutus perueniet. Ipſa eni humillima: ipſa patiens: ipſa virgo puriſſima: ut imitemur eius veſtigia: et percipiamus eius miſericordie ſuffragia. Dicitur eni. Eccli. xxiiij. Quaſi oliua ſpecioſa in campis. Fructus oliue oleum eſt miſericordiaꝫ ſignificans. Ad hunc g̃ fructũ bonũ colligenduꝫ ex ea oẽs accedere pñt. Et ideo in campis dr̃ loco oĩbus patenti. b. Bernar. in ſermone. Quis miſericordie tue o bñdicta: lõgitudinẽ: latitudinẽ: ſublimitatẽ ꝛ ꝓfundũ queat iueſtigare. Nã lõgitudo eius vſqꝫ in nouiſſimum diem vocantibus eaꝫ ſubuenit vniuerſis. Latitudo eius replet orbem terrarum vt tua miſericordia plena ſit oĩs terra. Sic ꝛ ſublimitas eius ciuitatis ſuperne inuenit reſtaurationem: ꝛ profundũ eius ſedentibus in tenebris: ꝛ vmbra mortis obtinuit redemptionẽ. Per te celũ repletum eſt. Infernus euacuatus: inſtaurate ruine ſuperne hieruſalẽ expectantibus miſeris uita ꝓdita data. Quis iuſtus uel peccator ad hanc ſtellã aſpexit deuote iuocans: ad quẽ oculos ſuos miſericordes nõ ꝓuerterit. Ipſa leoni pape manũ reſtituit quam ſibi abſciderat: eo q̃ cõtonez ꝑpõ miniſtrans: et inter alios mulieri cuidam cuiꝫ manum oſculata de more fuiſſet ſtimulum carnis vehementẽ perſenſit: ꝓpter qõ ex zelo ſeuerus in ſe vltor extitit. Ipſa quẽdam militẽ de faucibus diaboli extraxit: ꝛ uxorem a periculo liberauit. Naꝫ cum talis ex diuite pauper effectus ꝓpter ſuam ꝓdigalitatez diabolo ſe tradidiſſet: ſi ei diuitias cõferet: ac ẽt uxorem ſuaꝫ virgini deuotiſſimã: hoc diabolo poſtulanti ad certũ locũ deſertũ determinatum ducere promiſiſſet: docuit diabolus locuꝫ in domo eiuſdem: quo effoſſo theſauꝝ inueniret: qõ ꝛ factũ eſt. Tẽpore igitur ſtatuto miles ille uolens adiplere ꝓmiſſum: uxorem ſecum duxit cũ ſter ſub ſpecie alicuius pietatis. In via autẽ iueniẽtibus quandam eccleſiam cũ vxor cepiſſet timere: rogauit vir̃ ut ſineret equum deſcendens intrans i eccleſiã: vel aliquã breuẽ orationẽ facere. Quod cum obtinuiſſet ingreſſa in oratione ipſa obdormiuit. Et beata Maria eius effigiem ſumẽs: egreſſa eſt ad militem illum foris expectantẽ: que equũ aſcendens cum eo eſtimantem vxorem ſuam eſſe proſecutus eſt iter: ꝛ ad locum veniens deſtinatũ: vocauit apte diabolum. At ille ſubito apparens uiſa uirgine totus: furibundus ꝛ fremens: militẽ cepit eum contumelijs aggredi: q̃ fallax eſſet et ꝓditor: quia nõ uxorem duxiſſet: ſed maximam inimicam: ſcilicet domini matrez. Ad quod ille quaſi ſtupidus factus obmutuit. beata autez Maria eum terribiliter increpans q̃ ſibi deuotis nocere tẽptaret: in abyſſũ abire precepit: illumq̃ militez vt de ſuo exceſſu peniteret admonuit: ꝛ ad illam eccleſiã in quaꝫ ĩtrauerit vxor ad orandũ redieꝫ: ibi eã inueniret. Quo facto reuerſi domum ſanctam duxerunt vitam.

Tertia stella ẽ fi .§.III.
des de qua potest exponi illud eccl'i.xliij. Species celi.i. viri celestis: est gloria stellaruz idest claritas virtutum psal. Quis scilicet deus numerat multitudinẽ stellarum idest virtutum: et eis omnibus nomina vocat. Inter quas prima dicitur fides: hanc videntes magi in corde suo: gauisi sunt non solum gaudio magno: sed ⁊ valde. Nam nisi fidẽ diuinitatis habuissent ex visione pueri: uel matris eius: parum gauisi fuissent. Sed propter fidez credentes deum esse: ⁊ summum bonum: gauisi sunt valde. Et propter istam veraz fidem procidentes adorauerunt eum. Non enim adoratur nisi de⁹: Deutero.vi. Dominum deum tuum adorabis: ⁊ illi soli seruies. Adorabis cultu interiori recognoscendo eum: vt principium ⁊ finem tui ⁊ omniũ: ⁊ illi soli seruies cultu exteriori: vt domino sũmo eius precepta seruando. Cognouerunt igitur isti per ueram fidem hunc esse deum: ⁊ ꝓpterea adorauerunt. Unde Crisꝰ.i homel'. Uideamus quid gloriosuz magi videntes in puero gauisi sunt. Nũquid uiderunt palaciuz marmoribus splendidũ: nunquid matrem eius diademate coronataz: aut in lecto aureo recumbentem? Nunquid puerum auro inuolutum? Nunquid reginam diuersis populis personantez? Non. Sed quid? Pandochiũ vtiqz tenebrosuz ⁊ sordidum: ⁊ magis animalib⁹ q̃ hominibus aptum. Matrem eius vix tunicaz vnam habentem: non ad ornatum corporis: sed ad tegumentum proficientem: ⁊ qualem habere poterat carpentarij vxor: peregre constituta. Uiderunt ⁊ puerum pannis sordidissimis inuolutum: in presepio sordidiori positum. Si terrenuz ergo regem querentes venissent magis confundẽdi erant q̃ gauisuri. Nunc autem quia celestem q̃rebant: ⁊ si nihil regale videbant in eo solius stelle testimonio contenti erant. Oculi eoruz contemptibilem aspicere non poterant: quia spiritus i corde eorum eum terribilem demonstrabat. Putas ne adorassent infantem: nisi intelligerent adoratõnis honorem nisi aliquod diuinum credidissent i eo. Ergo non pueritie honorez dederũt: sed diuinitati eius omnia intelligẽti. Hec Crisꝰ. Ex hac stella fidei processit radius perfecte pietatis: ꝓut scilicet pietas est dei cultus: vt dicit Job. Quam pietatem ex muneribus ostenderunt. Ex munere auri uenerantes in eo personam regiam. In thure diuinam. In mirra mortalem naturam eius assumptam: vel etiam quasi protestantes eum auctorem totius sapientie: ⁊ si puer esset vt dicit Gratianus: di.xxxvi.s.naturalis: rationalis: ⁊ moral': a quo suam sapientiam habuissent. Unde et magi dicti. Ab his discamus offerre deo integraz fidem nostram: non in parte. Qui eni credit christum non esse deum: sed creaturam: ut arrius: vel iudeus: aut paganus: h̃ nõ offert thus: quod deo offertur: qui non credit eum fuisse verum hominem: sed fantasticum: ut manicheus: nec fuisse mortuum: vt Sarracenus et turchus. hic non offert mirram mortalitatem significantem: qui nõ credit christum etiam: ut hominem non fuisse: et esse dominum ⁊ regez omniũ ⁊ dominlũ habere rerum ⁊ proprietatem: vt fraticelli asserunt falso non offerunt aurum. Qui dicunt deum non h̃re prouidentiam omniũ vt dominũ vniuersorum: ⁊ sapientissimũ: non offerunt aurum. Qui non habent amaritudinem penitentie peccatoruz suoꝝ: nec mortificant passiones suas: sed eas secuntur. hi non offerunt aurum. Qui non habent amaritudinem penitentie peccatorum suorum: nec mortificant passiones suas: sed eas sequuntur. hi non offerunt mirram. Qui deuotas orationes ⁊ p̃ces ad deum non dirigunt. hi in thure deficiunt: imitandi igitur isti magi sunt: et ad radium pietatis ex fide eorum adoremus christum cum vera fide ⁊ opere dilectõis deuotionis: ⁊ mortificatõis.

In purificatione beate Marie: ⁊ de multiplici lumine. Capitulum.xxxiij.

sus in patriam suam. refert et deuulgat ciuitati sue de illo malefactore et ignominiosa punitione ꝛ sic vbiq; infamis abhominatur. De graui autē crimine calumnioſe accusarūt de blasphemia dei grauissima apud iudeos: quia dei filiuz se dixēat De crimine lese maiestatis maxio apud leges gentiliuz. Unde in titulo super crucem scribi fecit pilatus. Jesus nazarenus rex iudeorū: q. d: hec est causa passionis huius: quia vsurpauit sibi regnū iudeorum faciēdo se regem: et prohibendo tributa dari Lesari: et per hoc quasi rebellare faciente populum. Tiberio imperatori. Et ut omnes possent legere ex quo de omni gente ibi erant. scilicet iudeorum: greco: latino. scribi fecit litteris grecis: hebraicis: et latinis. Considerans igit̄ v̄go mater que stabat iuxta crucem: tantā confusionez tam publicandam per orbez: filij sui ōfamationē non poterat non valde dolere. Sed et de offensa dei in tante solēnitatis tempore in quo magis debebāt deū uenerari pro beneficijs collatis illi populo. Erat enim festuz illud institutum in recognitionez liberationis illius populi de seruitute egypti per sanguinem agni. Ubi ergo debebāt sacerdotes templuz dei ornare: vasa domini mūdare: sacrificia preparare: omnibus dimissis: ad hoc totuz studiū ponūt: vt agnus immaculatus q̄ tollit peccata mūdi occidatur: nō vt sanguine ei⁹ fuso mund⁹ redimatur: sed ne terrena amittam⁹ ne veniāt romani et tollant nostrum locum ꝛ gētez: ne correctorem vitiorum nostroruz habeam⁹: ne eum magis honoratum q̄ nos a populo uideamus. Quod autem dicunt. Non in die festo hoc agamus. non ob reuerentiam facti conueniunt hoc facere ne deus offendatur: sed ne tumultus populi congregati fieret et de manibus eoruz auferatur. Et ideo dicere poterat virgo mater illud treñ. i. Posuit me dominus desolatam tota die merore confectaz: ꝛ infra. Audite obsecro uniuersi populi et videte dolorem meū scilicet si est similis. Quarto ostenditur ex loci vilitate augmētatio doloris eius: quia in loco vilissimo crucifix⁹ est. Nam vt narrant euangeliste. duxerunt euz in golgatha quod est calvarie locus: ꝛ ibi eum crucifixerunt. Qui locus ideo dicebatur calvarie q̄ ibi erant ossa mortuorum et calvarie ꝛ alia cadauera: ꝛ ibi occidebantur vilissimi homines et magni malefactores. Ibi stabat iuxta crucem mater eius: ꝛ videns locuz tam uilem: ac filium eius regem regum et dominū dominantium factum ob probrium hominum: ꝛ abiectio plebis dicere poterat illud treñ. i. Jccirco ego plorans et oculꝰ meus deducēs lachrymas: quia longe factus ē a me consolator. Sed iste locus fuit vltimus terminus passionis. consideremus et alia loca in quib⁹ passus est ꝛ q̄uilia. Et primus quidem fuit in orto: uel prope orꝛum: in quo fecit orationem ne biberet calicem passionis secundum instinctum sensualitatis: non secundum determinationem ratōis. In orto delitiaꝛum. scilicet paradisi fuit furtum perpetratuz a primo adam de fructu arboris inꝺicte: ꝛ prope orꝛuz fuit principiuz et finis passionis: qua a secūdo adam christo solutum est furtū in arbore crucis. Unde in canticis dicitur. Sub arbore mala suscitaui te mortuam in peccatis. Jbi cōrupta ē genitrix tua eua. scilicz per fructū decepta. Ad illum locuz accedens prope orꝛum multitudo magna cū fustibus: gladijs: ꝛ lāternis: ut ad latronē magnuz capiendum duce eoꝛum iuda proditore: cum appropinquasset ei: ostendit dominus iesus et potentiam suam et beniuolentiam. Potentiā quidem q̄ eo dicente. Ego sum quez queritis: subito omnes cecidcrūt in terram retroꝛsū: amissis corporis uiribus: ut paterz omibus: q̄ non coactus patiebatur. Beniuolentiam quia etsi tanta crudelitate ad capiendū uenerant abscissam auriculam Marcho a Petro: quia p̄mus iniecerat manū in magistrū: ei restituit. Eo autem capto ex discipulis eius fugientibus. vnus forte Joānes: ut pie credi potest: ꝛsi euangelium non ponat: uenit in bethaniam. vbi mater iesu erat cuz alijs marijs nuncians cum lachrymis capturā filij. Quo audito pertransiuit doloris gladius animam eius noctem ducens insōnem ꝛ lachrymis plenam. Et quid orare aptius poterat illud. Exaudiat te dominus in die tribulatōis: q̄ protegat te nomen dei iacob. Mittat tibi auxilium de sancto ꝛc̄. Ligatus autem iesus ut a viculis peccatoꝛum solueremur de loco illo ductus fuit ad Annā p̄mū socerū cayphe. ubi a ministro eius crudeliter exalapatus ē. Indeq; ad atriū cayphe principis sacerdotū ductus est: et tota nocte afflictus. Fz illud p̄s. lij. Castigatio mea in maturinis. Mane autem facto matre eius ciuitatem intrante: plurimis deuotis mulieribus associata lachrymis plenas omēs inclinabat ad fletū mulieres occurrētes. Uidensq; filiū iam afflictū sputis: manibus ligatū duci ad pilarū. gladi⁹ pertransiuit aiam eius. Ipsūq; sequens nec loq̄ ualēs ipedita a militib⁹ peruenit ad plateaz domus pillati: vbi iudiciū de eo exercebatur: flagellari filiuz plurimis ꝛ durissimis ictibus audiens: nec flagellis satiatos adhuc clamaꝛ: crucifige crucifige eū: ꝛ non hunc sed Barrabā nobis dimitte O quot de pudicissimis oculis suis lachrymaruz fontes exibāt certe gladius pertransibat animaz eius. Demum sententia iniquissime data: cuz ducerꝛetur ad locum calvarie: sequebatur eū multitudo mulierū plāgentiū et lamentantiū ō morte eius: quarū p̄ma ipa erat. Uidēsq; filiū cū coꝛōa spinea quā capiti ifixerāt milites pilati: faciemq; illam speciosā pre filijs hoīnū sāguine de punctu ris spiarū fluēte cruētatā sputis spinis ōtuz patā-

Crucem sibi impositam in humeris pre lassitudine ferre non valentes dicere poterat. Quis det mihi pro te mori fili mi? O fili mi: lumen non solum oculorum meorum: sed gloria omnium populorum. Ad eos autem qui eum sequebantur & illas puersus: recompensans affectum & consolatus est: dicēs. Filie hierusalem nolite flere super me. Prenūcias eis futurum excidium vt sibi puideant: subdens: Sed super vos oēs flete & super filios vestros &c. Demū in illo vilissimo loco caluarie crucifixerūt eum. Unde stans ibi iuxta crucem dicere poterat Attendite & videte si est dolor sicut dolor meus.

Quinto ex afflictionis generalitate: ostenditur magnitudo afflictionis in Christo patiente. Ad litteram verificatum est in eo illud Isa.j.a planta pedis vsq; ad verticē non est in eo sanitas: & a vertice inchoando: caput illud sanctissimum gazophilatium sapientie dei puncturis acutissimis corone spinee penetrantibus vsq; ad os perforatum fuit

Egredimini filie syon aīe fideles ab alīs mundi cogitationibus: & videte meditando regem Salomonē sapientissimū qui dedit sapiaz Salomoni in diademate spineo in quo coronauit eum mat̄ sua synagoga iudeoz ex qua secundum carnē natus est. O culi pessimi a quibus intuitus Petrus cognoscens peccatum suum: fleuit amare: in deri sum velati sunt. facies eius plena gratiarū deturpata est sputis & sanguine: vt leprosus videretur Isa. liij. Nos vidimus eum quasi leprosum. Unō nec reputauimus eum. Gene eius candide: & rubi cūde alapis percusse sunt. Ecce dedi corpus meum percutientibus: ait ipse per Isa. quiīgesimo. c. Et genas meas vellentibus. Aures ille que melos audiunt angelorum: replete sunt blasphemīs: detractionibus: contumelīs: irrisionibus populorum. Propheta iquit in eius persona: factus in derisum omni populo meo canticū eoz tota die. Et iterū omnes maledicunt mihi. Nares beatissime cius ad cuius odorem reuiuiscunt mortui: vt balsami aromatizantis: fatigantur fetoribus cadauerum caluarie loci. Capilli eius capitis: & barbe delicatissimi violētia tracti aut euulsi sunt. Os eius qō tam sanā: tam sapidissimam: tam vtilissimā: & verissimam doctrinā ptulerat: percussum est: & tanq; ouis ad occisionem ductus non aperuit os suū ad excusandum vel cōminādum aut maledicēdū sed benedicendum & orandum pro inimicis? Collū eius suauissimum colaphis attritum est. Manus eius potentissime ex quarum contactu infirmi plurimi sanati sunt: & leprosi mundati: clauis durissimis cruci affixe sunt. Pedes eius quorum terra scabellus est quinq; discurrentes per ciuitates villas & castra tantum laborauerunt: pro hoim salute in cruce extensi sunt: secundum illud. pal. xxi. Foderunt manus meas & pedes &c. Totum corpus illud dulcissimum quod in cibum illū salutiferum nobis reliquit: flagellis multis et diris cesū: dilaceratum & sanguine cruentatum: secundum illud p̄s. Fui flagellatus tota die. Ossa illa confracta sunt: remanserat sola lingua & cor inter grū. Sed ne & illa sine sua lesione manerent. Lingua eius aceto & felle insiti mortis amaricata est: vt impleretur illud: Dederunt in escam meā fel. & in siti mea potauerunt me aceto: p̄s. Demum eo mortuo non saciatis de cruciatibus viuentis et morte eius: spiritu tradito latus eius lancea apertum est. Unde exierunt sanguis & aqua medicine nostre animarum. Sed & in rebus sibi adherentibus scilicet vestibus iniuriati sunt. Nam diuiserunt sibi vestimenta mea: ait ipse per psal. Et super vestem meam illam scilicet inconsutilem quā fecerat ei mater sua miserunt sortem. Conuersantes quoq; cum eo discipulos eum derelinquere cōpulerunt: capere cupientes adolescentem qui eum sequebatur sindone super nudo indutum nisi fugisset. Stabat ergo iuxta crucem mater eius: et hec videns & scripta & pnuciata recolens dicere poterat illud Treñ. ij. Oculus meus afflictus est: nec tacuit: eo q; non esset requies: donec aspiceret & videret dominus de celis id est non tacuit a fletu: eo q; non esset requies alicui membro filij mei donec aspiceret dominus: scilicet resuscitando ipsum a mortuis. Attendite igitur & videte o vos omnes si est dolor sicut dolor meus. Sexto ñ modica causa doloris sicut fuit in Christo patiente: ita & in matre compatiente: hoc scilicet q; cum latronibus crucifixus est. Sicut enim pati iustum & innocentem cum alīs sanctis & probis viris & in iuste condennari ad mortem: est aliquod refrigerium: ita econtra condennari cum sceleratis ē augmentum pene cum ex hoc videntes iudicent illum celestem. Unde & pro speciali iniuria & crudelitate erga eum: predixit. Isa. liij. c. Et cum sceleratis deputatus est: scilicet ad mortem: quod videns v̄go mater in filio impleri: cum in medio latronum crucifixus est: valde doluit. Hoc etiam Christus horrens secundum sensitiuam orabat per p̄s: dicens. Ne perdas cum impijs deus animam meam id est vitam. Unde & subdit quasi declarans se neq; cum viris sanguinum vitam meam. Erat siquidem crux illo tempore supplicium latronū. Licet nunc propter Christum in ea extensum cum summa veneratione transeat ad frontes imperatorum & omnium Christianorum. Erat mors maxime infamie & acerbissime pene. Unde in lege dictum est. Maledictus omnis qui pendet in ligno maledictione scilicet infamie. Quod intelligētes ipsi maligni iudei: vt refert quidam sapiens hoc pronunciando dixerunt non recte: sed peruerse cogitantes: morte turpissima condennemus. Hoc genus mortis ideo Christus elegit potiusq; aliam mortem: vt doceret & confortaret quenlibet ppi

nullum genus mortis quantuncunq; ignominio sum: quantuncunq; asperum: deum seu mandatum eius: quodcunq; deserendum: vt notat beat⁹ Thomas post Augusti. in. iij. parte cum et ipse rex regu⁹ ⁊ dominus dominantium mortem sustinuit imaturam: quia in flore iuuentutis: violentam quia ab alijs ⁊ beneficiatis acerbissimam q⁹ crucis: vilissimam quia in medio latronum. Humiliauit inquit apostolus semet ipsum Phil. ij. vsq; ad incarnationem inquit glo. vsq; ad humane mortalitatis participationem: vsq; ad diaboli tentationem: vsq; ad populi derisionem: vsq; ad sputa: vincula: flagella: alapas: ⁊ si hoc paru⁹ aliquid de genere mortis addendum est: non cuiuscunq; sed crucis que ceteris ignominiosior est. Et quanto: ait. b. Bernar: minorem se fecit humilitate: tanto se ostendit maiorem bonitate. Et quãto vilior: tanto inde carior. Idem super Cant. O humilem ⁊ sublimem: o altissimum ⁊ nouissimum: o obprobrium hominum: ⁊ gloria angelorum. Nemo sublimior: nemo despectior. Esto vilis q̃n tum nunq̃ Christo vilior eris. Ipse siquidem rex regum ⁊ dominus dominantium fuit vilissimo precio venalis expositus: a vilissimo populo vilissima passus. Vilissimo loco crucifix⁹: crucis supplitio traditus: inter latrones positus: cuz inquissimis ⁊ vilissimis hominib⁹ deputatus: modo vilissimo tractatus. Eteni tanq̃ malefactor bonus dominus capitur: tanq̃ furiosus mansuetus vinculis astringitur. Tãq̃ pestifer saluator accusator tanq̃ fatuus dei sapientia irridetur: tanq̃ homicida vita hominum morti damnatur: tanq̃ leprosus ⁊ imundus mundator criminum extra menia ejcitur: tanq̃ latro crucifigitur: tanq̃ flagitiosissimus confutandus ab omnibus ⁊ intuẽdus nudatur: ⁊ tanq̃ vermis vilis ⁊ vilissimus summus deus conspuitur: abjcitur: ⁊ conculcatur. Hec ille. Et tamen inter tantas iniurias ⁊ vilificationes p crucifixorib⁹ deprecatur: latroni ⁊ si propter scelera crucifixum ad penitentiam conuersum non solum veniam: sed paradisum pollicetur: dicens. Hodie mecuz eris in paradiso. Stabat iuxta crucem mater Jesu: hec meditans: ⁊ doloribus quasi defecta: ait ad crucez vt pie credi potest. Flecte ramos arbor alta: tensa laxa viscera: ⁊ rigor lentescat ille quem dedit natiuitas: vt superni membra regis mit tendas stipite. Ad filium autem. Mihi non loqueris: pro iudeis intercedis: latronem consolaris. Ad quem ille. Ecce filius tuus: exquo ad patrem per mortem vado loco mei Joannem dimitto. Sed ista commutatio adauget dolorẽ: cum filius hominis mihi detur pro filio virginis imo ⁊ dei. Attendite ergo ⁊ videte ⁊ẽ. Septio ostenditur magnitudo doloris sicut i Christo patiente: ita et in matre compaciente: ratione paucitatis fructus seu vtilitatis ipsius passionis: ex parte miserie peruersitatis ⁊ ingratitudinis hominum. Nam cum copiosa fuerit apud deum redẽtio adeo q̃ precium sanguinis eius: ne duz omnes homines erat sufficiens ad redimenduz: sed ⁊ mille mundos si fuisset: ⁊ tamen pauci sunt qui se faciant participes fructus ipsius passionis: propter desidiam: ⁊ ingratitudinem hominum. Sicut autem ex magno lucro quod quis videt se consequi ex suo labore multum consolatur ita econtra cuz maximo labore quez quis tolerat videt consequi modicum fructum vel nullum: multuz contristatur ⁊ dolet. Clamabat Jesus in cruce: Sitio: ⁊ licz ad litteram propter intensum dolorem sitiret corporaliter: maior tamẽ erat sitis spiritualis desiderij saluationis humani generis. Et cum videret ipse ⁊ mater eius pene illum fructum tunc sequi: sed potius ruinam preparari iudeorum: propter perfidiam suam: casum contigisse apostolorum ⁊ in futurum multos perituros christianorum: dicere poterat cum dolore illud Michee. vij. Ue mihi quia factus sum sicut qui colligit racemum in autumno. Nam tunc vindemiata vinea non reperitur nisi aliquis racemus. Ita ⁊ tempore passionis totam pene vineam humani generis vindemiauerat diabolus: vt sibi subditam remansit aliquis ruus racemus: vt latro conuersus. Centurio fidem christi confessus: et aliquis alius quem xp̃c collegit. Multum ergo dolz xp̃c et mater eius de tanta ingratitudine. Unde clamat per beatuz Bernardũ Ad te clamo qui pro te morior. Te exhortor qui in cruce pacio: Uide clauos quibus cõfodior. Uide latus quo apior et cuz sit tantus dolor intus et exterior: plus tamen me cruciat: qõ te ingratum experior: hec ille. Et per beatuz Augu. Cum cẽs inimicus patri meo reconciliaui te per me: et cum longe esses veni vt redimerem te: et inter montes et siluas cum errares quesiui te: inter lapides ⁊ ligna inueni te: ⁊ ne lupor⁹ ferarũq; rabido ore laniareris collegi te: laborauj: sudaui: caput meum spinis opposui Latus meum perforari p misi: tot iniurijs lacessitus sum: vt coniungerem mihi te: et tu diuideris ame: tanta scilicet est ingratitudo tua Et Osee. vj. conquerens dominus: ait. Misericordia vĩa quasi nubes matutina: et quasi ros mane ptransiens. Misericordia vĩa. i. quã vobis feci in redimendo: quasi nebula matutina que scilicet cito pertransit: ita illud a mẽoria vĩa: et quasi ros qui aduenientẽ sole subito ỹsiccatur: ita aduenientẽ calore temptationum et tribulatõnum: subito perijt a vobis memoria passionis et gia per eam recepta. Sed anima deuota dicit illõ Treñ. Memoria memor ero: et tabescet in me anima mea ex conpassione.

De tertio princi .§.III.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA Poznań

pali cum dicitur mater Jesu: mater immaculata mater intacta: mater vnigeniti: dicta mater dei ⁊ plasmatoris omnium: eius qui in celis ẽ sine matre: in terris sine patre: mater vnici filij Jesu ⁊ iõ plus amans ⁊ plus dolens. Mater sola genitrix totius Jesu: ⁊ ideo plus amans q̃ si patrem habuisset: quia plus sua res: ⁊ ide plus dolens. Unde Iere. xxxi. capitulo ait. Femina circundabit virum. Solet homo circundare quod suum est proprium: non quod alienum. In alijs filijs substantia filij non est tota propria matris: sed ⁊ patris. Et ideo nulla mater circundat filium vt virgo Maria. Omnis alia figura pluribꝰ lineis formatur. Circularis vero figura vna linea claudit. Sic beata virgo Maria sola clausit itra viscera sua Christum. Alij filij duabus lineis figurãtur scilicet patre ⁊ matre. Quod circundatur ex nulla parte est apertum: sed vndiq; clausum: sic beata virgo Maria ante partum: in partu: ⁊ post partum: ⁊ ideo circundabit virum scilicet Jesum totum perfectum. Sed dolores partus quos euasit pariendo: sibi reseruati fuerunt in passione filij: vt dicit Joannes Damascenus. Nec vlla vnq̃ pariendo experta est tantum dolorem: sicut ipsa iuxta crucem in compaciendo. Ex ipsa autez maternitate id est generatione Jesu: facti sumus fratres Jesu propter quod non cõfunditur homines vocare fratres: ait apostolus ad hebreos. dicens per p̃s. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et ideo sicut debemus compati fratri nostro Jesu in tanta eius passione pro nobis: ita ⁊ matri nostre de morte fratris nostri ⁊ filij sui. Unde vt dic̃ beatus Augustinus. Cum annuatim Christi passio ab ecclesia recolitur: ita debet nos mouere ad compassionem sicut nunc videmus impleri. Sic ⁊ matri nostre compati que stabat iuxta crucem Ipsum autem vespere depositum sacratissimum corpus per Nicodemum ⁊ Joseph suscipiens in gremio mater: quot flumina lachrymarum: q̃ amarissimos singultus: q̃ alta suspiria: que verba mestitie plena ex ea processerit: quis posset exprimere: cum singula membra perquireret: tam dire cruciata: tam turpiter deluſa oscularetur: et lachrymis irrigaret sociata Maria' magdalena: ⁊ alijs marijs: ⁊ deuotis mulieribus. Cum autem sero factuz esset deuoti homines pie ⁊ deuote corpus illud de brachijs accipientes posuerunt i monumento mente consepulta cum eo: reuiuiscens ergo beati sanguinis: ait dominus latinus ozõ predi. Larõ. quem profudit amator hominis per fida lachrymis. Non est locus ingratitudinis: vbi tozrens tante dulcedinis attingit animas. Jesu bone cur tanta pateris: cum peccati nihil cõmiseris flos innocentie. Ego latro tu cruce morieris. Ego reus tu pena plecteris nostre nequitie. An te fecit sic amor ebrium: vt nec crucem putes obprobrium amoris gratia: sed ve mihi misero: si non recognouero: ve mihi misero si non recompensa uero dignis operibus. Regnum queritis non itra bitis sine crucis claui: portum petitis: non venietis sine crucis naui. Sola enim digna fuit ferre seculi precium: atq; portum preparare nauta mundo naufrago vite eterne: quam ipse concedat: qui est benedictus in secula seculoꝝ Amen.

De aduentu. ss. in virginẽ Mariã cũ apostol. Capitulum quadragesimumsecundum.

J omnes erant perseuerantes in oratione cum Maria matre Jesu. Act. j. Hec dicuntur de his scilicet apostolis post ascensionem Christi: cum congregati in vnuz expectabant spiritumsanctuz promissum a Christo cum ait Jo. xvi. ibi. Mittaz vobis a patre spiritum veritatis. Unde beatus Hieronymus in sermone. Ecce Jesu ascendente cuz quibus virgo vacat in scola virtutum: ⁊ meditatur in lege mandatorum dei: vt ⁊ ipsa sit forma discipline Christi ⁊ exemplum perfectionis. Conuersatur cum testibus resurrectionis ⁊ ipsa testis. Conuersatur cum sẽatoribus celi infra curiam paradisi: sub spiritussancti disciplina: ⁊ magisterio totius diuine maiestatis. Inuenitur prima gloriosa virgo Maria inter primas summi regis cohortes: quorum vita non erat iam de terra. Vinum non habent: dixit beata Maria in nuptijs existens ad filium. Quia nup: iste celebrate inter Christuz ⁊ ecclesiam erãt publicande per apostolos qui ibi erant cum ea. Et vinum illud perfectissime gratie nondum aderat in eis: quia nondum erat spiritussanctus datus in illa copia ideo hoc orans: ait. Vinum non habent. Hoc autem propinato ⁊ hausto: ita inebriati ⁊ feruide locuti sunt. vt vino ebrij ab incredulis dicerentur. Plane ebrij ait beatus Bernardus: sz vino nouo: quod veteres vtres nec mererentur accipere nec continere valerent. Hoc enim vinum vera illa vitis fuderat de excelso vinum letificans non statum mentis euertens: vinum germinans virgines non apostatare facciens etiam sapientes. Nouum vinum sed habitantibus super terram. Nam in celis quidem olim copiosissime redundabat: non in vitreis nec in vasis testeis: sed in cellavinaria in spiritualibus apotecis: fluebat per vicos et plateas omnes ciuitatis illius. Vinum in quo est leticia cordis non carnis luxuria. Sic igitur celuz vino proprio fruebatur: quod terra interim nesciebat. factumq; est grauissimum commercium inter celum et terram: inter angelos et apostolos: vt exhiberetur illis caro christi angelis: istis scilicet apostolis vinum celi. Esset

que interra spiritus:caro in celis:et deinceps omnia comunia in omnibus ineternum. Unde et christus dixit. Nisi abiero peracli.non ve.ad vos hec beatus Bernardus. Quantum potens sit istud vinum ostensum est per figuram in illa q̄.il la que proposita fuit coram Dario rege per tres cubicularios eius scilicet quid sit fortius omnib⁹. E quibus vnus dixit de rege: secundus de vino: tertius perfectius de muliere:quartus de veritate Omnia hec vtiq; potentia sunt. Et ad litteram vtiq; reges potentes sunt ad multa facienda: sed vinuz spirituale gratie scilicet potentius est adeo q̄ ipsos reges ꝛ tyrannos deuicerit:qui nō valuerunt martyribus illam gratiam per tormenta auferre:immo demum ꝛ ipsos debriautt ꝛ vicit:vinum ipsius gratie conuersos ad fidem. Fortior tamen mulier quodammodo scilicet virgo Maria in quantum scilicet ipsa procurauit congregatis apostolis ꝛ alijs in quibus tunc erant nuptie ecclesie:vinum ipsius gratie quod intendit: duz ait. Uinum non habent scilicet in illa plenitudine et perfectiōe que necessaria erat ecclesie. Fortissima omnium veritas Christus:que potuit mittere et misit quod promisit vinum ipsum spirituale: dicens. Mittam vobis a patre spiritum veritatis.

Sciendum aūtem. §.I.

secundum Thomam super Jo.q̄ ante incarnationem Christi triplex vinum defluebat:seu vinū gratie quod habet triplicem effectum. Est primo mordicatiū:in quo signatur iusticia. Est secundo letificatiū:in quo notatur sapientia. Est tertio inebriatiū:in quo insinuatur charitatis beniuolētia

Primo vinum est mordicatiū seu pungitiuū. Unde samaritanus ad sanandum in vulneribus sauciati:immisit vinum ꝛ oleum:vinuz vt absterget saniem vulnerum:oleum vt liniret. Sic i penitentia ꝛ in regendo oportet in corrigendis excessibus immiscere seueritatem punitionis cum lenitate misericordie:vnde beatus Augustinus super ps. Duo ista nomina nō frustra dicuntur: homo ꝛ peccator. Nam quia peccator est:corrige quia homo est:miserere. Neq; enim liberabis hominē si non correxeris peccatorem ꝛc. xxiij. q. iij. duo sunt. Et Greg⁹. li.mo. Miscenda est lenitas cuz seueritate:faciendum est quoddam ex vtroq; tēperamentum:vt neq; nimia seueritate exulcerentur subditi:neq; nimia lenitate soluantur. di. xlv. disciplina quod ubi diffuse prosequitur:sic ꝛ in penitentia que ad iusticiam pertinet:si vera est: vinuz habetur compunctionis:secundum illud. Potasti nos vino conpunctionis: ꝛ oleum lenitiuum spei remissionis Job. Si occiderit me scilicet quo ad peccata:sperabo in eum. Hoc autem vinuz designabatur in veteri lege in qua iusti:imperfecta erat Unde ꝛ Christus dixit. Nisi habundauerit iusticia vestra plusq̄ scribarum ꝛ phariseoꝝ nō intrabitis in regnum celorum. Sed in noua lege perfecta iusticia finis legis Christus ad iusticiam omni credenti:ait apostolus:ꝛ alio loco. Justificat gratis gratia ipsius scilicet Christi: sine iusticia enim vera non potest esse homini salus. Unde Mat. xxv. Justi in vitam eternam. Sed sine gratia ꝛ fide non potest esse vera iusticia:vnde quia spiritus sanctus dabatur apostolis ad perfectam iusticiā. Ideo apparuit in die penē. super apostolos in specie ignis:qui vrit ꝛ purgat scoriam metallorum. Quod postea per effectum ostenderunt:zelantes pro fide ꝛ corrigentes iniquos. Unde Petr⁹ Ananiam ꝛ Saphiram verbo occidit increpatorio: quia ei mendaciuz dixerunt. Etsi nomen magnū propter simoniam perditioni adiudicauit. Paulus corinthum incestuosum excōmunicans:tradidit sathane. ꝛ visum ad tempus subtraxit. Unuz ergo iusticie beata Maria a filio procurat prelatis:dicens:vinum non habent. Pauci enim sunt prelati ꝛ rectores seculi:qui puniant scelera vt iusticia dictat: diuersis de causis siue timore siue amore:pauci sunt peccatores qui habeant vinuz vere compunctionis de malis suis perpetratis.

Secundo vinum est letificatiuum:ps. Unuz letificat cor hominis. Et secundum hoc sapientia dicitur vinuz: cuius sapientie meditatio maxime letificat cor hominis:secunduz illud Sapiē. Nō habet amaritudinem conuersatio illius: nec tedium conuictus illius:sed gaudium. Sapiē. viij. Hoc sapientie vino vacuus erat mundus. Nam si aliquid sapientie videbatur esse in libris philosophorum ꝛ poetarum:non vera sapientia erat: sed apparens propter eloquentiam ꝛ mundi gloriam que secum trahebat:a quo abstinenduz docet Salomon in prouer. dicens. Noli respicere vinum cum flauescit in vitro id est sapientiam cum apparet ex claritate eloquētie pulcra: nouissime enim mordebit vt coluber ꝛ sicut regulus venena diffundet. Sed vt dicit idem Lant.j. Meliora sūt vbera eius scilicet sponse:que vera eius duo sunt testamenta vino. Omnis ratio superne scientie ꝛ terrene creature in eo est:qui est caput eorum ꝛ auctor:quem qui nouit nihil vltra querat: quia hic est perfecta dei virtus ꝛ sapientia: quicquid alibi queritur:hic perfecte inuenitur ꝛc. Deficiebat etiam ista sapientia ante Christi aduentum: quia occultata erat ꝛ figuralis. Omnia enim vt ait apostolus:primo Corin. x. In figuram contingebant illis. Unde Moises loquens ꝛ legem illaz populo docens:ponebat velamen ante faciē suaz sed Christo passo velum templi scissum est:ꝛ spiritusancto de celo misso illa mysteria apostolis et per eos toti ecclesie declarata. Unde ꝛ in linguis igneis missus est. Ignis habet illuminare ꝛ ligua

abscondita cordis declarare: & immediate pisca tores illi prius idiote loquebantur magnalia dei. Istud vinum sapientie virgo procurat predicato ribus: & ideo ipsi inuocant eam. Exemplum in Noe qui prius plantauit vineam et bibens vi num inebriatus est. Tertio vinum inebriat Can tico. v. Bibite amici & inebriamini. Ibidem. Bi bi vinum cum lacte meo. Ebrietas obliuiosum facit: sic vinum charitatis inebrians hominem: obliuionem facit omnium terrenorum: audacem facit & securum nil timens: vt dicitur. ij. Esdre oc tauo. Defitiebat vinum istud plenitudinis cha ritatis: quia acceperant illi spiritum seruitutis: in timore. Conuertit autem aquā timoris Chri stus in vinum amoris & beniuolentie: quādo cha ritas diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis: ad Romanos. v. Etiam ipsi Christi discipuli antea timidi erant vt ad vocem ancille princeps eorum Petrus Chri stum negaret. Et post resurrectionem in cenacu lo clausi manerent propter timorem iudeorum. Sed hausto vino spiritussancti: ita audaces: secu ri: intrepidi: & feruentes sunt effecti: vt coram prin cipibus sacerdotum & regibus mundi: feruenter Christi doctrinam eis exosam predicarent. Nec prohibiti ab eis: nec ceci poterant reticere: omni umq; terrenorum obliti: in communi omnes vi uebant. Et ideo i linguis igneis missus ē: qui ignis habet calefacere: vt legem igneam corda ignea linguis igneis populis predicarent. Deficiente ergo vino illo spirituali beata Maria congrega ta cum apostolis in cenaculo mente dicit. Vinuz non habent viri isti nuptiarum. Unde orans cuz illis: inquit. Emitte spiritum tuum et creabun tur scilicet in esse spirituali perfecto. et renoua bis faciem terre.

Tria in magno hū. §. II

ius mundi opere cogitare debemus cum creatus sit videlicet. Quid sit: quomodo sit: & ad quid sit constitutus beatus Bernardus. Et in esse quidez rerum inestimabilis potentia commendatur: q̄ tam multa: tam magna: tam multipliciter: tam magnifice sunt creata. Sane in modo ipsa sapiē tia singularis elucet: q̄ hec quidem sursum: hec vero deorsum: hec in medio ordinatissime sunt locata. Si vero ad quid factus sit: mediteris: oc curritā vtilis benignitas: tam benigna vtilitas: quem & ingratissimos quosq; multitudine & ma gnitudine beneficiorum possit obruere. Potentis sime siquidez ex nihilo omnia: sapientissime pul cra: benignissime vtilia creata sunt. Uerumtamē & si fuisse nouimus ab initio: & adhuc multos esse in filijs hominum: que in bonis inferioribus sen sibilibus mundi huius: tota sensualitate depressi totos se dederunt his que facta sūt: quonammo do: vel ad quid facta sunt negligentes. Quid istos nisi carnales dicamus. Non permanebit spiritus meus in homine in eternum: quia caro est: ait do minus Genes. vi. Paucissimos esse iam arbitror: legimus tamen nonnullos quandoq; fuisse: qui bus summum studiuz fuit atq; vnica solicitudo: modum & ordinem vestigare factorum: adeo vt pleriq; non modo vtilitatem rerum perquirere dissimulauerit: sed & ipsas magnanimiter spreue rint: cibo prauissimo: vilissimoq; contenti. Ipsi siquidem philosophos sese vocant: sed curiosi no bis & vani rectius appellantur: vtrisq; igitur suc censerunt viri prudentiores: vtrisq; qui nimiuzm & que facta sunt: & quomodo facta sunt: transilie tes: intenderunt aciem mentis vt ad quid facta sunt viderent. Nec latuit eos quoniam omnia propter semet ipsum fecit deus: omnia propter su os. Aliter tamen propter se: aliter propter suos. Omnia fecit ꝓpter semetipm gratuita vz bōitate Omnia propter electos suos: pro eorum scilicet vtilitate. Di sunt spirituales viri hoc mundo vtē tes tanq̄ non vtantur: in simplicitate cordis que rentes eum. Primi voluntate: vel voluptate: se cundi vanitate: tertij veritate impleti. Hec beatus Bernardus. Pro his orat. Emitte spiritum tuuz & creabuntur. Creantur autem homines in esse spirituali per fidem spem & charitatem: propter hoc orat p̄s: dicens. Cor mundum crea in me de us: & spiritum rectum innoua in visceribus meis id est per spiritum fidei in qua est rectitudo iusti cie: quia iustus ex fide viuit. Spiritumsanctum ne auferas a me: sanctum scilicet spei que firmat hominem per sapientiam & gustum supernorum Redde mihi letitiaz salutaris tui & spiritu princi pali confirma me scilicet charitatis: que principa lis est virtus ita exponit Isidorus libro ethymo logiarum. Et quia beata Maria dicitur mater pulchre dilectiōis: timoris: & agnitionis: & sancte spei Ecclesiastici. xxiij. Et pulchra dilectio spec tet ad feruorem charitatis. Timor autem effe ctus sit fidei secundum Thomam in sum. Agni tio autem pertineat ad ipsam fidez: & sancta spes.

Et ideo merito intelligens & dicens vinum non habent. Et propterea emitte spiritum tuum &c.

De assumptione beate Marie: & q̄ opti mum est pre omnibus diligere deum.

Capitulum quadragesimumtertium.

Optimam partē elegit sibi Maria Luce decimo: ps.lxxij. Quid mihi est in celo aut a te quid volui super terram Defecit caro mea ⁊ cor meuz: deus cordis mei. Et pars mea deus in eternuz. Consiederauit priius homines diuersas partes eligere: ex his que ante eos proponuntur. Dicit enim sapiens Ecclesiastici.xv. Deus ab initio constituit hominem et dimisit eum in manu consilij sui id est in libertate ⁊ potestate arbitrij sui. Posuit ante eum malum ⁊ bonum: vitam ⁊ mortem. Ad quodcunqz voluerit: extendet manum suam. Habet enim quisqz inclinationem ex sensualitate ad malum concupiscentie: ⁊ ex ratione inclinationē ad bonum virtutum. Mors anime ex peccato: ⁊ vita gratie ex bonis operibus posita sunt ante eum: ⁊ secundum quod placet sibi voluntarie eligit bonam vel malam partem. Quilibet igitur electus cum ps: considerat istas partes mundi qd debeat eligere: ⁊ videns q nil ex creaturis mundi potest animum quietare: sed solus deus: quia vt ait beatus Augustinus in libro confes. Inquietuz est cor nostrum donec requiescat in te: ipsum vt optimam partem elegit: dicit ergo. Quid mihi ē in celo scilicet in quo quiescam appetendo ⁊ habendo. Multa sunt in eo magnifica. Ibi est sol cum sua claritate letifica: ibi luna ⁊ stelle cum sua pulchritudine. Ibi virtutes celorum que influunt in ista inferiora: mirabilia producentes. In celo quoqz empirreo est natura angelica cū multis sanctis maximarum virtutum nunc: etsi non tempore Dauid. In angelis magna potentia: magna sapientia: magna innocentia. In sanctis multe virtutes ⁊ perfectiones. Sed certe nil horum reperis replere animum meum: quia non sunt: etsi bona: non tamen optima ⁊ infinita quod appetit animus ut quiescat. Quid volui o deus a te: de his que sunt super terram? ibi multa bona ibi diuitie: ibi aurum ⁊ argentum: ibi dulcissimi fructus terre: frumenti: vini: ⁊ olei: pomorum cōfectionum ⁊ huiusmodi. Ibi palacia et possessiones magne. Ibi animalia varia. Aues in aere: pisces in mari ⁊ fluminibus ibi honores ⁊ potentie seu dominia lata regum ⁊ principum: ibi vestiuz ornatus varius: ibi pulchritudo hominum sapiētia quoqz eloquentia cum scientijs ⁊ artibus multis. Que omnia vtiqz bona: quia a deo facta sunt Sed quia omnia ista finita sunt: nec animū meū qui infinituſ est potentia implere aut quietare possunt quia non sunt optimum. Ideo defecit caro mea pars sensitiua: quo ad appetituz eorum que sunt super terram: ⁊ nil horum volui pro fine vltimo. Et cor meum id est mens mea pars intellectiua seu violentiua ab effectu finali eorum q̄ sunt in celo: quia satiabor cum apparuerit gloria ⁊c̄. Et deus cordis mei: qui scilicet est actor ⁊ possessor cordis mei: est pars quem ex omnibus eligo: deus dico qui est in eternum. Uel sic non solum nunc: sed eligam in eternum id est semper hanc p tem quia optima est. Hanc semper elegit beata Maria super omnes alios. Et ideo congrue dicit Optimam partem elegit sibi Maria. Sz mirum potest videri aliquibus: quomodo in precipua ista solennitate virginis non legatur euangelium aliquod pertinens ad virginem Mariam sed ad Martham ⁊ Mariam magdalenam. Ad quod tamen respondetur: q quantuz ad sensum litteralez verum est q non pertinet ad beatam v̄ginem Mariam: sed quantū ad sensum spiritualem ⁊ allegoricum: congruentissime pertinet totū ad beatam virginem plus q̄ alteri. Notandū igitur q triplex est vita spiritualis.

Uita actiua gratia informata

Uita contemplatiua deo associata.

Uita fruitiua in gloria firmata.

Uitam naturalem dico que est cōmunis bonis et malis: ⁊ bene ⁊ male vti potest. Uitam voluptuosam non nomino: quia bestialis est non humana id est secundum rationem. Sed de vita rationali virtuosa loquimur. Et prima est bona: secunda melior: tertia optima iter partes vite spiritualis. Et hanc sibi hodie elegit Maria. Quāuis enim in vita actiua ⁊ contemplatiua sunt gradus et in qualibet eligit sibi partem optimam.

Quantum ad primū. §. I

scilicet de vita actiua: que secundum beatuz Gregorium ⁊ Augustinuz figuratur per Martham tria dicuntur de Martha opera pertinentia ad actiuam: que inueniunt peroptime in beata Maria virgine. Primū est q Martha excepit eū in domum suam. Secūdū est q satagebat circa frequens ministerium. Tertium q solicita erat ⁊ turbabatur circa plurima. Primuz igitur opus significat conceptionem Christi factam in vtero virginali. Quod ergo dicitur in euāgelio: quia intrauit Jesus in quoddam castellum: significat ingressum filij dei in hunc mundum. Dicitur autem mundus castellum quia habet conditiones castelli rebellis. Primo quia fundamentum eius positum est instar castri in alto monte superbie ⁊ pompe. Et ab ipsa superbia: vt dicit Tobie quarto: sumpsit initium omnis perditio. Secundo est munitum lapidibus duris qui frangi non possunt. Auaritie: vsure: fraudulentie: symonie: quia ita duri sunt tales defectus vt frangi non possint per malleum verbi dei. Quis est

enim qui velit restituere vsuras: rapinas: ⁊ benefi
cia symoniaca relinquere quasi nullus. Tertio qꝛ
habet fosatum plenum aquis immũdis ⁊ fetidis
luxurie: cum ranis clamantibus ⁊ persuadentib⁹
in eis permanere. Quarto quia est clausum nõ
recipiens dilectionem proximi per inuidiam.
Quinto quia habet prouisionem diuersaruꝫ esca
rum per gulam. Sexto quia habet arma diuer
sorum generum per iram: vt blasphemiam: con
tumeliam: maledictionem. Septimo est quietus
⁊ securus per accidiam. Et quia istud castrum
erat mundi inobediens ⁊ rebellis deo patri. Ideo
ipse misit filium suum ad ipsum subiugandum:
quasi diceret deus pater. Mi fili ite in castellum
quod contra vos est. Hoc autem castrum intra
uit mundi in die incarnationis. Et mulier quedã
Martha nomine excepit eum in domum suam.
Martha autez interpretatur domina seu prouo
cans. Hec est enim beata Maria que per suam
maximam humilitatem prouocauit dei filiuꝫ ve
nire in domum vteri virginalis. Et ipsa domina
aptissime dicitur: que super omnes alias domina
ta est sue sensualitati ⁊ corpori. Nec aliqua crea
tura alia digna fuit recipere deum in vteri sui do
muꝫ: nisi beata Maria. Unde canit ecclesia. Do
mus pudici pectoris: templum repente fit dei: in
tacta nesciens virum: verbo concepit filium. Nũ
quam fuit factuꝫ tam excellens opus actiue sicut
fecit virgo in ipsa conceptione filij sui de corpore
suo. Secundum opus actiue quod euangeliũ
notat de Martha est: quia Martha satagebat
circa frequens ministerium. Hoc op⁹ fecit beata
Maria in Christi conuersatione: ⁊ primo in eius
natiuitate. Non credatis ꝙ ibi fuerint obstetri
ces: Dicit enim beatus Hieronymus. Nulla ibi
obstetrix: nullius muliercule sedulitas intercessit:
ipsa beata virgo de terra eum leuauit: ipsa nudũ
natum pannis inuoluit: ipsa famescentem lacte ci
bauit ⁊ potauit: ipsa vestiebat ⁊ denudabat: ⁊ in
firmum etate brachijs suis portabat. O q̃ frequẽ
ter vt filium suum osculabatur: vt deuꝫ amplexã
do venerabatur. Ipsa enim fecit tunicam incon
sutilem: ipsa vsqꝫ ad passionem sequebatur eum
cum alijs ministrans ei vt pia mater. Ecce quo
modo Martha id est domina mundi Maria sa
tagebat circa frequens ministerium. Unde in ho
dierna epistola habetur Ecclesiastici. xxiiij. dicit.
In habitatione sancta coraꝫ ipso ministraui. Cle
rici vel religiosi qui seruant ceremonias ⁊ ordina
tiones sue religionis ⁊ ecclesiarum ⁊ bene officiũ
dicunt in ecclesia in bona nota: ⁊ bene predicant
si hoc faciant vt honorificentur ab hominibus ñ
ministrant coram deo: quia non vt placeant deo
hoc faciunt: sed coram mundo. Laici qui faciunt
ieiunia et elemosynas vel capellas: ecclesias: ⁊ ho
spitalia vt laudentur ab hominibus nõ ministrãt
coram deo: sed coram hominibus: ⁊ ideo recepe
runt mercedem suam de operibus vite actiue sue

Tertium opus quod dicitur de Martha est:
quia Martha Martha solicita es: ait dominus:
⁊ turbaris erga plurima. Hoc fecit beata virgo
domina nostra in passione filij: tunc enim turba
ta est secundum sensitiuam: ⁊ solicita est circa plu
rima. Naꝫ cum Joannes euangelista venit ad nũ
ciandum ei ꝙ filius erat captus: non remansit pe
ne in ea spiritus pre dolore. Et ad se reuersa soli
citabatur quomodo posset ipsũ videre ante mor
tem. Cunꝫ pergens de bethania in Jerusalem
mane: obuiaret filio qui ducebatur ad pilatũ: cer
nens faciem suam sputis illitaꝫ: alapis tumefactã
ligatis post tergum manibus more latronis duci:
vix valens formare sermonem lachrymis plena:
dicebat. Heu fili: ego expectabam vos isto mane
ad prandium: sed video ꝙ oportet nos simul prã
dere in mensa doloris. Quando vero ductus est
ad caluarie locum baiulans sibi crucem: dicebat
vt pie imaginari potest: etsi euangelio scripta nõ
sit. Heu me fili. An te sic fecit amor humani gene
ris ebrium: vt nec crucem putes opprobriũ amo
ris gratia: vtinam daretur mihi ista crux ad por
tandum sicut te portaui in vtero meo. Quando
autem in cruce clamauit: sitio multum solicitaba
tur vt posset ei vel aquam ad bibendum tradere
Bis autem dicit Martha Martha: quia afflige
batur in vtroqꝫ scilicet corpore ⁊ mente secundũ
sensitiuam. Turbabatur dolore erga plurima: qꝛ
videbat apostolos fidem perdidisse de Christi di
uinitate. Sicut turbaretur quilibet perfect⁹ Chri
stianus: cum videret omnes Christianos fidem re
linquere. Turbabatur de iudeis de quorum pro
genie erat ꝙ filium suum crucifigerent vnde re
probarentur. Turbabatur de latrone malo ⁊ iu
deis qui Christum blasphemabant. Turbata est
in appertione lateris cum exiuit sanguis et aqua.
Unde dicere poterat illud psalmiste. Turbata
sunt omnia ossa mea idest apostoli qui dicuntur
ossa: quia sustentabant. corpus ecclesie.: sua. era
nt: quia in ipsa erat tunc ecclesia. Et anima mea
turbata est valde. Sic et rectores et domini ciui
tatum quando vident quod populi non recte in
cedunt in his que sunt fidei: vt quando recurrunt
ad diuinos: quando peiorant quotidie: non cele
brant festa: et corrigere dñt omnia peccata noto
ria et non faciunt: dicere potest ecclesia et timen
tes deum. Turbata sunt omnia ossa mea ex do
lore et cõpassione. Sic igitur in vita actia beata
maria elegit optimam partem inter gradus oper
am eius.

Qtũm ad opera §. II.

vite contemplatiue tria etiam notantur. Et pmū est quod dicitur. Maria autem sedens secus pedes domini audiebat verbum illius. Hoc opus vite contemplatiue tenetis modo vos attente audiendo sermonem meum ⁊ deuote meditando. Hoc opus fecit beata virgo pluſq̄ omnis creatura. Nam Magdalena audiebat verbum domini in paucis sermonibus respectiue. Sed beata Maria non solum in publici: quando cepit predicare sed etiam in priuato quando puer erat audiebat ab eo secreta alterius vite ad sui consolationem. Sciens enim beata mater q̄ tantam scientiam tē puer habebat quantam nunc habet in celis: veri simile est q̄ interrogabat euz aliquando de secretis celestibus. Unde vt pie imaginari potest: ponebat beata mater dulcissimum filium suum ad sedendum ⁊ ipsa se ponebat ad pedes eius: dicens. O dilecte fili mi: rogo vos dicite mihi ordinationem angelorum: quomodo stant in celis: quoniā Moises ⁊ alij prophete de his nil dicunt: et de sāctis animabus vbi collocabuntur. Et quis bonus filius qui iterrogatus a matre de re bona non responderet ei ad consolandum eam: Respondens ergo filius ad interrogata: aiebat se cum patre et spiritusancto ab initio mūdi creasse celuz empireum ⁊ ipsum repletum angelis: quos distinxerat in nouem ordinibus: scilicet angelis: archangelis: principatibus: potestatibus: virtutibus: dominationibus: thronis: cherubī: ⁊ seraphi. ⁊ in istis ordinibus angelorum: collocabuntur anime beate simul cum angelis sanctis. Et in primo ordine erūt qui penitentiam faciunt. Unde quando Christus cepit predicare primum thema fuit. Penitentiaz agite appropinquabit enim regnum celorum ⁊ vt cum angelis sitis. Secundus ordo mater mea est multo pulchrior ⁊ perfectior. ſ. archangelorum de quo ordine fuit ille Gabriel: qui vobis annunciauit conceptionem meam. Et beata virgo. O fili mi ⁊ quis stabit in tam pulchro ordine. Pulcherrimus enim fuit ille qui mihi conceptum tuum nunciauit. Et Christus ad eam. Illi ibi collocabūtur qui vltra penitentiam actualem deuotionem habebunt: que plus est q̄ penitētia. Tertius ordo scilicet principatuū adhuc maior ⁊ perfectior est: de quorum numero est ille Michael ductor populi israel per desertum: qui ⁊ consurget ⁊ stabit pro populo Christianorum in fine mundi ad iuuādum ecclesiam. Ad quem ordinem ascendent misericordes i operibus corporalibus ⁊ spiritualibꝫ. Et virgo beata. Beati ergo vere misericordes. In quarto ordine scilicet potestatum erunt patientes: qui multa aduersa equanimiter tolerauerūt pro Christo: etiaz ad mortem vsq̄ certando pro iusticia. In quinto ordine scilicet virtutum erunt pacifici qui cum omnibus quantum in eis fuit pacē habentes: ⁊ nulli malum pro malo reddentes: q̄ sierunt etiam inter alios pacem ponere. In sexto scilicet dominationum: erunt prelati ⁊ domini gubernatores ecclesie ⁊ seculi: qui per portam intrarunt ad dignitatem: nō per simoniam vel ambitionem: ⁊ bene gubernarunt subditos suos: cuz rigore iusticie puniendo malos: ⁊ dulcore misericordie adiuuando oppressos: ⁊ equitate exaltando bonos: nō expoliado subditos: sed miseros ele mosynis sublcuando. Ad septimū ordinem thronorum ascendunt: qui seculum deserētes perfecte paupertatem amplectentes voluntariam cum Christo mundum iudicabunt: vt throni in eis requiescendo. In octauo erunt sapientes vera sapientia: qui illuminati fide ⁊ doctrina catholica: alios docuerunt ea que sunt fidei: ⁊ illa quibus possent homines regnum celorum ingredi. Cherubi enim isti qui interpretantur plenitudo scientie cum scientia habentes perfecta operum exempla. In vltimo ordine scilicet seraphi qui incendentes interpretantur: erunt perfecti in ardenti charitate super ōnes alios: sicut apostoli ⁊ alij similes. Et virgo mater ad eum. O fili dilectissime: ego in quo ordine horum ero? Et filius ad eam. O mater mea. Vos non eritis in aliquo horum ordinum: sed super omnes ordines eritis collocata. Due enim cathedre sunt nobis preparate i celis. Una mihi: altera vobis: super omnes choros angelorum sedet rex: ⁊ tu mater mea in alia. Juxta illud quod figurate habetur de Salomone et matre eius cum accessit ad eum quia assurexit ei filius honorabiliter: et fecit preperari sibi sedē iuxta sedem eius. ij. re. ij. Unde cantat hodie ecclesia. Exaltata es sancta dei genitrix super choros angelorum. Altera die interrogabat mater filium de locis ⁊ penis inferni: et christus edocebat: et ad que loca varia eius pergunt dicitur si propt varia genera peccatorum: et sic de alijs. Quādo autez christus cepit publice predicare: sequebatur eum sedens secus pedes domini ad audiendō. Et ideo Beda super illo verbo. Beati qui audiunt verbum dei cē. dic beatam esse matrem saluatoris dixit qui verbum dei audiuit ⁊ plusquam omnes mortales custodiuit. Secundum opus vite cō templatiue ostendit euangelium in eo quod martha dixit. Sozor mea reliquit me solaz mistrare. Hoc opꝰ fecit Maria ꝓcipue post Christi ascēsiōē. Licz. n. gauisa fuisset de honore filij cū ascēdit i celū: qz ascederat regnare ⁊ aduocare ꝑ pciorib' apud patrē v apire portas paradisi: tñ de sua absentia tristabat. Licz. n. spūalis sume cēt ⁊ pfectissima: i corpe tñ existēs mouebat motib' sensitiue naturalibus vt dicit Hiero. ad affectū. ſ. pñtie filij ⁊ ad tristiciam de absentia filij. Summe enim diligebat filiū ⁊ merito: quia sanctissimū hoiem

hominem ⁊ deū gloriosum: qui in cōceptu eius ñ abstulit decorē virginitatis: nec in partu attulerat dolorē q̄ mortis: q̄ accidit alijs mulierib⁹. Videns ꝯ se priuatā pñtia filij: frequenter orabat. O fili: quādo egredieris de hac valle lachrymarū ero tecū ⁊ videbo faciē tuā: Sitiuit aia mea ad deū viuū: qñ veniā ⁊ apparebo añ faciē dñi? Voluit tñ filius vt p⁹ ascēsionē remaneret ad tpus i mūdo doctrix ⁊ illuminatrix apl̄oꝝ. Uñ qñq; ipsa determinabat questiones de factis dei ⁊ moꝝ: si qua oriebant in ecclesia primitiua. Et ꝓpterea dicitur Luc. ij. q⁹ Maria conseruabat oīa v̄ba hec que. s. dicebant ⁊ fiebant circa puerū Jesum: cōferens i corde suo cum his. s. que sciebat p̄nunciata de eo a ꝓphetis meditando: cōtemplādo mysteria scripturarum ⁊ menti cōmēdando: vt postea tpe suo: vt dic̄ Beda: posset apl̄os instruere ⁊ euāgelistas de his ad que p̄ntes ñ fuerūt circa natiuitatē Christi ⁊ alia qua: ipsi scripserunt: precipue Lucas qui magis particulariter de natiuitate: nūciatione: ⁊ alijs scripsit. Uñ ⁊ a quibusdā notari⁹ virginis dicitur. Et de ea cantatur. Gaude Maria virgo cunctas hereses sola interemisti in vniuerso mundo dum. s. apl̄os docuit qui sua doctrina errores cōfutarūt Sicut autem mater cum habet filium mortuum vel absentē: cū fletibus sepe respicit vestes filij: sic b. Maria vt notat. b. Hieron. in sermone de assūptiōe visitabat loca i quib⁹ filius fecerat aliq̄ opus mirabile: contemplādo illa sacra mysteria. Aliquādo in nazareth ibat ad locum vbi fuit annūciata ⁊ conceperat filiū: ibi contemplādo dei īmensam charitatē. Aliq̄n in bethleem meditando dei humilitatē ꝙ humiliter ibi natus est. Aliquando ad templū in hierusalē vbi fuerat presentatus. xl. die: ⁊ vbi postea predicauerat: rememorando doctrinam eius suauissimam ⁊ mirabilez speculando sapientiam suam. Aliquando fluuium iordanis in quo baptisatus aquas omnes sanctificauerat ad mundandum peccata baptisma recipientium: ibiq; audita est a Joanne vox paterna. Hi est filius meus dilectus ⁊ spiritussanctus in forma columbe visus est. Consideransq; tantā largitatem domini: in excessu mentis rapiebatur vt credi potest. Ad montem caluarie transiens vbi filius cum tanto obprobrio pro salute hominum crucifixus est: ⁊ tota resoluebatur in lachrymas ex dulcedine īmensi diuini amoris ibi ostensi. Indeq; ad sepulchrū pergens: ꝙ ex eo egressus resuscitatus tertia die sibi apparuit tota gaudebat. Ad montem quoq; oliuarum aspendens ⁊ memorans inde filium suum in celum ascendisse: auidissime cupiebat esse cum Christo. Unde merito dicere poterat vita actiua tunc in Maria virgine. Soror mea scilicet contemplatiua reliqt me solam ministrare: quia tunc non curabat contemplatiua de actiua: sicut nec Maria magdalena de Martha. Uita eius actiua ⁊ contēplatiua due sorores sunt secundum. b. Augusti. ⁊ Grego. in. vi. moral. filie vnius patris celestis: ⁊ vnius matris ecclesie vel gratie. Hec tamen peregrinatio dicta. b. virginis ad loca sancta secundum b. Amb. magis intelligenda est secundum spiritum ꝙ secundum locum scilicet domi manens contemplaret que filius fecerat in illo vel illo loco. De omnia prime ⁊ secunde partis diuisionis principalis: sūt tracta ex predicatione beati Uincentij ⁊ que sequuntur superaddita. Tertium igitur opus quod potest notari de contēplatiua est in hoc qđ dicitur. Porro vnum est necessarium. q. d. Christus Martha circa plurima occupatur. i. actiua: ⁊ ideo turbatur: quia non vacat vni: sed multis.

Nam in cibando esurientem: sitienti prebendo potum: vestiendo nudum: ⁊ alijs indigentijs pximi subueniendo: oportet ꝙ solicitetur circa plurima tractanda: procurando: colloquendo: operādo. Similiter si exercet se in operibus misericordie spiritualis in docendo ignorantem: corripiendo delinquentem: supportando defectuosum: in dimittendo iniurias: oportet multum solicitari ⁊ cogitare varia ⁊ diuersa vt ista apte fiant. Et quia sepe non sequitur effectus intentus: quia nō emendatur correctus: nō habetur modus ad subueniendum: hinc varie turbatur: ⁊ dum ista cogitat ⁊ occupatur circa plurima: etsi pia intētione: tamen separatur ab vno summo bono quod sūme est necessarium: aliquando quo ad gustum: quia tediosus efficitur ⁊ tepidus. Sed vita contēplatiua dum vnum solum cogitat: cupit ⁊ diligit quod necessarium est perfectioni vltime humane abstractus a pluralitate temporaliū ⁊ occupationum exteriorum: inuenit magnam quietem et dulcedinem: non perturbationem: quia non habet amaritudinem conuersatio eius: neq; tedium conuictus illius: sed gaudium ⁊ letitiam Sap̄. viij. ⁊ loquitur de sapientia que reperitur in contemplatione. Super omnia charitatem habete que est vinculum perfectionis: ad Col. iij. Charitas dicitur chara vnitas: quia vnit nos cum deo Unde idem apostolus primo corinthiorū. vj. Qui adheret deo quod fit per charitatem vnus spiritus est cum eo. Habet enim amor secundum Dio. vim adhesiuam vnitiuam: et transformatiuam diligentis in dilectum vt vna voluntas sit amborū. Propter quod dicit sapiens: quod amicorum est idem velle et nolle. Porro idest finaliter vnum ēncium boni idest vt vnum sit cum deo conformis in omnib⁹ volūtati sue: et ita cogitatione et affectu quantum potest directus in eum vt dicat cum apostolo ad gal. Uiuo ego: iam non ego: viuit vero in me Christus. Et quantoplenius hoc agit:

tanto magis perficitur i contemplatiua: ꝛ magis appropinquat statui beatorum. Hoc perfectissime egit beata virgo vnum facta cum Christo per maximam dilectionem. Unde beatus Hieron. in sermone de assumptione ait de ea. Puto quicquid cordis est quicquid virtutis humane: si totū adhibeas: non sufficiat vt cogitare valeas: quanto indesinenter cremabatur ardore pie amoris: quantis mouebatur repleta spiritusancto celestium secretorum incitamentis: dum reuolueret animo cuncta que audierat: que viderat que cognouerat: nouis quippe quotidie inflāmabatur desideriorum affectibus: totam eam incanduerat diuinis amor ꝛc. Hec beatus Hieron. In vita ergo contemplatiua que habet plures gradus in vita presenti ipsa optimam partem elegit super oēs.

Quātum ad tertiū. §. III

genus vite scilicet fruitiue que est in superna patria de qua dominus ait de ouibus suis. Ego vitā eternam do eis Jo. x. Potest dici ꝙ habeat hec tres partes siue gradus. Primus gradus est decedere de presenti tempore: ita purgata anima: ꝙ nullum cremabile secum portet: sed subito euolet De quib' Apoc. xiiij. Beati mortui qui in domino moriuntur: quia requiescunt a laboribus suis quod intelligitur de euolantibus ad celum. Nam qui vadunt ad purgatorium non requiescunt a laboribus suis: sed multo maiores habent q̄ hic dum purgantur. Est autem hoc valde paucorum Unde ꝛ sancti viri qui hic claruerunt miraculis: visi sunt in penis purgatorijs: vt refert Grego. in. iij. dial. de Pascasio. Certum est autem beatam Mariam nil expiabile detulisse: cum in nullo vnquā deccauerit. Secundus gradus est eē i gloria: in anima ꝛ corpore: quod de Christo sine dubio certum est ꝛ articulus fidei: de illis patribus qui surrexerunt cum Christo ꝛ multis appparuerunt in hierusalem vt refert. b. Mat. euangelista capitulo penul. b. Hieron. in dubio reliquit si in celo sint in anima ꝛ corpore: an in anima tantum vt alij sancti cōmuniter. Sed de virgine gloriosa pie creditur ab omni ecclesia ꝛ a doctoribus: in corpore ꝛ anima glorificata in celis. vnde Augu. in sermone. Quia profundissimo: sic ait. Memores conditionis humane mortem. b. Mariaz sub ūsse temporalem dicere non metuimus Sed si dicimus eam resolutam in communem putredinez vermem ac cinerem: liberandum est si tante cōueniat sanctitati: tante aule dei prerogatiue. Scim' enim dictuz primo parenti: quia puluis es ꝛ i pulverem ibis. Hanc conditionem Christi caro euasit: que corruptionem non sustinuit. Excipitur ergo ab illa generali sententia de virgine sumpta natura. Et infra. Si voluit dominus integrā matrem virginitatis seruare pudorem: cur non velit incorruptam a putredinis seruare fetore? Nunqd non pertinet ad benignitatem domini matris seruare honorem: qui legem non venit soluere: sed adimplere. Qui enim in vita illaz pre ceteris gratia sui conceptus honorauit: pium est credere eam in morte singulari saluatione ꝛ speciali gratia honorasse. Putredo ꝛ vmis obprobriū ē hūane conditionis: ab hoc obprobrio cum Christus sit alienus: natura Marie excipitur: quam Christus de ea assumpsisse probatur. Caro enim Jesu est caro Marie: quā super astra transuexit: honorās omnem humanam naturam ꝛ multo magis maternam. Si natura matris est filius: conueniens est vt sit filij nature: non quantum ad vnitatem psone: sed quātum ad vnitatem corporalis nature. Hec. b. Aug'. Et hic igitur est melior gradus i vita fruitiua scilicet esse in celis non soluz in anima sed etiam in corpore. Sed tertius gradus adhuc est potior vnde ꝛ optimus: videlicet esse in altissimo gradu glorie super omnem puram creaturam. Sic canit ecclesia. Exaltata est sancta dei genitrix super choros angelorum. Quāuis sancti in diuersis ordinibus angelorum collocentur: superioribus vel inferioribus secundum maiorem vel minorem charitatem ꝛ perfectionem hic acq̄sitam: nullus tamen vel nulla est super omnes ordines nisi sola Maria virgo: que omnes sicut dilectione ꝛ perfectione gratie transcendit: ita i gloria super omnes sublimata est. Unde ꝛ beatus Hiero. in ſmōe assumptionis: ait. Creditur ꝙ ipse saluator per se totus festinus occurrit: et cum gaudio matrem secum in throno collocauit td ē iuxta se pre omnibus. Alias quomodo impleuit se creditur quod ipse in lege mandauit. Honora patrem tuum ꝛ matrem. Aduenies autem dicere potuit. Veni electa mea scilicet mater. Veni de libano: qui interpretatur candidatio: erat enim dealbata niue candidius spiritussancti muneribus: veni coronaberis corona glorie que non auferetur. Uita actiua auferetur post mortez. Uita etiaz cōtemplatiua huius seculi: qui per speculum ꝛ in enigmate est: non facie ad faciez: sed fruitionis vita ꝛ corona non auferetur a quoq̄. Et beatissima virgo. Magnificat anima mea dominum: ꝛ exultauit spiritus meus. id est anima mea extra corpus saltauit in deo salutari meo. i. Jesu requiescens. Jam ergo non sum in mundo. Et hi discipuli tui id est electi in mundo sunt: pro quibus rogo: non vt tollas eos de mundo quem habent doctrina illustrare ꝛ ad te trahere: sed ut serues eos a malo. Et ego ad te venio ad te deuz fōtem viuum quez semper totis affectibus ꝓcupiui.

Alius sermo assumptionis. Capi. xliij.

Quasi cedrus exaltata sum in libano. Ecclesiastici. xxiiij. Regula est data a salvatore. Mat. xxiij. Qui se humiliat exaltabitur. Quam etiam expresserat prius mater eius virgo sanctissima in cantico suo: dicēs Deposuit potentes de sede: ⁊ exaltauit humiles. Illos quoq; superbos angelos qui arbitrabātur se posse deo equari: quorum primus dixit in corde suo. Super astra dei exaltabo solium meum. Sedebo in monte testamenti: similis ero altissimo. Isa. Deposuit de sede celesti: ⁊ detracta est ad inferos superbia sua. Potentes etiam in gratia ⁊ virtute naturali primos parentes nostros deposuit de sede regni paradisi terrestri: vbi perfecte sēsualitati dñabant ⁊ animalibus cunctis: ppter superbiā eoꝝ ⁊ exilio tradidit mūdi hui⁹. Humiles vo angelos exaltauit deus gloriā perpetuā adhibēdo hominēs quoq; hūiles exaltauit ad eandē gloriā: p ducendo: ſm illud. Qui humiliatus fuerit: erit in gloria. Quāto aūt quis magis humiliat tāto magis a deo exaltatur. Et quia secūdus Adam dñs Jesus humiliauit seipsum: vt ait aplus phil. ij. ꝑ fundissime vsq; ad mortem ignominiosaz crucis ⁊ vsq; ad inferos descendendo. Ideo deus pater exaltauit illum super omnes celos: vt in nomine Jesu omne genu flectatur celestium: terrestrium ⁊ infernorum: ⁊ omnis lingua confiteat: quia dñs Jesus in gloria est dei patris. Ita sanctissima mater eius naturalis ⁊ mater nostra spiritualis: que viuificat nos quos prima mater occiderat: quia post filium suum benedictū super omnes angelos ⁊ sanctos se humiliauit ideo exaltata est hodie super omnes choros angelorum: vnde ⁊ sanctorum quia vltra non ascendunt: ⁊ ideo aptissime dicē potest. Quasi cedrus exaltata sum i libano. Pro cuius declaratione sciēdū: q̄ libanus est quidam mons i partibus iudee: in quo reperiuntur arbores cedri dicte altissime super omnes arbores: de quibus sepe fit mentio i scriptura. Unde ⁊ ps. Altitudinem potentie ⁊ prosperitatis temporalis comparat altitudini cedrorum: dicens. Vidi impium superexaltatum et eleuatum sicut cedros libani. Et transiui subdit scilicet consideratione finis eius: ⁊ ecce non erat. In his partibus occidentalibus non reperiuntur tales arbores. Nam cedri que reperiuntur iuxta loca marina: facientes fructus grossos vt pepones: non sunt ille cedri: cū sint parue arbores minores alijs. Libanus ergo mons qui interpretatur candidatio: designat statum glorie vbi est perfecta candidatio seu albedo innocentie ⁊ puritatis in sanctis: quos Joannes i Apoc: vidit q̄ erant amicti stolis albis. Que quidem albedo claritatis ⁊ puritatis ex verbo incarnato in eis procedit: qui vt dicitur Sap. vij. est cādor lucis eterne: speculum sine macula: ⁊ imago bonitatis dei. Cedrus altissima ē diuina maiestas que in libano glorie a sanctis cernitur: etiam sua altitudine. Ad hanc cedrum altissimaz euolauit ad libanum. Aquila illa grandis magnarū alarū Jo. euāgeli. per speculationem: ⁊ tulit medullam hui⁹ cedri que est alba id est verbum eternum afferens nobis in suo euangelio: cum ait. In principio erat verbum. Et deus verbum caro factum est ⁊ habitauit in nobis Jo. j. De hac cedro canit ecclesia in sequen. Cedrus alta libani conformat Jsopo valle nostra: quod exponens: subdit. Verbum eius altissimi corporari passum est carne sūpta. In isto ergo libano monte glorie exaltata est non vt cedrus que est Jesus: sed quasi cedrus: q̄a super omnes angelos ⁊ sanctos eleuata. Unde. b. Hieronymus in sermone hodierno. Credendum est q̄ ipse saluator per se totus festinus occurrerit ⁊ eam secum in throno collocauerit. Idem in pncipio sermonis. Hec est dies preclara in qua meruit exaltari super choros angelorum: ⁊ preuenire vlta q̄ nostre humanitatis est natura: cum eleuatur in dexteraz patris. Hec est inq̄ dies in qua vsq; ad throni celsitudinem intemerata ⁊ virgo processit: atq; in regni solio sublimata: post Christum gloriosa resedit. Uñ q̄i cedrus exaltata sum in libano: hec ille. Et Bernardus in sermone de assumptione. Quis cogitare sufficiat q̄ gloriosa hodie mundi regina processerit: et quanto deuotionis affectu tota in eius occursum celestium legionum occurrerit multitudo. Quis explicare queat: quibus ad thronum glorie canticis sit deducta: q̄ placido uultu: q̄ serena facie: q̄ leti amplexibus suscepta a filio: ⁊ super omnem creaturam exaltata sit: cum eo honore: quo tanta mater digna fuit: cum ea gloria que tantum decuit filium. Hec beatus Bernardus. Et in huius figuram habes: q̄ cum Bersabee que interpretatur puteus septimus: quia plena fuit septiformi aqua gratie spiritus sancti: accederet ad intercedendū apud filium suum Salomonem: ipse occurrit ei reuerenter. iij. regum. ij. ⁊ fecit thronū ei preparari iuxta thronum suum: dicens. Fas nō esse quicquā denegare sibi petitum. Sic christus uerus Salomon thronum se matri preparauit hodie. Et cum ad christum accedit mente ꝑ aliquo postulando: nihil sibi potest denegari. Unde beatus Bernar. Securū accessum ad celū hēs o homo. vbi mater stat ante filium scilicet ad orandū ꝑ nobis: filius stat añ patrē ad supplicādū

Mater ostendit filio pectus ⁊ vbera : filius patri latus ⁊ vulnera. Nulla ergo poterit ibi esse repulsa vbi sunt tot amoris insignia. De hac etiã exaltatione ait b. Aug⁹. ad virginem ipsam loquẽs. Tibi thronus glorie regis collocatur in aula regni : tecq; ipse rex glorie vt matrẽ verã ⁊ decorã sponsaq; pre omnibus diligens: amoris amplexu associat. Sibi dicat ergo. Quasi cedrus exaltata sum in libano: ñ solũ autem auctoritatib⁹ sanctor⁹ ⁊ ecclesie ac figura scripture : sed ratione probatur exaltatam. b. Mariam super ões angelos ⁊ sanctos Manet etiam regula firma tradita per ps. ⁊ confirmata per Christum: q; reddet deus vnicuiq; secundum opera sua. Ita autem q; sicut nullus malum ipunitum quia deus peccatum sine vltione ñ patitur: ait. b. Grego. de pe. di. j. Ita nullus bonũ irremuneratũ: ita q; etiã qui dederit potus aque frigide in nomine discipuli: non perdet mercedez Mat. ix. Sicut autem vnusquisq; propriaz mercedem accipiet secundum proprium laborem : vt ait aplus qõ theologi intelligunt de premio accidẽtali: ita vnusquisq; qualitatem premij essentialis recipiet a deo quod consistit in visione ⁊ fruitiõe eius secundum gradum charitatis hic habite : vt q; cũ maiori charitate deo seruierit : in quocũq; statu etiam infimo laicali: maius premium recipiet q; alter in maxima dignitate vel scientia cuz minori charitate. Itaq; cum. b. Maria fuerit plena charitate ⁊ dilectione: vt canit ecclesia: sicut et plena gratia super omnem puraz creaturam: etiã suprem⁹ ordinis serapi. Unde ⁊ ipsa ait cant. j. Introduxit me rex in cellam vinariam. s. gratiarum ⁊ virtutum ⁊ ordinauit in me charitatez. Nullus sanctus adeo fuit quin aliquando aliqua egerit: etsi non contra: saltem preter ordinem charitatis nisi. b. Maria. Cum autem nouem sint ordines angelorum: super quos omnes fuit exaltata : ad quos sancti sumuntur in diuersis ordinibus secũdum varietatem meritorum. Omnes proprietates ipsorum ordinum reperiuntur in. b. Maria ⁊ officia cum maiori excellentia charitatis. Ideo merito exaltata sum ait sicut cedrus libani. Unõ ⁊ ad singulos ordies procedamus ad quos hodie peruenit ⁊ transcendit. Assumpta est Maria in celum gaudent angeli ⁊ collaudant filiuz dei.

Ascendens ergo in. §. I.

celũ puenit ad pmũ ordinem angelor. Hor tres sunt pprietates fm Alber. vbi supra. Prima est q; imediate ordinantur ad humanã hierarchiaz quasi magis ei ppinqui : pfectiores tamen hominibus in natura. Unde Christus. Qui minor est in regno celorum. s. de infimo ordine angelorum: maior est illo. s. Jo. baptista quo maior nemo surrexit Mathei. xi. Ista proprietas conuenit beate Marie: sed cum excellentia: ipsa enim super nos imediatior nobis q; angeli quia etiam cõuenit nobiscum in natura humana: quod angeli non hñt cum non habẽt corpora. Unde angeli etsi sint nobis prelati: non tamen fratres vel filij. Sed beata Maria simul prelata: mater filia : ⁊ soror est nra.

Secũda proprietas angelorum est: quia maxime sunt nobis noti: magisq; alij : quia frequenter visitant sanctos ⁊ apparent eis in diuersis formis ⁊ hec proprietas cõuenit. b. Marie cum existẽtia Nam angeli etiam infimi sunt nobis tantũ noti ⁊ paucis personis ⁊ nos eis per intelligentiam ⁊ imperfecte. Sicut enim oculus noctue se habet ad lumen solis: ita intellectus noster ad illa manifestissima nature ⁊ substantias separatas: ait phs. Sz beata Maria est nobis nota etiam per experientiam. Ex te: ait sapiẽs: cognosce que sunt proximi tui. Cum ergo habuerit veras conditiones naturales hominis per similitudinẽ nostram possum⁹ ⁊ ipsaz cognoscere. Silr ⁊ ipsa cognoscit infirmitatem nostram per experientiam ex his que passa est hic didicit. Unde sicut non habemus pontificem. s. Christuz qui non possit compati infirmitatibus nostris: ita nec deficit nobis patrona que cõpatiatur miserijs nostris. Tertia pprietas ẽ: qz singuli eorz singulos hoies custodiũt: secũdũ illud ps. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in oibus vijs tuis. Et. b. Hiero. sup Mat. dicit. Magna prorsus dignitas animaz: vt vna queq; ab exordio natiuitatis sue habeat angeluz sibi delegatum. Et hanc pprietatem custodie. b. Ma. hz cũ excellẽtia. Nã vbi ãgeli custodiũt singuli singlos hoies ipa ⁊ custodit vlr singlos ⁊ singulariter vniuersos. Singuli. n. suoz pfũt sibi pmissis: one ãt ⁊ dñi ẽ custodia ⁊ puidentia vlis. Et quia õne simile suũ appetit simile : videntes eam angeli eis similem in hijs virtutibus ei dicunt. Quo pgrederi vgo prudentissima noli nos dereliquere o domina sed super nos fidem tuã colloca. Quib⁹ ipsa. Nõ vos o filij desero: sed maiora mihi sunt gaudioz premia reseruata.

Ascendit ergo ad §. II.

ordinẽ archangelorum secundũ: q̃ fm Dio. vt refert Alber. vbi supra: tres videt hãe pprietates. Harũ pma ẽ a superioribus cõicare. i. ab angelis superiorib⁹ recipe illumiationẽ. Hãc hñit. b. Ma. ipsa eni maxime cõicationẽ bonoz spualium donoz accepit a superiorib⁹. Un̄. Luce. j. dictuz fuit ei ab archangelo. Spũssanctus superueniet in te ad instruendum modum domice incarnationis. ⁊ pluſquã in omnibus alijs sanctis veniet in te. Alij enim sancti acceperũt a superioribus gratiã creatam id est a deo particulariter. Ipsa beata Maria gratiam creatam vniuersaliter : increatã

id est deuz singulariter scilicet de ea carnem assumendo. Secunda proprietas est superiores esse angelos vel homines: illuminando z regēdo scilicet presidentes ciuitatuz. Unde z Gabriel Danielem instruxit z docuit de liberatione futura populi israel: de captiuitate temporali z spirituali de potestate diaboli. Hanc conditionez beata Maria habuit cum preeminentia. Nam alīq ex ordine isto sunt super aliquos: z nullus super omnes: ipsa autem est super omnes archangelos z angelos z homines. Item q angeli z aliqui sancti sunt super alios: hoc est ex gratia tantum collata eis a deo. Ipsa aūt. b. Maria ex gratia hoc habet z iusticia z natura. Naturaliter enim mater regis est regina: z non solum ex gratia: sed natura instigante iusticia hoc dictante: est super omnes q̄ sunt in regno filij. Filius eius dominus Jesus qui est rex regum z dominus dominantium. vt dicit Joan. in Apoc. in. xix. Ergo z ipsa super omnes de regno eius cui data est omnis potestas in celo z in terra. Aue canit ecclesia regina celorum: mater regis angelorum. Tertia proprietas est inferiores ad superiora reducere: ad contemplanda z diligenda celestia: z exequenda diuina mandata. Hoc operata est beata Maria in summo. Nam ipsa sola habuit omnes inferiores reducere z reduxit tanq̄ mediatrix reconciliationis z adiutrix redemptionis z angelorum numerus restaurauit z subuenit ruine ante conspectum domini: vt dicitur in figura de sancta Judith capitulo. xiij. Et hominem lapsum reuocauit ad superos. Transeunte ergo ea per ordinem istum exultat pre ceteris Gabriel ille archangelus: qui eam in mundo officiosissime salutauerat: dicens. Aue gratia plena: z omnes prouocat ad eam laudandam z magnificandum: dicens. Hec est illa sanctissima que dum fidem humiliter dedit verbis meis: missus ex hac celesti curia: celi opificem in se corporauit z homines ad societatem nostram perduxit: z benedicamus patrem z filium cum sancto spiritu: qui hoc in ea operatus est: z laudemus z superexaltemus eum in secula.

Ex eo ordine ad .§.III.

tertium euolauit scilicet principatum. Et hi fm Alber. vbi supra: habent tres pprietates. Prima est primi principij habere imitationem id est dei. Hi super prouincias z regna disponunt e quibus vnus fuit Michael ille qui armatus apparuit Josue in adiutorium populi dei. Istam proprietatem habuit beata Maria supereminenter. Imitatur enim primum principium deum in mali immunitate: in boni cōmunicatione: in cōmunicanda cōmunitate. Fuit enim immunis ab omni corruptiōe peccati. Et incorruptio facit proximu deo: vt dicitur sapientie vi. Cōmūicauit bona sua filium suum sapientiam: de qua dicitur Sap. vij Omnium bonorum mater est: quam sine inuidia cōmunico: z honestatem eius non abscondo. Infinitus thesaurus ipsa sapiētia est hominib⁹. In cōmunicanda z exhibenda pietate Ecclesiastici. xxiiij. Quasi oliua speciosa i campis que oleuz producit significans lenitatem z pietatem z in campis patentur. Secunda proprietas est inferiorum ad primum principium reductiuum id est reducere ea que habent disponere ad deum: qui est principium principiorum id est causarum. Hoc habuit beata Maria in summo: quia ipsa de vltimo fecit primum z de primo vltimum: imo omnia z omnem creaturam in homine: reduxit ad illum a quo exierunt: z ipsi personaliter vniendo. Unde ipsa est illa fortis mulier de qua prouer. vltimo. Cuius precium de vltimis finibus id est diuinitate z humanitate coniunctis: hominem p̄ditum redemit: ad regnaq̄ celestia perduxit. Tertia proprietas est principalium virtutum ornatus scilicet plus ceteris inferioribus: vt sapientie: charitatis: prudētie: z h⁹. Quod plenius habuit beata Maria. Unde beatus Bernar. in sermone: ait Ipsi celestis curie principes in consideratione tante nouitatis. Huius scilicet exaltationis clamant nō sine admiratione. Que ē ista que descēdit de deserto delicijs affluēs. Quasi manifestius dicāt. Que est ista que sub sole vbi nihil nisi labor z dolor z afflictio spiritus: ascēdit delitijs spūalib⁹ affluēs. Quid delitias dixerī nisi virgitatis dec⁹ cuz munere fecūditatis: humilitatis ūligne: distillantē charitatis fauū: misericordie viscera: plenitudinē gratie: p̄rogatiuā glorie singular: hec ille. O dña nostra si inuenimus gratiam in conspectu tuo: etsi mlte file sanctarū aiarū p̄gregauerūt diuitias virtutū tu tñ supgressa es vniuersas: ex quo ornatū p̄cipuū v. utū habes: qō nostri ē ppū: placeat in ordine nostro vt p̄ncipissa residere. Ad quas illa Ego q̄dē vobiscū sū oib⁹ dieb⁹ ad bruiū tñ seq̄r supne vocatiōis mihi a domino prepatam.

Ad secūdam hie. §.IIII.

rarchiā pueniēs venit p̄mo ad ordinē potestatū Quoz tres sūt p̄pietates fm Alber. Prima ē ordinis z dignitatis custoditiuū. Hoz officiū dignitatis ē coercē diabolicas p̄tates: ne hoib⁹ noceat quātū vellēt. Et cū maligni spūs pcusserūt occidētes oia p̄mogenita egyptioz: fm illud p̄s. Immissiōes per angelos malos: potestates āgelice repsserunt malicia eoz: ne contingere possent familias hebreorum. Istaz conditionē habuit beata Maria excellentissime: quia dignitatē virginitatis custodiuit añ z post: z demōes cohercet quottidie

a nocumento hominum: vt patet in multis exemplis: in quibus ipsa beata Maria eripuit maximos peccatores de manibus diaboli quo ad corpus ⁊ quo ad animam. Unde ecclesia quotidie ei dicit orando. Tu nos ab hoste protege: in hora mortis suscipe quando sunt maiores eius insidie.

Secunda proprietas potestatuū est esse aliorū ordinatiuū. Et hoc in summo habuit beata Maria. Naz fuit prima ordinis virginum inuentrix: fecit enim prima solemne votum virginitatis. Ordinum etiam angelorum fuit reparatrix: ⁊ restauratrix. Precipue autem virgines ostendunt magnam potestatem super sensualitate sua superando delectatiões venereas que maxime impugnāt. Et vbi: vt dicit beatus Hieronymus: est frequens pugna ⁊ rara victoria. Unde vt ipse ait. In carne esse ⁊ preter carnem viuere: angelicum est nō humanuz: immo ⁊ maioris potestatis videtur: quia hic ex carne pugna: ibi cum nulla sit caro nulluz eius prelium. Et ideo virginitas dicitur a virtute seu viroze: quia habet magnam potestatem in se vt virtus sit ⁊ non combustus igne concupiscentie. Tertia proprietas est esse actiuum in his ad que exequenda mittuntur: quod beata Maria in summo habuit. Nam actus virtutum exercuit secundum modum patrie quantum ad perfectionem: sed secundum statum vie quantuz ad conditionem meriti. Fuit etiam reductiuum per exemplum: quia sui exemplo virtutum alios reduxit ad operationem virtutum. Unde dicitur stella maris. Uidentes ergo eam filie syon angelice potestates: dixerunnt. Mane nobiscum o domina potentissima: tu enim terribilis es demonijs vt castroꝝ acies ordinata: ⁊ ideo iuuare hominibus nobiscum poteris contra malignos spiritꝰ eos sine cessatione infestantes. At illa. Expedit hominibus vt ego vadam superius: quo mihi locum parauit dilectissimus filiꝰ: et iuxta eum residens: copiosius contra demones pro hominibus prevalebo.

Post illos ergo §.v

ingreditur chorum virtutum. De quibus potest intelligi quod Christus ait Luce. xxi. Uirtutes celorum mouebuntur scilicet in aduentu secundo Christi iudicis id est ammouebuntur: remouebuntur ab officio mouendi celos. Philosophi enim ponunt substantias separatas id est angelos mouere celos: ⁊ ad quorum motum celi ⁊ plane te influunt in ista inferiora: ⁊ corrumpuntur ⁊ generantur res inferiores ⁊ corporales. Ex tunc enī cessabit: omnis motus celorum: ⁊ ideo remouebūtur angeli qui dicuntur virtutes ab huiusmodi exercitio. Harum secūdum Albertum triplex est proprietas. Prima est incōmunicabilis virilitas que consistit in resistentia contrarij: in aggressione arduꝰ: ⁊ tolerātia mali. Per has virutes angelicas vt dicit beatus Grego. fiunt miracula in q̄bus resistit naturalis proprietas rei. Sicut q̄ cecꝰ videat: mortuus resurgat hoc natura non habet sed consuetudo nature est in contrarium: ⁊ tamē viriliter vt ministri dei hoc agunt. Ardua etiam sunt ⁊ insolita que faciūt. Tolerant etiam hec fieri per malos ipsis cooperantibus. Unde reprobi dicent in die iudicij. Domine in nomine tuo virtutes multas fecimus. Mathei. vij. Hoc beata Maria habuit in summo nō lz legamus in vita sua non feciſſe miracula nunc quottidie innumera facit. Sed ⁊ vita sua tota miraculosa. Unde enī dicit beatus Grego. Maius miraculuz est id est vtilius sibi patientem esse q̄ demones eīcere: ⁊ carnem vincere q̄ gigantem vt Dauid occidere. Omne contrarium id est peccatum ipsa vicit Arduum altissime paupertatis assumpsit. Tolerantiam summam in filij passione sustinuit.

Secunda proprietas virtutum. Nullius imbecillitatis tarditas id est nullam imbecillitatem habent ex qua tardi sint ad dei voluntatem exequendam vel celos mouendos: vnde ps. Benedicite domino omnes angeli eius: potentes virtute: qui facitis verbum eius: ad audiendam vocē sermonū eius scilicet dei. Uox dei ad eos est insinuatio voluntatis eius ad eos circa aliquod agenduz qua facta subito executur. Hoc ⁊ beata Maria perfectissime egit. Unde concepto filio: audito cōceptu Elisabeth ab āgelo: exurgēs Maria abijt cum estinatione in montana vt visitaret eam et in partu seruiret. Audito quod futuruz erat q̄ Herodes quereret Jesum recenter natum ad perdendū eum: subito nocte surrexit ⁊ secessit i egyptum vt admonuerat angelus Mat. ij. Tertia proprietas virtutum ad inferiores largitas siue angelos inferiores illuminando: siue homines adiuuando ⁊ subueniēdo in diuersis miseriꝭ constitutos infirmitatum ⁊ hꝰ. Sed nulla pura creatura largior reperit. b. Maria. Uirtutes q̄dē dant dona dei: hec dedit ipsum deum. Dec enim vt ait beatus Hieronymus dedit celis gloziam: terris deum pacemq; refundit finem vitijs: vite ordinem: moribus disciplinam. Uidentes ergo virtuosissimam per castra eoꝝ tran euntem: beatissimā predicauerūt cupientes eius frui societate familiari. At illa: congratulor valde de vijs virtutibus: sed virtus altissimi que obumbrauit mihi idest filius qui vmbram carnis qua texit lucem sue deitatis: ad superiora me vocat.

Ad sextum igitur .§.vi.

ordinem ascendit: qui dominationes dicunt: qui

primi sunt ex assistentibus consistorio diuine maiestatis: & nūq̄ ad nos missi: sed alios inferiores ipsi mittentes & de mysterijs eorum disponentes. Qualis forte fuit angelus ille qui misit alium angelum ad zachariam vnum ex duodecim prophetis minoribus qui diceret ei: Nec ciuitas absq̄ muro erit pre multitudine populi. Horum proprietates ponit Dionysi⁹ in libro de celesti hierarchia capitulo octauo. & declat Albertus vbi supra ex verbis ipsius Dionysij elici dominationum proprietates & videntur per contrarium ad defectus qui reperiuntur in dominationibus seu dominis huius mundi quia tales defectus non sunt in istis dominationibus celestibus et tales proprietates decē perfectas ostendit fuisse in beata virgine. Sed hic tantum tres ponam. Est ergo p̄ma harum trium ab hostibus inuicibilitas. Domini temporeles aliqui sunt ita potentes: q̄ multa prelia vincunt: & multis nationibus dominantur: vt Alexander magnus. Julius cesar. Judas machabeus. Josaphat rex & alij. Nullus tamen fuit qui aliquando non vinceretur. Sed dominationes angelice nunquam superantur ab aliquo: q̄ ab aliquo impediantur a dispositione eorum. Beatissima autem virgo omnes superat dominationes: non enim solum vicit serpentem antiquū: & draconem rufum: cuius potentie non est similis super terram in seipsa: & capita eius septem contriuit scilicet principia vitiorum. Sed & predam totius humani generis ab eo abstulit: & in ea natura corporea spiritum nature angelice superauit. Superbiam victricem diaboli vicit: et tam de diabolo q̄ de mundo q̄ de se ipsa q̄ de omnibus angelis supergradiens triumphauit: & quod omnibus alijs altius est contra ipsum deum fortis fuit: quia deum de celis ad terram vinculis carnis ligatum: & charitate vulneratum in gremio vteri sui beatissime virginitatis carcere captiuauit. Secunda proprietas dominationis est liberalis seueritas: per quod potest intelligi vel medium inter auaritiam & prodigalitatem vel medium inter excessum iusticie qui dicitur rigor: & excessum misericordie qui dicitur remissio. Quidam enim domini sunt minus liberales id est prodigi: & quidam sunt nimis seueri id est auari. Sed medium est liberalis seueritas que vtiq̄ est in dominationibus celestibus. Similiter quidam domini temporales sunt nimis iusti per rigorem: quidam nimis misericordes per remissionem medium est liberalis seueritas. In omnibus his excellit dominationes beata Maria. Nunq̄ enim dedit. b. Ma. cui n̄ eēt dādū: vl̄ qn̄ n̄ eēt dādū qd̄ pertinet ad prodigalitatem: prout faciunt domini temporales in pompis: ludis: & mimis & huiusmodi. Beata enim Maria dedit omne danduz: deo mundum deum mundo: hominibus celum. Alij domini mundi sunt nimis auari: non subuenientes pauperibus: sed aliena a subditis rapientes: et tallijs aggrauantes. Sed beata Maria non fuit tenax substantie. Sed aurum sibi a magis oblatum cito: vt ait beatus Bernardus: pauperibus erogauit. Quidam domini temporales sūt nimis seueri & crudeles in puniendo: & quidaz nimis misericordes seu remissi in non puniendo alios: vel etiam sibi ipsis nimis condescendentes & complacentes sensualitati sue. Alij nimis indiscreti. Sed in omnibus medium tenuit beata Maria nullaz admittens delectationem corpori indebitam: nec cessitatem sibi non subtrahens: ita misericors peccatoribus conuersis q̄ iusticia penitentie a nullo deseratur si misericordiā consequi desiderat. Tertia proprietas est nullius subiectionis egestas & in nullo vanitas. Domini temporales ita dominant subditis: q̄ ipsi etiam indigent seruitio subditorū nullus est ita potens dominus: quin egeat alijs: quinimmo quātomaius dominium habet: tanto plibus aliorum seruitijs eget. Dominationes autem angelice non habent istam indigentiam seruitutis: quo ad suos inferiores: quia non ab eis illuminantur: egent tamen auxilio et seruitio illuminationis in multis: quo ad superiores suos angelos. Sed in hoc excellit beata maria quia cum sit superior oi creatura angelica: nō eget seruitio creature: z solius creatoris. Ex dominio frequenter insurgit multa vanitas i dominis temporalis gle vt patet per exemplum dō. facientis populum numerare vt gloriaretur in multitudine eius. Sed dominationes nullam huius vanitatem sentiunt. Et multomagis: beata maria que quantoplus ceteris gratie habuit: tanto se magis humiliauit: matrem dei factam se ancillam vocans. Et ideo si dominationes in ordine suo vt dominatricem oim collocari peterent diceret eis: quasi cedrus exaltata sum in libano: scriptum est de me: et ideo vt impleatur scriptura: oportet super omnes vos eleuari sicut cedrus super oēs arbores eleuat.

Preueniens inde. §. VII

ad terciam hierarchiam. Primo occurrit septimo ordini qui throni dicuntur id est sedes dei. Hi sunt secundum beatuz Gregoriuz per quos deus sua iudicia nobis occulta decernit: quibus ō mūdo disponit: p̄s de deo ait Qui sedes super thronum et iudicas equitatem. Horum inter ceteras ponit Albertus tres proprietates. Et prima est celsitudo. Tronum regis ponitur in altum super alias sedes: et isti throni sunt inferioribus angelis sublimiores perfectione. Judicia etiam dei eis attributa sūt valde alta: & a noticia nīa ītota p̄s.

Judicia dei abyssus multa. Abyssus importat profundum aquarum cuius non est inuenire finem. Unde ꝛ Eccl. Alta profunditas.s. iudiciorū dei quis inuestigabit: vt.s. qsq; inueniat rationem eorum. Quod intelligens aplus ad Roma.xi. clamat: dicens. O altitudo sapientie et scientie dei: q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius. Non est ergo intrandum istam abyssum: ꝛ causas aut rationes querere ipsorum iudiciorum: quare istū trahat illum non trahat. Uni prosperitatem tribuat: alij aduersitatem: sed sapientie eius relique re: qui omnia bene fecit. Hec proprietas habetur a beata Maria. Ipsa est illa sedes seraphina quā vidit Ezechiel propheta super firmamentum capitulo primo: hoc est omnium sanctorum altitudinem in gloria confirmatorum: vtpote exaltata super choros angelorum. Et beatus Augustinus dicit. Si celum te vocem altior existis. Secunda proprietas est regis delatio. Sedes enim defert regem ibi sedentem hinc inde: ꝛ per sua iudicia in diuersis locis gentibus ꝛ modis quodam modo deus refertur circunquaq;. Et beata virgo vt verus thronus Salomonis detulit eum de celo in mundum: ꝛ in mundo de loco ad locum: quia de nazareth vbi conceptus: in bethleem vbi natus est: de bethleem in hierusalem in templo presentatus. Postea in egiptū translatus: ꝛ huiusmodi Hoc est fertulum id ē sedes a ferendo dictū: quod fecit sibi rex Salomon vt dicitur Canti.iij. De lignis libani id est de virtutibus: quasi patrie celestis. Libanus enim vt dictum est supra significat statum glorie. Interpretatur enim candidatio. Habuit enim perfectionem virtutum: quasi ad modum patrie: reclinatorium fecit argenteum. Hec est puritas eius per quam in ea requieuit. Ascensum purpureum id est charitatem per quam ad eam accessit media charitate consecrauit: quia totum hoc egit ex sua dilectione. Tertia proprietas thronorū est familiaris apertio: quia de' aperit eis vt magis propinquis et familiaribus secreta iudiciorum suorum. Sed certe nulli magis occulta sapientie sue manifestauit q̄ virgini matri sue. Unde beatus Bernardus. Qualiter splēdor ille inaccessibilis vgineis se ifudēit visceribꝰ: soli datū ē scire cui soli datū ē experiri. Et hoc ē illō q̄rtū de quo dicitur prouerbiorum. xxx. per Salomonem sapientissimum. Tria sunt mihi inquit difficilia ad cognoscendum: ꝛ quartum penitus ignoro scilicet viam viri in adolescentula sua id est in virgine quomodo scilicet de ea incarnatus sit. Unde ꝛ Joannes plusq̄ propheta dicit se non dignū soluere corrigiam calciamentorum Christi id est declarare mysterium incarnationis. Nam se hic firmat virgo beatissima: dicens. Ego in altissimis habito: ꝛ thronus meus in columna nubis id est iuxta nubem humanitatis christi que sole tegitur diuinitatis que colūna est ecclesie.

In ordinē cherū. §. VIII

bim ingreditur: qui interpretatur plenitudo scientie: quia maiorem de diuinis notitiaz habent omnibus inferioribus. ꝛ hi i circuitu diuine maiestatis assistentes tres habent proprietates secundum Dionysium scilicet esse reductiuum actiuum: et exemplatiuum. Et primum scilicet esse reductiuum intelligitur secundum commentatorem: qa ad deuz tendunt ꝛ reducunt omnes cogitatus suos ꝛ effectus circa alia. Et licet omnes angeli hoc faciant: ipsi tamen quodam modo excellentiori. Non defuit hoc beate Marie: sed omnia reductibilia ad deum reduxit. Ipsa enim est mulier illa euangelica: que tria sata scilicet corpus: animam: ꝛ diuinitatem in vna persona Christi coniunxit: per quod naturam in primum immo super primum statum institutionis reduxit: quia etsi inno centiam ꝛ perfectam gratiam habebat in illo statu de humana natura: non tamen deitatē vnitaz

Hec est mulier que lucernam accendit per quaz dragma decima reperta est. Luce. xv. Secunda proprietas est esse actiuum: quod secundum commentatorem intelligitur. quia secundum deum incedunt id est deum imitantur in actibus suis quodam excellentiori modo. Hoc egit beata Maria. Unde odilio ait. Unum pro certo scim' quia omnis Marie actio ꝛ intentio semper intenta fuit in domino. Et vt dicit Albertus. Deiformissimos actus habuit: in summo actu deuz imitata est: quando deum genuit: ꝛ ipsa deum ꝛ hominem generauit. Tertia proprietas est esse exēplatiuum quod secunduz commentatorem intelligitur: vt secundum exemplum suum hoc faciāt siue ipsi cherubim secundum exemplar diuine sapientie quod est verbum dei faciant actus suos: quod exemplar limpidius intueretur: siue inferiores faciant secundum exemplum quod habent a cherubim in multi. Hanc etiam proprietatem habuit beata Maria que omnibus recreandis speculum ꝛ exemplar omnis sanctitatis extitit. Unde beatus Ambrosius in libro de virginitate. Sit vobis tanq̄ in imagine descripta vita Marie: in qua tanq̄ in speculo relucet insigne probitatis et forma virtutis: hinc sumatis exempla viuendi. Exultāte autem gloriosa virgine de tanta plenitudine scientie. Horum agminum ipsa mater sapiētie non se inter se collocat: sed ascendit super cherubim ꝛ volauit: ut ait ps. Uolauit super pennas ventorum id est super omnes subtilitates perfectionum animarum sanctarum.

Et supremū ordinē. §. IX

Seraphim intuens circundata ab eis ardentissimam charitatem eorum ad deum collaudat: propterea seraphim dicuntur id est incēdentes: quia super omnes ordines angelorum et sanctorum diuino amore incensi sunt: qui est vinculum perfectionis. His assignat Dionysius octo proprietates. Sed tantum hic tres ponentur: que omnes fuerunt eminenter in beata Maria.

Prima proprietas est incessabile. Sicut enim ignis a quo denominātur iceſſanter agit in materiam sibi appositam: ⁊ nunq̄ dicit sufficit: vt habetur prouer. penult. ita amor dei nunq̄ est otiosus id est non permittit hominem esse otiosum. Operatur enim magna si est. Sic seraphim iccnsi diuino amore: non cessant clamare quottidie vna voce: dicentes. Sanctus: sanctus: sanctus dominus deus sabaoth: perfectius ceteris deum contemplantes ⁊ laudantes. Sed incessabilitatez habuit beata Maria super seraphim: quod sic probat Albertus. Magis incessabile est quod nō cessat nec potest modo cessare: nec vnq̄ potuit cessare q̄ q̄ ñ cessat ⁊ ñ pōt mō cessare ꝫ tñ potuit aliquando cessare. Sed charitas seraphim etsi non potest modo: potuit tamen aliquando cessare scilicet in prima eorum conditione: quod patet per exemplum luciferi: qui secundum beatum Greg. supremus fuit de ordine seraphim: qui a charitate sibi collata decidit de celo Sed charitas beate Marie nunq̄ potuit cessare: quod ostēditur per hoc: quia charitas non potest cessare nisi p mortale peccatum. Sed ipsa nūq̄ potuit peccare mortaliter: quia in vtero sanctificata antequaz posset peccare: per ipsam sanctificationem ita fuit confirmata in gratia ⁊ charitate: q̄ postea peccare ñ potuit etiam venialiter: vnde nec amittere charitatem: quod tamen potuerunt seraphim agere: ⁊ de facto aliqui amiserunt scilicet Lucifer cum suis. Ergo beata Maria in hoc omnes excelit. Secunda proprietas est acutum. Et exponit cōmentator istam acuitatem: sapientie sublimitatem.

Sicut enim cognitio bonitatis rei mouet ad amandum eam: ita ⁊ amor eius dilatat cognitionem: ⁊ inducit penetrationem ad intima rei. Et in hac acuitate sapientie beata Maria seraphim superat. Unde ⁊ mater dicitur agnitionis Ecclesiastici. xxiiij. quod ⁊ beatus Augustinus sic ꝓbat. In Christo sunt omnes thesauri sapientie ⁊ scientie dei. Christus autem in Maria: ergo omnes thesauri sapientie in Maria. Et vbi alij participant sapientiam creatam accidentaliter: ipsa mater est sapientie increate essencialiter. Tertia proprietas est: non solum calidum: sed ⁊ superferuidum. Et calidum quidem dicitur quia facit sopitum animum a tumultu ⁊ strepitu aliarum rerum: quod fuit magis in beata Maria. Nam secūdū Alber. fortior est virtus: ceteris paribus: q̄ tātūdē opat cū resistētia ꝫ q̄ illa q̄ sic resistēta ⁊ in tranquillitate et quiete posita. Sed cum beata Maria fuerit omnino sopita ab omni passione viciosa: in tumultu posita tribulationum ⁊ persecutionum: que in seraphim non fuere: ideo magis calida seu sopita. Superferuidum exponit commentator: quia dum per ignem amoris extollitur super se per vim amoris se expellit a se Hoc habuit beata virgo super omnes in summo Unde canit ecclesia. Uidi scilicet per contemplationem speciosam animā ⁊ corpore: sicut columbam simplicitate ⁊ sanctitate gratie plenitudine.

Unde spiritus sanctus apparuit super Christuz in baptismo in specie columbe: ascendentem scilicet in celum hodie super riuos aquarum id est super omnes choros angelorum cuius odor inextimabilis erat nimis scilicet fragrantia virtutum in vestimentis eius id est conuersatione ipsius.

Idem ipsa maxime fuit expulsa a se per amorez que se totaliter deo dederat: ⁊ totaliter corpore ⁊ animo deo plena erat: ita q̄ nec corpor: nec anima plus gratie secundum statum pro tempore recipere poterat. Et quanto plus gratie habuit in se: tanto minus habuit de se. Et sic cum gratia plena fuit: de se totaliter expulsa fuit. Unde beatus Hieronymus. Totam eam incanduerat diuinus amor vt nihil esset in ea quod mundanus violaret affectus: sed ardor continuus ⁊ ebrietas perfusi amoris. Ad hunc igitur supremum ordinez peruenies seraphim seraphica facta Maria obstupescentes de tanta gratie sublimitate: cātum eorum quem audiuit Isaias. vj. capitulo: dicentium. Sanctus: sanctus: ⁊ cetera. Mutarent i eam: dicentes: O sancta dei mater ⁊ omnium.

O sancta virgo virginum. O sancta mediatrix hominum. O domina regina celorum. O dea dei formitate actuum. O imperatrix sabaoth exercituum cunctorum angelorum: decet te gloria ⁊ incendio charitatis sublimissimam: in supremo ordine nostro nobiscum residere: vt te perfruamur o beatissima. Quibus illa: valde mihi cō placeo: summe congratulor de vestro diuino ardore. Sed oportet impleri scripturam: dicentez. Non est bonum hominem esse solum faciamus ei adiutorium simile sibi Genes. ij. Omnes vtiq̄ sancti ⁊ sancte associati sunt vobiscum: ⁊ alijs ordinum inferiorum aut associandi quo ad glorificandos in posterum: ita q̄ nullus eorum solitarius reperitur: sed vnus sanctus cum vno angelo in quocunq̄ ordinum. Constituit enim deus terminos populorum iuxta numerum angelorum dei. Deut. xxxij. Sed cum filius meus qui deus vtiq̄ ⁊ homo est: quia homo est: etsi in forma dei: non rapinam arbitratus est esse se

equalez deo. Unde sub deo est: ⁊ quia summe humiliatus ideo summe super omnes angelos ⁊ sanctos exaltatus. Non decet igitur eum esse solum sed me matrem suam secum iuxta eum data sibi in adiutorium in redemtione per compassionem maximam in glorificatione nunc per intercessionem continuam pro humano genere: vt cum deus peccatis hominum diluuio flagellorum minatus fuerit terram subuertere: ego ut arcus appaream in conspectu eius indeq; recordatus federis sui. reproicietur eisdem ne dissipet mundū. Ascēdam igitur super vos ad patrem meum ⁊ patrez vestrum: deum meum ⁊ deum vestrum: vsq; ad thronum eius. Ipse enim me vocat: dicens. Ueni electa mea mater ⁊ ponam te in thronum meuz. Ueni coronaberis ⁊ regnabis mecum. Sicq; collocata ad dexteram filij: dicere valet. Quasi cedrus exaltata sum in libano scilicet sicut cedrus super omnes arbores: sic ego super omnes āgelos ⁊ sanctos: quam nos rogare oportet. vt procuret nobis gratiam ⁊ gloriam.

De assumptione alius sermo.
Capitulum quadragesimumquintum.

Xcepit illum in domum suā. Luce decimo. Quāuis hoc ad litteram dicatur de Martha: tamen perfectius illud impletum est ī beata Maria: que ⁊ si Martha ñ sit nomine vel persona: est tamen Martha interpretatione. Nam interpretatur ex hebreo in latinum prouocans: ex syro sermone dominatrix: ex deriuatione a Marthe qui secunduz gentiles est deus belli propter fortitudinem. Sz certe ipse sua perfectione virtutum prouocauit deum ad incarnandum de ea: ipsa est domina celorum ⁊ omniū ipsa est potentissima ad bellandum pro nobis cōtra maliciam demonum. Et vt dicit beatus Hieronymus in sermone huiꝰ solennitatis. Si deum ore prophico in sāctis suis laudare iubemur multo magis in veneratione beate virginis matris eiꝰ ⁊ quia iter salutis est in laudibus saluatoris: dicente per p̄s domino. Sacrificium laudis honorificabit me ⁊ illic iter quo ostendam illi salutare dei ⁊ permaxime laudando matrem ipsius saluatoris. Si ergo: vt ait beatus Hierony. virgo es: lauda: quia meruisti esse ⁊ tu quod laudas. Si continens es: venerare ⁊ lauda: quia non aliunde constat vt possis esse continens q̄ ex gratia Christi: q̄ fuit plenissime in Maria quam laudas. Q si in cōiugio aut peccator es: nihilominus confitere et lauda: quia inde omnibus misericordia fluxit et gratia vt laudent. Et quanuis non sit speciosa laus in ore pccōris: noli cessare: quia inde promittitur tibi venia: vnde ⁊ omnibus vt laudes. Beata itaq; ⁊ gloriosa virgo Maria ait idem ibi: q̄uis dudum incomparabilis esset vniuersis: q̄ sub celo sunt virginibus: vt decenter posset in se suscipere deitatis admixtionem: salua vtraq; natura: tamen cum gratia repletur: cum spiritusancto p̄funditur: cuz virtute altissimi obumbrabitur: fit p̄ciosior meritis celsis: sublimior fastigijs: pulchrior sanctitate: gloriosior suorum prerogatiuis meritorum: hec ille. Ex quibus verbis colligi potest: q̄ ipsa dominatrix tripliciter excepit Christuz in domum suam: excellētius sine comparatione q̄ Martha. Excepit eum per gratie infusionem in domum suam anime rationalis. Excepit eum p̄ ipsius pesone incarnationem in domo scilicet vteri virginalis. Excepit eum per glorie receptionez in domum scilicet partis intellectualis. Omnes istas receptiones Christi a virgine Maria: notat: p̄s in versu illo. Domini est assumptio nostra: secundum diuersas eius expositiones: ⁊ festum ipsum assumptio vocatur.

Quātū ad primum .§.I.

dicit sapiens. Nisi tenueris te instanter in timore domini: cito subuertetur domus tua: non quidez materialis edificij vel corporis: sed anime rōnalis quo ad edificiū spirituale. In istam domum suaz scilicet anime sue excepit beata Maria Christuz per gratiam habitualiter in vtero matris sanctificata: ⁊ postea actualiter exercens se ⁊ crescens in gratia dei per actus virtutum. Et sic domini fuit assumptio sua. i. id quod assnmpsit ex rebus sibi propositis: cum peruenit ad vsum ratiōis. fuit domini id est virtus seu ipse dominus. Et pro huius declaratione notādū secūdū beatū Tho. in p̄ma secūde: q̄ cū quis primo attingit ad vsum rationis: primum quod occurrit anime agendum ē vt prestituat sibi finem in opibus suis ad quē dirigat ea que facit. Omnia enim ut ait ph̄s agūt pp̄ finē: ⁊ si prestituamus nobis pro fine vltimo mundum vel ea que in mūndo sūt. s. voluptates: diuitias: honores ⁊ h̄ꝰ. ⁊ vt vltimū finez: ad illa consequenda facimus principaliter opera nostra: postponentes dei mandata ⁊ salutem anime. Sed si prestituamus ⁊ proponamus nobis deum ⁊ vltimum finem: ad quē dirigamus opera nostra intēdentes ei placē: cauē a vitijs ⁊ virtuose operari: tē meritorie icipimus opari: ⁊ Christus quē recepamus in domo aīe nostre per gratiā in baptismo q̄ ad habitum: tūc eum recipimus q̄tū ad actuz. s. meritoriū operandum. Cuius eni finis bonus est: ⁊ ip̄z quoq; bonū ē. Sic ecōtra. Cuiꝰ finis malus ē: ⁊ ip̄m opus malū ē: s̄m ph̄m. Et ex eo xp̄s recedit a domo aīe nr̄e. Uñ. b. Hie. in li. ꝯ Iouinianū Si suscipimus xp̄m in hospicijs pectoris nostri

scilicet per gratiaz ⁊ bona opera fugamus diabolum. Si autez peccauerimus: ⁊ per ianuā peccati diabolus ingressus fuerit: illico Christus recedit: de pe. di. ij. si enim. Et ideo in illa etate puerili debent pueri duci ad predicationes: ⁊ frequenter admoneri de moribus: quia faciles sunt ad recipiendum omnem impressionem boni vel mali quod eis proponitur: ⁊ ad quod applicantur vt mollis cera. Sic beata Maria etsi in vtero matris fuerit sanctificata: tamen ad vsum perueniens rationis: ⁊ cito pp optimaz complexionem elegit optimam partem: deum ⁊ hominem pro vltimo fine in omnibus operibus sibi prestituens. Semper i gratia crescens: ⁊ dominum assumens pro omni sua quiete ⁊ fine. Excepit eum in domum suam anime sue: dicens cum Hieremia treñ. iij. Pars mea dominus: propterea expectabo eum: bonus est dominus sperantibus in se anime querenti eū Excepit ergo Christum in domum anime sue ad virtuose operandum. b. Ambro. in libro de virginibus. Prima Marie virtus fundamentum omnium virtutum ⁊ custos: est humilitas ipsa de q̄ gloriatur: dicens. Respexit humilitatem ancille sue: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Primum discēdi incitamentum nobilitas est magistri: deinde merces laboris. Merces autem laboris optimi fructus beatitudinis. Quid autem nobilius matre domini: quid splendidius ea quam splendor elegit paterne glorie. Quid castius ea que corpus Christi sine contagione corporis generauit: ⁊ tamen solam humilitatē respexisse dominum profitetur. Hec ille Merces huius laboris est beatitudo. Unde. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generatiões. Qui enim fuerit humiliatus: erit in gloria: ait Salon De humilitate hic practicam pone.

Quantum ad secū §. II

dū d. c̄ apostolus. ij. Cor. v. Si terrestris dom' nostra dissoluatur. i. corpus: habemus i celis domū non manu factam. In istam domum intrauit dei filius i. in vterum virginalem: quādo verbuz caro factum est de virgine Maria. Unde dicere verissime potuit. Domini est assumptio nostra: assumptio domini. i. quod assumpsit dom' ab homine: videlicet caro sanctissima nostrum est: quia de nostris purissimis sanguinibus formatū est illud corpus. Manifestuz est autem q̄ sapiens rem preciosissimaz nunq̄ poneret in loco ignobili. Non enim ponitur vinum solenne: vel maluaticum: vel balsamus in vase immundo: nec gēma vel lapis preciosus vt carbunculus: adamas: beryllus: ⁊ b'. icluderetur in anulo plumbeo: vel eneo sed aureo. Nec magnus dominus eligerz habitare in domo lutea immunda: inornata: sed i domo magna bene edificata non ruinosa munda ⁊ ornata. Sapientissimus igitur dei filius castellum huius mundi ingrediens: quia vidit domum corporis ⁊ cordis virginalis: ab eo edificatam fundatam firmiter: quia nec venti superbie: nec pluuie concupiscentie: nec fluia auaritie possent eam vel leuiter mouere: septem columnis domorum spiritussancti sustentatam: secundum illud prouer. ix. Sapientia edificauit sibi domum scidit colūnas vij. mundatam a vitijs ornatam virtutibus perfectibus: declinauit ad habitandum in ea. Et mulier ipsa excepit illū in domum suam. Unde canit ecclesia. Domus pudici pectoris templum repente fit dei: intacta nesciens virum verbo concepit filium: quod ante per multa tempora multipharie multisq̄ figuris fuerat prenunciatum. Ut eni inquit beatus Bernardus super missus est: vnus fuit spiritus prophetarum: licet diuersis modis: signis ⁊ temporibus eandem rem: diuersi non diuerso spiritu ⁊ preuiderunt ⁊ predixerunt. Qō enim Moisi monstratuz est in rubro et igne. Aaron in virga ⁊ floze. Gedeoni in vellere ⁊ roze hoc aperte vidit Salomon in muliere forti in precio eius: hoc postea apertius in femina ⁊ viro: apertissime Isaias in virgine ⁊ deo: dicens septimo capitulo. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel: quod interpretatur nobiscum deus: butirum ⁊ mel comedet: Butirū id est innocentiam: ⁊ mel misericordie: hanc misericordiam in summo communicauit matri sue: vt sicut ipse est pater misericordiarum: ita et ipsa mater misericordie nuncupetur. Misericordia autem nil dulcius sapit miseris: nil crebrius iuocatur. Hinc beatus Bernardus in sermone de assumptione. Signum magnum sic ait. Non erat bonum nobis hominem esse solum: congruum magis erat vt adesset sexus vterq̄ quorum corruptioni neuter defuisset. Fidelis tamen ⁊ prepotēs mediator dei ⁊ hominum Christus Jesus. Sed i eo diuinam homines reuerentur maiestatez. Absorpta enim videtur in deitatem humanitas: non q̄ sit mutata substantia: sed assumptio deificata: quia scilicet ille homo est vna persona cum deo. Non sola autem cantatur in illo misericordia cātatur pariter ⁊ iudicium: quia ⁊si didicit ex his que passus est compassionem vt misericors fierz: habet tamen ⁊ iudiciariam potestatem: deniq̄ et deus noster ignis consumens est. Quid ni veretur homo ad illuz accedere. Itaq̄ iam nō videbitur ipsa mulier benedicta otiosa. Inuenietur eq̄dem ⁊ locus eius in hac reconciliatione. Opus enim erat mediatrice ad mediatorem istum. Crudelis mediatrix. Eua per quam serpens antiquus pestiferum: et ipsi viro virus infudit.

Sed fidelis Maria scilicet ⁊ pia: que salutis antidotum viris et mulieribus propinauit.

Illa suggessit puaricationem. Hec ingessit redẽptorem per conceptum suum: quo dei filium excepit in domũ suam. Quid ergo ad Mariam accedere trepidat humana fragilitas: nihil est i ea asterum: nihil terribile: tota suauis est: hec. b. Ber. Quia igitur plena misericordia: ⁊ nil miseris misericordia dulcius aut crebrius iuocatur: ideo frequenter imo cõtinue in nostris miseriis quibus pleni sumus recurrendũ est: ⁊ ipsa inuocanda vt nobis subueniat. Idem b. Ber. Sileat misericordiam tuam virgo beata: si quis est: qui inuocata in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse. hec ille. Hec igit domus est misericordie: que excepit patrem misericordiarum in domum suam.

Quantu ad tertiu. §. III.

hodie beata Maria excepit Christum plenius et iucundius in domũ suam: tam anime q̃ corporis quia per glorie receptionem. Ita eni fuit recepta in domo patris celestis: vbi sunt multe mansiões id est differentie premioꝝ: q̃ ⁊ ipsuꝫ recepit in domum sue mentis: per lumen glorie. Et impletum est illud quod per Aggeuꝫ predixit. ij. c. Implebo domum istam gloria. Si enim de dilectore suo Christus ait Jo. xiij. Ad eum veniemus ⁊ mãsionem apud eum faciemus scilicet in domo mentis sue ego ⁊ pater ⁊ spiritussanctus: multo magis dicenduꝫ est de quolibet sancto perueniente ad gloriaꝫ: vbi est perfectissima dilectio: que hic esse nõ potest: q̃ anima beata recipiat Christum i domũ anime sue per lumen glorie. Qui enim manet in charitate in deo manet per fruitionem ⁊ deus in eo per cõprehensionem: ⁊ claram visionem. Res enim amata dicitur esse in amante per cognitiõeꝫ ⁊ affectum. Non fuit autem ista exceptio cõis sed singularis super oẽs vt dicere valeat illud per excellentiam: domini est assumptio nostra quasi dicat non angeli vel sancti me assumpserunt seu associarunt egredientem de mundo sicut legitur de Lazaro vlceroso: ⁊ de sancto Nicolao: ⁊ alijs sanctis. Sed ipse dominus me assumpsit ⁊ associauit: ꝟm illud p̃s xxvi. Quoniã pater meus. i. mũdus ⁊ mater mea. i. omnis cõcupiscentia ⁊ mala inclinatio: dereliquerunt me: vt nihil sui iuenirẽt in me: qõ nulli sanctoꝝ concessum est. Ideo oñs assumpsit me per se personaliter accedens vt magis honoraret. Sic enim dicit. b. Hiero. Credẽdũ ẽ: q̃ ipse saluator per se totus festiuus aduenerit: ⁊ eam i throno suo collocauerit. Et quia vbi dominus ibi ⁊ familia eius. Ideo ⁊ milia miliuꝫ angelorum qui domino ministrant: vt vidit Daniel cum Christo aduenerunt. Assumpta est Maria in celum vt canit ecclesia scilicet a filio gaudẽt angeli ⁊ ceteri eam associantes. Uidendum igitur circa huius assumptionem.

Unde assumpta.
Quomodo assumpta.
Quo assumpta.

Assumpta ũtiq; §. IIII.

est de hoc mundo: vnde. b. Hiero. Hodie regina celi de hoc seclo nequam eripitur. Sed vt nobis preberet exemplum qui oẽs hẽmus facere transitum istum: voluit sanctissimos viros scilicet apostolos in suo transitu adesse. Sacra suscipere: ⁊ sine dolore migratam sepulture apl̃os demandasse. Testatur autem Dio. pauli apli discipl̃s: i li. de diuinis nominibus apl̃os interfuisse dormitõi beate Marie et Dio. cuꝫ eis. Quod ⁊ optauerat ad sui consolationem. Cõiter enim dicitur ipam post ascensionem filij. xij. annis superuixisse: vt sexagenaria esset in morte. Et in hoc nos instruit: vt in infirmitatibus grauibus et mortalibus: debemus querere habere pñtes seruos et seruas dei: q̃ orationibus insistant: verbis ad patiam et penitẽtiam et fiduciam de diuina misericordia hortenẽ. Multe enim tunc sunt insidie diaboli. Sed totũ fit contrarium. Non vocatur adiutor nisi corpis. Tota cura est consanguineorum quod eis dimittat bona sua. Sacerdos vel seruus dei aliquis vix potest ingredi: ne inducat ad restituendũ ablata. Quanuis autez non reperiatur in sacra scriptura vel historia: quod ipa susceperit sacia: tamen pie credi potest hoc fecisse: non quia eguerit: sed vt exemplum nobis preberet: sicut et filius suus ⁊ baptismũ suscepit et eucharistiã. Hoc etiaꝫ Alb. tenet in libro super missus est. Igitur sic et cõionẽ in fine sumpsit et extremam vnctionem secunduꝫ Alb: et confessionem: nõ de peccatis que non habebat: sed confessionem diuine laudis: se indignã insinuãs tãti beneficij. Cuius confessor dicit idez fuisse Johannes euangelista. Et hoc est de quo debent solicitari: tam infirmus quam amici eius et noti: vt sacramenta confessionis: ⁊ cõmunionis: extreme vnctiõis suscipiant in tempore suo et deuote: et nõ cuꝫ amiserit loq̃lam vel sensũ. Mi grans autem de hoc seculo dolorẽ non sensit: vnõ in collecta dicitur q̃ in hac die mortem subijt tẽporalem: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit id est doloribus mortis. Corpus autem eius ab apostolis venerabiliter fuit sepulture mandatum: non cum pompis mundi: quanuis meretur omnem honorem: vtpote quia regina: non soluꝫ mundi sed ⁊ celi: non cum clamoribus ⁊ incisionibus faciei vel capillorum vt faciunt fatui: sed cuꝫ hymnis ⁊ lachrymis p̃s: nõsuper altari collocatum vel loco eminenti vt in templo: sed in loco humili scilicet in valle Josaphat: vbi ostenditur locus sepulchri eius: humilitatem in fine sicut in vita semper insinuans.

Quō modo autem. §. v.

sit assumpta. Sciendum q̄ fuit assumpta in celū valde magnifice.
Cum beatorū associetate.
Cum angelorum admiratione.
Cum corporis resuscitatione.

De primo sicut de beato Martino canit ec clesia quod refert Sulpitius in eius transitu sanctorum canit numerus angelorum: exultant chori omniumq̄ celestium virtutum occurrit psallētium exercitus: quanto magis credendum est i assumptione beate marie concurrerit tota celestis curia. Unde in sermone qui intitulatur Grego. magno glorificemus uirginem: quaz hodie para disus excepit gaudens: quam angeli cum laudib⁹ prosequuntur: quam angelorum chorus venera tur: scilicet vt magistram eorum quam martyres beatificant candidati: ut martyruz capitaneaui: quā sanctorum confessorum stolatus cōcelebrat numerus: vt precipuam confessorū operuz perfectionez: cui hodie sanctarū virginuz cum suis palmis victricibus exultans occurrit exercitus. Hec est enim in cuius utero ecclesia coniuncta est federe sempiterno. Hec ille: in cuius figuram legitur. Q̄ Dauid reducens archam domini in hierusalem cum septem chorīs: ⁊ innumera multitudine hominum associauit cum magno tripudio et letitia. ij. Regum. vi. Archa ista ut dicetur est beata Maria: quam Dauid ideſt dominus iesus reduxit in hierusalem: associatus cum ingenti gaudio ideſt cum septem differentijs beatorum: scilicet patriarchis ut Abraham: Isaac: et Jacob ⁊ alijs prophetis ut Isaia: Dauid: hieremia: Ezechiele: et Daniele: apostolorum ut iacobi maioris: martyrum vt baptiste Joannis. Innocentum machabeorum: stephani et aliorum confessorum vt simeonis gamalielis et aliorum. Sanctarum virginum que eam imitate sunt post christi ascensionem. Nam septimus chorus fuit angelorum innumerabilium. Et beatus Hieronymus in sermone. Credendum est festiue genitrici dei obuiam aduenisse militiam: eamq̄ ingenti lumine circunfluxisse: et ad thronum eam cuz laudibus et canticis perduxisse: celestemq̄ hierusalem tunc ineffabili letitia exultasse. Ex immensa autem gloria eius angeli admirantes fecerunt questiones: sicut et christo in celum ascendente. Unde admirans spiritussanctus de ea sic ait. Que est ista que sic ascendit per desertum sicut virgula fumi: ex aromatibus mirre et thuris: ⁊ uniuersi pulueris pigmentarij cantico. ij. ut dicit beatus Hieronymus in sermone. Admiratur spiritussanctus: quia admirantes facit scilicet angelos eius in assumptione. Ascendit autem de hoc seculo nequam ad celi fastigium sicut uirgula diminutiue per humilitatem. Erecta tamen per erectam in deum intentionem fumi salientis ⁊ se dilatantis per contemplationem et dilectionem. Ex aromatibus thuris per odoriferam orationem mirre per ueram sensuum mortificationem: ⁊ uniuersi pulueris pigmentarij: omnium scilicet virtutum perfectionem. Quibus respondet Jsaias. Hec est de qua predixi. Egredietur uirga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet scilicet christus iesus de virgine ista. Beatus Bernardus ad hec. O virgo uirga sublimis in quantum sublime uerticem sanctum erigis usq̄ ad sedentem in throno: usq̄ ad dominum maiestatis: virgo vere planta celestis: planta pretiosior cunctis: sanctior vniuersis: o vere lignum uite: quod solum dignum fuit portare fructum salutis.
Secunda quoq̄ hierarchia admirans de magnificentia glorie eius inquit. Que est ista: que proceditur quasi aurora consurgens: pulchra ut luna: electa ut sol: terribilis vt castrorum acies: ordinata. Cantico. v. Progreditur ultra nos: et supra nos graditur quasi aurora rutilans dilectione: ⁊ sicut aurora media est inter noctem et diem habens satis de luce: sic ista medium tenuit interstatum uiatorum: qui sunt in nocte mundi tenebrosi et inter statum comprehensorum: qui sunt in die clare visionis. Supra omnes enim sanctos viatores est et satis propinqua perfectioni beatorum fuit. Pulchra ut luna: quia sicut luna plena precipue illuminat tenebras noctis: sic ista peccatores et tribulatos. Electa ut sol: quia sicut sol illuminat diem: sic illa iustos ⁊ pios: et sicut radios suos ubiq̄ diffundit: clarior et plus influens in inferioribus q̄ ceteri planete: sic ista clarior cunctis sanctis beneficia sua vbiq̄ diffundit. Terribilis vt castrorum acies ordinata. Terribilis demonis plus omnibus sanctis virtutibus omnibus armatis. Quibus respondet Dauid p̄s. xliij. dicēs. Hec est illa de qua predixi. Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato circundata varietate. Regina utiq̄ celi assistit semper ante deuz: recta sterit sine inclinatione ad aliquod maluz: a dextris scilicet in potioribus glorie: in uestitu deaurato sapientie ⁊ charitatis summe: circūdata uarietate omnium priuilegiorum sanctorum. Demuz et tertia hierarchia et ipsa stupens ait ō ea. Que est ista que ascendit de deserto delitijs affluens: innixa super dilectum suum. Cantico. vi. De deserto ascendit: quia de seculo quod desertum est virtutibus ⁊ quiete. Ipsa tamen sanctissima sine signo alicuius peccati: sopitis omnibus in ea passionibus. Ascendit autem super cherubim: delitijs ideſt nobilissimis uirtutibus affluens: ut exponit beatus Bernardus. Innixa super dilectum

suum scilicet filium quasi unum cum eo. Quib⁹ respondet illa sancta Judith formosa corpore et casta: speciosa anima: hoc est per gesta mea figurata. Nam sicut occiso holoferne a me inimico populi dei facta terribilis exercitui eius occurrit mihi obuiam ciuitas hierusalem cuz summo pōtifice congratulans de uictoria per me facta ⁊ plurimum laudans et dicens. Tu gloria hierusalem. Tu letitia israel: tu honorificentia populi nostri benedicta eris in eternum. c. xv. Sic beatissima ista Maria pulcherria cōpore: pulchrior anima ⁊ admirabilis oculis omnium: acta uictoria de inimico humani generis infernali cum reuersa est huc: superna hierusalem cum pontifice summo christo qui ad eam accessit laudans et beatificans eam admirans tantam uirtutem. Tertio est assumpta cum corporis resuscitatione. Hoc autem pie creditur a fidelibus ⁊ a doctoribus cōfirmatur. Quod etiam uidetur sensisse psal. cxxxi. cum ait. Surge domine in requiem tuam tu ⁊ archa sanctificationis tue. Surrexit dominus iesus non quo ad deitatem: que nunquam cecidit in aliquem defectum: nec anima eius que nunquam peccauit: et in passione secundum partem intellectiuam summa requiem habuit. Sed quo ad corpus quod post afflictiones innumeras cadens in mortem surrexit: ⁊ ascendens in requiem eternaz iuit. Archa autez sanctificationis fuit corpus matris: in q̄ fuerunt vt in archa ueteri figurata loco uirge sceptrum deitatis: loco legis anima sapientissima: loco mane dulcedo carnis. Hec igitur archa sanctificationis ideſt plena sanctis rebus surrexit in requiem corpore assumpto in celuz. Hoc beatus augustinus testatur in sermone dicēs. Putredo ⁊ uermis opprobrium sunt humane conditionis a quo marie natura excipitur: quam iesus de ea assumpsisse probatur. Idem thronum dei thalamum domini: tabernaculum christi ideſt cōpus uirginis: necesse est ibi esse: ubi ipse est. Hoc thesauruz congruenti⁹ est celo seruari q̄ terra. b. Bernar. ät hoc tali rōne confirmat. Si corp⁹ beate marie remansisset in terris: uidetur christus cōtēpsisse uel minus curasse de matris sue honore: cū tñ eaz sēper sūme honorauerit ⁊ dilexerit. Nā corpora sanctorū quia in terris remanserūt: et locus ubi quieścūt notus hominib⁹ habeatur: multi accedūt ad ea ueneranda: ut pz de aplis. b. Petro: paulo: iacobo: nicolao: ⁊ huiusmōi. Multo magis uisitaretur a fidelib⁹ corp⁹. b. marie: si eēt i terris. Nō ergo passus fuisset filꝰ locū eius ignorari: ut honorareť a cūctis: si nō esset in ceľ assūptū. Qñ ät resuscitatū assūptuz fuerit: ignoratur. Aliqui. n. dicūt ipa die p⁹ sepulturā eius. Alij tertia ad similitudinē filij. Alij quāto die ut legitur i reuelatiōib⁹ bte elisabet sibi ab angelo itimatum.

Quantum ad ter. §. VI.

tiū scilicet quo fuerit assumpta seu ubi collocata canit ecclesia: ⁊ asseuerant omnes doctores: quia exaltata est super choros angelorum unde super omnes puras creaturas. Unde secundum Albertum. Sicut inter naturam increatam diuinam ⁊ naturam creatam rationalem mediuz est humanitas christi unita deitati: et sic de extremis participat: quia natura de extremo ad extremum transit per medium: ita inter naturam puram glorificatam: et naturam unitam deitati quasi extrema ponitur medium beata Maria: vtpote mater eius: quod unitum est: que tamen ipsa pura creatura est non unita deitati. Et sic super omnes angelos ⁊ sanctos est: sed infra christum. Et hoc ipsa innuit: dicens Ecclesiastici xxiiij. Radificaui in populo honorificato: populus maxime honorificatus est cetus angelorum et sanctorum. Radix autem est principium arboris. Imaginemur ergo summitatem perfectionis glorie beatorum esse in seraphim ordine supremo. Et ibi incipit perfectio gratie et glorie uirginis extendens se erga filium incarnatum.

De hac Gerardus in omeł. suis. Solus dominus iesus christus potest hanc uirginem magnificare: quemadmoduz fecit: vt ab ipsa maiestate laudez continuo accipiat et honorem: angelicis stipata choris: archangelorum uallata terminis: thronorum hincinde possessa iubilationibus: dominationum circuncincta tripudijs principatum circūsepta obsequijs: potestatum amplexata plausib⁹: uirtutum girata honoribus: cherubim circūstantiata himnificatiōibus: seraphi possessa undiq; i effabilibus cantionibus. Ipsa quoq; ineffabilissima trinitas hymni tripudio sibi applaudit: atq; sua gratia in ea tota redundante: omnes eidez attendere facit aplorum splendidus ordo ineffabilr gliam illam extollit. Martyrum multitudo omnimode supplicat dñe tante. Confessorꝝ exercitus inumerabilis continuū sibi personat canticum. Uirginū cādidissima contio iugē choreā ad suaz celebrant gliam. Jnite ēt infernus sibi iubilat: ⁊ pacissimi demones conclamāt. hec ille. Nō ät otiosa ibi manet: sed in supremo sita poli nos cōmendat sue proli: curans ⁊ iustis ⁊ pcōribus subsidia salutis mentis ⁊ corporis. Hec ē inḉt fulbert⁹ epūs i sermone: q̄ quōdā in auxiliuz magni patris basilij milit sctm angelū: qui ⁊ mortuū suscitauit. s. mercuriū militē martyrē: q̄ egressus de tumulo lanceā suā in ecclia appensa arripiens ipsū iulianū apostatā impatorē psecutorē fideliū: qui minatus fuerat basilio in reuersione sua ex plio ꝑ pas: euersuꝝ ciuitatē cū hitatoribus suis: vbi presulabatur ipse basilius: vulnerauit ad mortē: vñ

ꝛ mortuus est. Ipsa beata Maria theophilū archidiaconum: quia iniuste sua dignitate priuatus fuerat: impatiens tante iniurie per adiutoriū magi diabolo se tradiderat: instrumentuz super hoc cōficiendo: ꝛ ei offerendo: vt recuperaret dignitatem ꝛ honorem amissum: quod ꝛ secutū est. Sed postea penitentiam ꝛ ipsam uirginem inuocantē de faucibus diaboli eripuit. Ad tronū igitur gratie eius ꝛ domum glorie recurramus: vt inueniamus misericordiā in tēpore opportuno Amē.

Titulus. xvi. de dono sciētie.
De dono scie q̄d sit: ꝛ ad q̄d se extēdat. c. j.

Otum fac mi

chi domine finem meuz: ꝛ numerum dierum quis est: ut sciam quid desīt mihi ps. Cum gloriosus deus sit finis vltim⁹ hominum: ad quem facti sunt: quia fecit deus rationalem creaturam: vt summum bonum intelligeret: intelligendo amaret: amando possidēt: possidendo frueretur: vt ait magister in. ij. senten. di. i. tamen pauci sunt: qui hoc attendant pre occupationibus et uicijs impediti. Et ideo orandum est cum psal. ut notum faciat hunc finem nobis. Sz ꝛ numerum dierum nostrorum quis est in presenti: quia breuissimi ꝛ incerti. Dies enim mei velociores fuerūt cursore: ait Job nono capitulo: quod quia non aduertunt homines: sed quasi lōgiores sint ꝛ prolixi temporis: ideo parū sibi uacant: ꝛ inde non sciunt: nec scire cupiunt: quod ōsīt eis virtutis et bonitatis: vt assequi ualeant finem suum. Sed finito cognito per donū scientie potest quis scire quid sibi desīt ad bene conseruandum i medio nationis praue ꝛ peruerse. At contra dicit dominus Isaie quinto. Propterea populus meus ductus est captiuus: quia non habuit scientiam: ꝛ dilatauit infernus animam suam: ꝛ aperuit os absq; vllo termino. Sed scias per hoc donū: quo modo te oporteat conuersari in domo dei: que ē ecclesia dei uiuentis: ait apostolus i prima ad thimo. Circa donum scientie consideranda sūt tria.
Primū significatio nominis.
Diffusio muneris.
Appropriatio beatitudinis.

Quantum ad pri §. I.

mum scilicet quid significet scientia. Notandum est q̄ nomen scientie importat certitudinez cognitionis et iudicij per discursuz rationis. Unde omnis certitudinalis cognitio alicuius per rationis collationem dicitur scientia. Ad hoc autem q̄ intellectus humanus perfecte assētiat ueritati fidei duo requiruntur. Primum est: vt sane capiat ea que proponuntur: ꝛ hoc pertinet ad donum ītellectus. Secundū est: vt habeat certum iudicium de eis discernendo credenda a non credendis ꝛ agenda a uitandis. Et ad hoc est necessariuz donū scientie. Et sicut scientia que est uirtus ītellectualis habet certitudinem de rebus creatis ex ratione demonstratiua: et ideo est secundū humanum modū: ita scientia que est donuz spiritussācti habet certitudinem de rebus credendis ꝛ agendis supra humanum modum ex presentia spiritussancti. Dec beatus Thomas in scripto super tertio sēten. di. xxxv. arti. iij. q. i. Sed ad maiorem horum declarationez secundū Rai. in summa. Sciēdum est: q̄ certitudo iudicij de aliquo fit duobus modis. Uno modo per causam altissimaz: ꝛ hoc vel simpliciter: et sic sapiēs dicitur: qui nouit altissimam causam simpliciter idest ipsum deum uel secundum quid idest in aliquo genere in quantuz per illam potest de alijs iudicare: ꝛ sic est sapiētia que est virtus intellectualis. Nam sapiens in uno quoq; genere dicitur: qui nouit altissimam causā in illo genere: per quam potest de omnibus illius generis iudicare. Allio modo certitudo iudicij fit per causas secundas vel iferiores. Et talis certitudo dicitur scientia. Et ideo sapientia i hoc differt a scientia: quia sapientia est cognitio rerū diuinarum. Scientia vero est cognitio rerum humanarū. Secundū est ex diuerso: vel ex differentia medij cognoscendi assumitur differentia inter sapiētiam et scientiam. verbi gratia. Cum per res creatas cognoscimus deum: hec cognitio magis pertinet ad scientiam q̄ ad sapientiaz ꝛ econuerso. Cū de rebus creatis secundū rationes diuinas iudicamus: hoc magis spectat ad sapientiam q̄ ad sciētiam secundū beatum Thomam secunda secunde. q. ix. arti. ij. Tertium quod est considerandū: est q̄ sciētia que est donū ad quattuor ordinatur que sunt nobis necessaria ad salutem: scilicet ad speculationem: operationem: conuersationem: ꝛ administrationem. Donuz scientie ordinatur ad quattuor. Primo ad speculationem: quia scilicet per donuz scientie scit pro certo quid fide tenere debeat: ꝛ discernere credenda a non credendis. Unde Cyprianus in lib. de lapsis ait. Mādāt aliqua martyres fieri: sed si iusta sunt: si licita: si non contra dominum ipsum: ac dei sacerdotem idest prelatū facienda sunt. Mandāt sancti martyres aliqua fieri. Sed si scripta non sunt in lege domini que mandant: facienda non sunt: ante est vt sciamus eos illa a domino impetrasse que postulant: ꝛ tunc facere quod mandant. Non enim statiz uideri potest de diuina maiestate concessū: quod fuerit humana pollicitatione promissum. di. l. Si quis. Hinc et Augustinus in enchiridion ait. Longe tollerabilius est in his que a religione

ſe iuncta ſunt mentiri q̄ in his ſine quorum fide vel notitia deus celi nō poteſt falli. xxij. q. ij. in ip ſarum. Secundo ſcientia ordinatur ad opera tionem. Non enim cognitio rerum quantum ad ſuas naturas et quidditates pertinet ad donū ſci entie ſed ſola cognitio practica: qua homo ex pre ſentia ſpiritusſancti vt ſupra dictum eſt: quandaz certitudinem concipit de agendis. Unde donum ſcientie ſecundario ſe extendit etiam ad operatio nem: ſecundum q̄ per ſcientiam credibilium ꝛ eo rum que ad credibilia conſequuntur dirigimur in agendis ſecundum illud Jacobi. iij. Scīēti bo num ꝛ non facienti peccatum eſt illi: vbi gloſa. Sciens benefacere ꝛ non faciens maius peccatuz habet: q̄ ſi neſciret: quanuis ignorantia boni ſcili cet neceſſarij ad ſalutem magnum ſit peccatum: cum ſcriptuz ſit. i. ad Cor. Ignorās: ignorabitur. Unde ꝛ beatus Gregorius in lib. moral. Qui ea que dei ſunt ſapiunt: a domino ſapiunt: ideſt ap probantur ea operando. Qui ea que dei ſunt ne ſciunt: a domino neſciuntur: ideſt reprobātur. Et qui ſtultus fuit in culpa: ſapiens erit in pena. diſ. xxxvij. Quia ea. Et chriſtus luce. xij. Seruꝰ qui ſcit uoluntatem domini ſui: ꝛ non facit plagis ua pulabit multis. Beatus thomas ſecunda ſecunde q. ix. arti. iij. Tertio valet donum ſcientie ad bonam inter malos conuerſationem. Unde ma giſter ſententiarum in littera in tertia di. xxxv. di cit: q̄ per donum ſcientie ſcimus conuerſari i me dio nationis praue et peruerſe: et abſtinere a ma lis. Et beatus Hieronymus ait. Habeto ſimplici tatem colūbe: et nemini machineris dolos: ꝛ aſtu tiam ſerpentis: ne aliorum ſupplanteris inſidijs. Non multum diſtat a vicio in his ſcilicet que per tinent ad ſalutem: decipere vl decipi poſſe chriſti anum. xvi. q. i. Si cupis. Quarto ſcientia que eſt donum ualet ad rectam temporalium bonoz̄ adminiſtrationem. Unde beatus Auguſtinus di cit: q̄ actio qua bene vtimur rebus temporalibuſ ſcientie dono attribuitur. Idem beatus Auguſti nus ad Macedonium. Omnes qui ſibi gaudere videntur acquiſitis: eiſq̄ vti neſciunt: alienuz poſ ſidere conuincuntur: hoc enim certe alienum nō eſt: quod iure poſſidetur: hoc autem iure quod iuſte: hoc autem iuſte quod bene. Omne igitur quod male poſſidetur: alienum eſt. Male autem poſſidet qui male vtitur. xiij. q. iij. Quid dicā. Donum igitur ſcientie facit q̄ bona temporalia licite acquiſita bene poſſideantur per bonuz uſū eorum non abutendo. Ratio autem huius eſt: qz creature ſunt: ex quibus homo occaſionaliter a deo auertitur ſecundum illud Sapien. xiij. Crea ture facte ſunt in odium et in muſcipulam pedi bus inſipientium: qua videlicet de his rectum iu dicium non habent: quia peccando per inordina tum affectum earum ponunt perfectum bonum in creaturis: vltimum finem in eis conſtituendo. Sed rectum iudicium de creaturis habetur per donum ſcientie: quod ſcilicet ſunt inferioza eo ſi ne comparatione: et ideo non preponenda ei i af fectione. Beatus Thomas ſecunda ſecunde. q. ix. articulo. iij.

De differentia §. II.

inter ſcientiam humanam et prudentiam: et ſcien tiam prout eſt donum. Si autez arguatur q̄ pro pter bonum uſum temporalium non eſt neceſſa rium donum ſcientie: vt nunc dictuz eſt: quia pru dentia et humane ſcientie uidētur ad hoc ſuffice re. Nam cum prudentia ſit recta ratio agibilium ſecundum philoſophum. vi. ethicorum: et ſciētie humane multa docent de huiuſmodi bono uſu temporalium: vt Tulius lib. de offic. Reſpondet Rainerius poſt beatum Thomaz: q̄ ſcientia que eſt donum in hoc differt a prudentia: quia prudē tia non certitudinaliter ſed magis extimatiue ha bet iudicium de agendis. Sed ſcientia que eſt do num habet certitudinem iudicij de agendis ex p̄ ſentia ſpiritusſācti: et ideo falli non poteſt. Beatꝰ Thomas ſuper tertia di. xxxv. Unde et ſapiens inquit Sapientie. ix. Mitte illam ſcilicet gratiaz tuam de celis ſanctis tuis: ꝛ a ſede magnitudinis tue: vt mecum ſit: et mecum laboret: et ſciaz quid acceptum ſit apud te. Scit enim illa omnia: et in telligit et deducet in operibꝰ meis ſobrie. Quā tum vero ad ſcientias humanas reſpondet q̄ nō ſufficiunt ad huiuſmodi rectam adminiſtratio nem temporalium: que ſcientie ex ratione demon ſtratiua acquiruntur. Sed neceſſarium eſt donū ſcientie. Et hoc triplici ratione. Tum quia ratio humana ualet ad finem naturalem: non autem ad ſupernaturalem: ad quem homo eſt ordina tus. Et ideo vt ad illum dirigat opera ſua circa tē poralia: eſt neceſſarium donum ſcientie. Tum qz rationi hūane non ſunt omnia cognita: neq̄ om nia poſſibilia neceſſaria ad ſalutem: ſicut ſcientia que eſt donuz. Ille ſpiritus veritatis docebit uos omnia ſcilicet neceſſaria ad ſalutem. Joan. xiij. Beatus auguſtinus. Conſtat nos ſine ſpiritu ſanc to mandata eius implere non poſſe. Tum quia in ſcientijs humanis poteſt eſſe peccatuz non per ſe: quia nulla ſcientia in quantum ſcientia de ſe ē mala: ſicut ſcire in quantum ſcire nunquam eſt malum: alias ſcientia malorum non eſſet in deo: quod eſt abſurdum dicere: ſed per accidens in ſci entijs humanis contingit eſſe peccatum: vel in ſci endo: vel in adiſcendo: vel conſiderando: et hoc vel ex parte cognoſcentis: vel ex parte cognoſcibi lis rei: ꝛ ſic intelligendum eſt quod ait beatus au guſtinus. In vna eademq̄ re et neſcienti ſciens: ꝛ erranti non errans recta ratione preponitur. In

diuersis autem rebus cuz vnus utiliora: alius minus vtilia uel etiam noxia quis non in eis ea que ille scit ei preferat nescientem. Sunt enim quedã que melius est nescire q̃ scire di. xxxviij. Quãuis: ubi dicit glosa: q̃ quanuis omnis scientia in se sit bona: tamen aliqua alicui ẽ mala occasionaliter scilicet propter abusum. Et ex parte quidem cognoscentis alicui est aliqua sciẽtia humana mala dupliciter. Uno modo propter occupationez dum scilicet propter occupationẽ in studio alicuius scientie impeditur ab executione alicuius officij ad quod tenetur. Sicut si iudex propter studium astrologie non intenderet causis expediẽdis: vel non esset diligens ad legendum in materia illa ut oportet: vel sacerdos curatus propter studium rhetorice vel philosophie desisteret a confessionibus audiendis: quando ad hoc tenetur: vl̃ nõ vacaret propter aliud studium materie: que pertinet ad casus conscientie. Et sic beatus Hieronymus reprehendit sacerdotes qui omissis studijs scripturarum: nimis uacant studio gentilium di. xxxvij. Sacerdotes et. c. sequenti. Secundo propter delectationem alicuius scientie ex qua aliquis uenit in contẽptum sacrarum scripturarũ: quas reuereri oportet sicut leginus de beato Hieronymo: qui propter nimiam delectationem in ornatu eloquẽtie Ciceronis prophetarum cũ legebat sermo ei horrebat incultus: eum fuisse in infirmitate constitutum: acriter redargutuz: et Ciceronianum vocatum non christianum: et grauiter propter hoc a domino flagellatum: vt di. xxxvij. legimus. Secũdo scientia aliqua est alicui noxia ex parte cognoscibilis. Et hoc tripliciter. Primo quia scibile est inclinans ad culpam: vt scientia necromantie et astrologie: in quantum scilicet per iudicium astrorum vult quis iudicare de actibus humanis tanquam necessitate procedentibus ad bonum uel malum. Et de huiusmodi dicit beat⁹ Ambrosius: q̃ astronomia et astrologia et huiusmodi despecta sunt: quia nihil ualent ad salutez: sed mittunt in errorem. Et qui his studeñt curaz anime non habent di. xxxvij. §. hinc etiam. Et de poetica dicit Isidorus in libro de summo bono: z di. xxxvij. Ideo prohibetur christianus figmenta legere poetarum: quia per oblectamenta fabularum nimium excitantur mentes ad incentiua libidinuz. Secundo quando scybile nullaz habet efficatiam vtilitatis alicuius: vt ars notaria: ad quam addiscẽdam fiunt multe obseruantie illicite et non realiter sed fantastice acquiritur opere demonum. Tertio quando scybile excedit cognoscentis potentiam. Unde dicitur Ecclesiastici. iij. Altiora te ne q̃sieris: et fortiora te ne scrutatus fueris. Altiora vocat ad que non sufficit ratio naturalis: et tamẽ ratione naturali vult talia querere: vt mysterium trinitatis: incarnationis: sacramenti eucharistie et huiusmodi: cõtra quos dicitur prouerbio. xxv. Qui scrutatõ est maiestatis oppримetur a gloria. Est ergo necessaria scientia que est donum que dirigit circa huiusmõi ad sciendum que congruunt saluti.

Secundum prin §. III.

cipale considerandum est circa scientie donuz diffusio muneris: ideſt in quibus donum scientie habet esse. Pro cuius declaratione sciendum: q̃ huiusmodi donuz ordinatur ad duo. Primo ad discretionem seu discernendum de credendis z agẽdis. Nam per scientie donum homo habens scit certitudinaliter quid credere: quid agere debeat circa necessaria ad salutem et discernere credenda a non credendis: z agenda a non agendis. Et hec scientia est in omnibus habentibus gratiam gratum facientem. Omnes enim tales ex infusione gratie habent rectum iudicium circa credenda z agenda: ita q̃ in nullo deuiant a rectitudine iustitie: et propter hoc dicitur scientiam sanctorum habere. Unde dicitur Sapientie. x. Justum deduxit dominus per vias rectas: z ostendit illi regnum dei: dedit illi scientiam sanctorum: ideſt scientiam talem qualem decet sanctos habere: ideſt in nullo a rectitudine iustitie declinare: vel sciẽtia dicitur sanctorum qua sancti eligũt temporaliter crutiari: z in eternum gloriari. Secundo sciẽtia ordinatur vel ad manifestationem vel ad eruditionem vel ad defensionem fidei. Et hec scientia pertinet ad gr̃az gratis datã q̃ magis dat ad vtilitatẽ aliorum q̃ sui: de qua dicit apostolus primo Corin. xij. Unicuiq̃ datur manifestatio spiritus ad vtilitatem scilicet aliorum. Et sequitur. Alij datur sermo sapientie: alij sermo scientie et cetera. Et hec scientia non est illa que dicitur donuz spiritussancti vnum ex septem. Nec est in omnibus habentibus gratiam gratum facientem: sed i quibusdam et non soluz in bonis sed et malis potest esse communis. Unde beatus Augustinus in lib. xiij. de ciuitate dei dicit q̃ de hac scientia nõ pollent plurimi: quanuis polleant fide: z subdit. Aliud est scire quid credere debeat: aliud ẽ scire quẽ admodum hoc ipsum pijs opituletur: et contra impios fides defendatur. Est ergo ista in predicatoribus z doctoribus z alijs nonnullis in quantũ scilicet per acquisitionem solum et studiuz humanum in scientijs etiam theologia talia didicerũt: vt ratione humana possint alios docere de credẽdis et agendis: z contra impugnantes defendere. Sed in quantum sine studio humano ex inspiratione spiritussancti ista habẽt sicut apostoli z etiam sancti doctores ecclesie: quibus ultra humanas scientias acquisitas addita fuit et ista scientia gratia gratis data a spiritusãcto. Declaratur hoc

exemplo de sensibus corporis. Sicut enim sensus corporis qui est adesse vt tactus est in omnib⁹ membris: sensus autem qui sunt ad bene esse sunt in corde tantum: per quod alia membra reguntur: ita etiam est de donis gratuitis: que dantur in ecclesia. Quedam enim sunt de necessitate salutis: et hec oportet q⁹ dentur omnibus membris christi: ⁊ huiusmodi sunt que pertinent ad gratiã gratũ facientem: vt sunt virtutes et dona. Quedam sũt que sunt ad bene esse: sicut gratie gratis date: ut operatio miraculorum: prophetia: genera linguarum et huiusmodi. Et hec non dantur omnibus membris christi: sed illis tantum quibus expedit ad edificationem fidei. Unde sicut facere miracula et prophetare non ẽ de necessitate salutis seu fidei: sed de perfectione dei. Sic et sermo scientie ⁊ alie gratie gratis date de quibus loquitur apostolus primo Corin. xij. Hec Thomas in scripto super. iij. sententiarum di. xxxv. articulo. iij. Ad hoc facit optime quod ait Beda super Joan. et habetur de peniten. di. ij. Querendum. Ubi ait. Notandum q⁹ in sanctis hominibus quãdiu mortale corpus gestant: partim manet spiritus semp: partim redditurus recedit. Manet apud eos: ut bonis insistant actibus: voluntariam paupertatem diligant: mansuetudinem consequantur: pro eterno desiderio lugeant et huiusmodi: ceteriscq fructibus spiritus insistant. Recedat ad tempus: ut non semper facultatem infirmos sanandi: mortuos suscitandi: vel prophetandi facultatem habeãt. Manet semper: vt possint habere uirtutes: quibus mirabiliter viuant. Uenit ad tempus: ut etiam alijs per miraculorum signa quales sint intus effulgeant. Melius ad propositus facit quod ait beatus Augustinus. i. q. i. dicens. Multe operationes sunt spiritussancti: quas cum idem apostolus quodam loco conuumerasset scilicet ꝑmo Corin. xij. concluſit. Hec omnia operatur vnus ⁊ idem spiritus: diuidens singulis prout vult. Aliud ergo est sacramentum quod habere etiam Simon magus potuit. Aliud prophia: quod ⁊ in malis hominibus fieri solet: vt in Saul. Aliud operatio eiusdem spiritus: quam nisi boni habere nõ possunt ideſt charitas que non est nisi cuius gratia gratum faciente et donis spiritussancti. Hec charitas proprium donus est catholice vnitatis ⁊ pacis: nec eius donum in omnibus: quia nec eius sunt omnes.

Tertium princi ·§. IIII·

pale quod consideratur circa donum scientie est appropriatio beatitudinis. Nam scientie que est donum spiritus appropriatur et conuenit tertia beatitudo: que ẽ luctus. Mat. v. Beati qui lugẽt: quoniam ipsi consolabuntur. Ubi tanguntur duo conuenientia dono scientie. Primo appropriatur scientie luctus pro merito: dum dicitur. Beati qui lugent scilicet de preteritis erratibus: vbi glosa interlinearis ait. Di scientie illustrantur: ut sciant quibus malis inuoluantur. Et Ecclesiastes. i. Qui addit scientiam: addit et dolorẽ. Secundo appropriatur consolatio scientie pro premio: cum subditur: quoniam ipsi consolabuntur. Et hoc in presenti: dum homo per rectum iudicium scientie creaturas in bonum diuinum ordinat: et in futuro talis consolatio perficietur. Unde beatus Augustinus in sermone domini in monte ait. Scientia conuenit lugentibus: qui dicerunt quibus malis coniuncti sunt: que quasi bona mali appetierunt. Beatus Thomas secunda secunde. q. ix. articulo. iiij. Et quia scientia secularis seu humana conuenit in nomine cum scientia que est donum quanuis realiter differat: cum scientia humana sit communis bonis et malis: sed donum scientie non nisi in bonis gratiam gratum facientem possidentibus habeatur. Ideo breuiter aliqua in commendationẽ earum in se: ⁊ quantum ad bonum usum earum dicetur: ⁊ exinde in detestationem abusus earum. Et q⁹ studiuz earum sit licitum patet ex hoc: quia ut dicit beatus Augustinus. A studio percipiende veritatis nullus prohibetur. viij. q. i. Qui episcopatum: qõ intelligendum est: dummodo debitus modus: et honestus finis intendatur. Nam ut ait beatus Bernardus. Sunt qui scire volunt: vt sciantur: ⁊ vanitas est scilicet superbie: ut in philosophis et gentilibus. Sunt qui scire volunt: vt sciant: et curiositas est. Non enim ut ait beatus Augustinus in cognitione creaturarum figendus est gradus: sed ad immortalia ⁊ semper mansura animus dirigendus. Sunt qui scire volunt: vt lucrentur: et cupiditas est: vt in medicis et iuristis ⁊ rectoribus qui per fas ⁊ nefas ea scientia utuntur: secus si debite. Sunt qui scire volunt: vt se edificent: vel per se alij edificentur: ⁊ charitas est. In ꝑmis trib⁹ cõiter uerificatur qõ ait apl̃s: scia inflat. In ultimis quod subdit: charitas edificat scilicet ad meritũ. Modus debitus est vt non nimis inhereat: vel vtiliores cõtemnat: vel per hoc sibi necia sciri omittat. His seruatis quod liceat his vacare ostendit hiero. sz epistolam ad Titum. Siquis gramaticam artem nouit: vel dialeticam: vt recte loquendi rationem habeat: et inter vera falsaq⁹ diiudicet non inprobamus. Geometria arithmetrica: et musica habent in sua scientia veritatez Et paulo post grãmaticorum doctrina potest proficere ad uitaz: dum fuerit in meliores vsus assumpta: di. xxxvij. Idem hiero. o. e. Qui de mensa et vino regis nolunt comedere ne polluantur: vtiqz si sapientiam atq⁹ doctrinam babiloniorum scirent esse peccatum: nunquaz acquieſcerent diſcẽ

quod non licebat: discunt autem: non vt sequantur: sed ut iudicent atq; conuincant. Quomodo si quis uolens scribere contra mathematicos imperitus matheseos risui pateat: et aduersus philosophos disputans ignoret dogmata philosophorum. Et loquitur hic beatus Hieronymus ō adolescentibus hebreorum translatis in captiuitate i babiloniaz scilicet daniele: anania: azaria: ⁊ misaele. Hinc et Beda super lib. regum. d. e. ait. Turbat acumen legentium: ⁊ deficere cogit: qui eos a legendis secularibus libris existimat prohibēdos. In quibus si qua utilia sunt: quasi sua sumere licet. Alioquin nec ipse magister gentiū scilicet paulus aliquos versus poetarum in suis scriptis allegaret. Et ut ait Gratianus. d. e. quod precepit dominus filios israel: ut spoliarent egyptum auro ⁊ argento moraliter instruens: vt si aurum sapientie siue aurum eloquentie apud poetas inueneri mus in usum salutiferum eruditionis uertamus. In leuitico quoq; primitias mellis ideſt dulcedinē humane eloquentie domino iubemur offerre. Ex quibus patet q̄ de se maluz non est vacare scientijs secularibus.

Q aūt nō solum §. v.

liceat: sed etiam debeat quilibet fidelis in scientijs secularibus studere probat: dominus Joānes dominici in libello qui intitulatur lucula: arguendo tamen non asserendo sic. Quilibet catholicus deum debet imitari quantum potest. Sed deus nō solum habet omnem ueritatem: sed est omnis ueritas. Igitur cuilibet catholico studere conuenit omni veritati quantum potest. Sed in secularibus scientijs sunt multe veritates: ergo debet christianus scientias seculares acquirere. In hac autē argumentatione sunt quattuor propositiones: q̄ probari possunt de facili scilicet q̄ deū debet imitari quilibet quantuz potest: ⁊ q̄ deus habet omnem veritatez: ⁊ q̄ deus est omnis ueritas: ⁊ q̄ scientie seculares continent multas ueritates. Prima propositio scilicet q̄ debet homo deuz imitari: deducitur tripliciter. Ex natura: ratione: ⁊ scriptura. Ex natura quidem quantum ad primum dictum est in secundo de anima: q̄ vnumquodq; ens imitatur altissimum: hoc non solum clamat suis cupiditatibus homo ad diuinam imaginem factus: sed etiam ipsa muta ⁊ que sensu carent naturali locutione clare testantur. Cur ignis sursū: graueq; quodlibet tendit deorsum. Flumina pariter petunt patrem neptunum ideſt mare: terra centrum: nisi quia cuncta desiderant esse ⁊ cōseruari in eo: in quo quiescunt scilicet in locis sibi cōgruis. Esse autem in deo est absoluturz et per se esse: a quo omne aliud esse non solum dependet: sz conseruatur in esse qualecunq; sit illud. Huic autem nature ratio mirifice fauet. Nihil enim se potest odisse dicente scriptura. Nemo iquit apostolus de homine vnquam carnem suā odio habet: sed nutrit ⁊ fouet eam. Nihilq; potest se nō amare. Differt autem amor liber a naturali: quoniaz ille partiale: hoc optimum vult bonum amato: cum nihil aliud sit amare aliquid q̄ ōsiderare vl velle bonum eidem. Hinc reor factum: q̄ deus: immensus cui loquitur sapiens dicens sapientie. xi. Diligis omnia: ⁊ nihil odisti eorum que fecisti: ceteris a se vult partialia bona non parum distincte sibi vero summum et optimum: quia libere illa se ipsum vero naturaliter amat. Omnis ergo natura se naturaliter amans quod est cunctis cōmune: deum sibi procurat pro modulo sue capacitatis inserte: vnde iam omne forum proclamat illud morale. Bonum est quod omnia appetunt. Homo igitur qui solus inter corpora est ad similitudinem dei: eiusq; glorie mirabiliter capax: ipsūq; assequi debet pre uniuersis creaturis ipsum conari debet imitari nisibus totis: quem deus assumpsit: vt non ignoraret se futurum deum esse possibilem participatione ineffabili quadam. Id ipsum clamat veritatis scriptura dicens. Estote vos perfecti: sicut pater vester celestis perfectus ē. Mat. v. Quodq; consumarent in vnuz cum deo membra christi capitis electa per eum: idem christus genitorem orauit. Joan. xvij. quando uenit eius hora: vt transiret ex hoc mundo ad patrem. ad idem hortatur apostolus ad ephes. dicēs. Imitatores dei estote ut filij charissimi. Sicut enim bonum perficit affectum ⁊ voluntatem si est uerū bonū: ita ⁊ verū perficit intellectuz. Et ideo sicut imitamur deum in bonitate virtutū perfectione: ita imitari debemus in veritatis cognitione proportionata: nobisq; reperitur in scientijs humanis. Unde idem apostolus ad ephesios ait. Fructus lucis ideſt gratie radiose qua deuz imitamur est in omni bonitate: iusticia ⁊ veritate: ut sicut iusticia que est omnis virtus et perficit voluntatez: ita ⁊ veritas perficiat intellectum: ⁊ sic habetur omnis bonitas scilicet voluntatis ⁊ itellectus.

Alie tres propositiones facile declarantur: naz secunda scilicet q̄ deus habet in se omnez scientiaz ⁊ ueritatem est satis nota apud omnes taz philosophos q̄ theologos antiquos ⁊ modernos: ita vt stulti censeantur a pe: qui dicunt. Non videbit dominus: nec intelliget deus iacob: ait eniz. Intelligite insipientes in populo: ⁊ stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurē non audiet ⁊c. Et sequitur: qui docet hominem scientiam: dominus scit cogitationes hominū: quoniaz vane sunt. i. false: cū scilicet cogitant deū nescire omnem veritatez. Est enim deus omniū de hoc loq̄ntiū testimonio

quedã mens ⁊ intellectus ifinitus: ubiq; pleſens: omniũ poſſibiliũ ratio ſũma: nihil ignorans: ſed omnia vnico actu videns. Hic eſt apud platonez mens maxima plena rerũ ideis. Apud Ciceronez ⁊ maronẽ anima mundi: tota pñs ubiq;. Hoc intellexit philoſophus clemens dicens. Nobiliora i entibus ſũt minus nobiliũ exemplaria. Ad id refertur ſenece dictũ epla. xl. ubi ait. prope eſt deus: tecũ eſt: intus eſt. Ita dico lucilli. Sacer intra nos ſpiritus ſedet: malorũ bonorũq; noſtrorum obſeruator ⁊ cuſtos: hic prout a nobis tractatus eſt: ita nos ipſe tractat: huius ſapientia ſecundũ dionyſium ariopagitã in li. de diui. no. ſe ipſã cognoſcẽs cognoſcit omnia: ⁊ materialia imaterialiter: ⁊ indiuiſibiliter diuiſibilia: ⁊ unitiue multa hic iuxta Paulũ ariopagite magiſtrum. Oia nuda ⁊ aperta ſunt oculis eius ad hebre. iiij. Sunt. n. oculi domini lucidiores ſole: qui in omni loco contemplãtur bonos ⁊ malos teſte veteri ſapiente: ⁊. b. Ambro. ſuper epl'am ad col. ait. Omnis ratio ſup'ne ſcientie vel terrene creature in eo eſt: qui eſt errũ ⁊ auctor: quẽ qui inuenit: nihil ultra querat: quia hic eſt perfecta dei virtus ⁊ ſapiẽtia: quicq; i alibi queritur: hic perfecte inuenitur di. xxxv. §. hinc etiã. Tertia propoſitio ſuper' poſita ſcilicet q̃ deus ſit omnis veritas: clare perpaucis deducitur. Deus enim eſt ſimpliciter ſimplex ſimplicitate perfecta: vt probat beatus Thomas in prima parte. Nullã. n. comixtionem: nullã mutationẽ: nullã compoſitionẽ: nullũue accidens quomodolibet in ſe admittit. Sed vt dicit boetius. Accidẽs i deo tranſit in ſubſtantiã: vt ſcia q̃ i creatura ẽ accidens: i deo ẽ ſubſtãtia ſua. Ipſe igitur ẽ eſſẽtialiter ⁊ vnice quicquid hz: q̃nimo ut propri' dicatur. Nihil hz: ſed ẽ qlibet qd a q̃cũq; creatura bonũ ⁊ bñ hẽri pot. Hãc veritatẽ nõ tacuit moyſi ſeruo dei: cui ait de ſe loquẽs: oſtendaz tibi omne bonum Exodi. Cum ergo communi modo loquendi dicatur habere omnem veritatem plene: reſtat q̃ ipſe ſit omnis veritas. Preterea ſi detur intellectus cuius actus cognoſcendi pariterq; ſil' multa vel cuncta cognoſcens: ⁊ nullatenus a potentia ſit diſtinctus: nonne fatebitur quiſq; ratione victus: ipſũ intellectum eſſe ueritatem quam nouit: cũ illla non ſit aliud ab actu intellectus ueritatem videntis. Erit igitur ſicut methaphiſicus probat: cuiuſlibet rei unuz principium: velut mẽſura omnium particularium rerum ſpeciei illiuſ cuius participatione omne eſſe eius eſt tale: tantũ ue: atq; hoc aliquid. Sic omnia flumina unum repetunt mare: unde fluunt occultis meatibus ſuis: vt dicitur Eccleſiaſtes primo. Omnes radij licet per orbem diuiſi infima tenentes ſimul ⁊ ſumma unius ſolis ſunt proles et nutriuntur ab illo: quos qui reſpici uetat prohibet ſimiliter ut ſolez uideri. Neceſſe ẽ igitur ueritatẽ amãtes ſimpl'r cõfiteri quãlibet ueritatẽ radiũ fore ab eſſẽtia diuia fluentẽ: i qua uel per quã ſicut ꝓpriã lucẽ ipſa vẽ eſſẽtia: xp̃s ꝺ̃s ait Jo. xiiij. Ego ſũ via ueritas: ⁊ uita. Uia exẽplo qua eundum eſt imitatione: ne erretur: veritas uerbo: cui inherendũ eſt firma aſſertione: ne mens obtenebretur. Uita in premio: in quo quieſcendum vt cõſoletur. Et cyprianus ait. Conſuetudo ſine veritate uetuſtas erroris: ꝓpter qd̃ relicto erroꝛe ſequamur veritatẽ: ſciẽtes quia apud eſdrã veritas ualet ⁊ ualeſcit ⁊ viuit: ⁊ obtinet i ſecula ſeculoꝝ di. viij. Conſuetudo. Hiſtoria hẽtur. ij. Eſdre. iij. vbi probatũ ẽ ueritatẽ oib' fortiorẽ: ⁊ hec ueritas deus ẽ. Quarta propoſitio ſe ingerit demõſtranda. ſ. q̃ grãmatica ⁊ alie ſcie ſeculares hñt in ſe: ⁊ docent plurimas ueritates. Unde ⁊ ſupra dictũ eſt per. b. Hiero. q̃ arithmetrica ⁊ geometria ⁊ muſica hñt i ſua ſcia ueritatẽ propter qd̃ ⁊ clemens dicit. Cũ ex diuinis ſcripturis integrã ⁊ firmã gliaz ſuſceperit veritatis: abſurdũ nõ erit: ſi ẽt aliquid ex eruditione cõi ac ẽt liberalibus ſtudijs que forte i pueritia attigerit: ad aſſertionẽ veri dogmatis conferat di. xxxvij. Relatũ. Cur ergo non ſtudendum i his ſciẽtijs: cũ oia inuocent veritatẽ: Sed ſciendum q̃ triplicez ſedẽ veritas colit. Prima eſt oratio ul' propoſitio: que dr̃ uera: vbi manet tanq̃ in ſigno. Unde eſt illud ſcholaſticum dictũ: veritas eſt adequatio rei intellecte ad intellectũ. Et illud. b. Aug. q̃ ueritas eſt qd̃ ita ſe hz ſicut cognitioni vr̃i: ſi velit et poſſit cognoſcere: ueritatis ſedes ſecunda mens ipſa i qua eſt tãq̃ in ſubiecto Ariſto. i. vij. metha. teſte: qui uerum ⁊ falſũ ai: reddit. Tertia ſedes ueritatis eſt res ipſa: que dicitur uera: vbi morarur ut in ſolio ſuo imperatrix: a nullo ente mendicans: ſed ꝓfluens imperceptibiliter a prima ueritate: ⁊ id qd̃ inde deſcendit ſine perturbatione conſeruat. Sic intuebatur veritatez Auicẽna in metha. ſua: ubi dicebat. Ueritas rei eſt proprietas: ⁊ eſſe uniuſcuiuſq; rei quod ſtabilitum eſt ei: in quantum talis res nata eſt de ſe facere veram extimationem: et i quantum propriam ſui rationem que eſt in mente diuina imitatur. Ad idem tendit uerbum beati Auguſtini dicentis. Ueritas eſt rectitudo ſola mente perceptibilis. Quid igitur trivialis portio artium eſſe cenſetur: q̃ rectitudo diuina i grãmatica: ſpecies in rhetorica: veritas in dialetica. Prime due ſunt uere: ⁊ ueritati diuine cõformes.

Et ut clareat de vtilitate harum ſcientiarum breuiter ad ſingulas deſcendamus. Grammaticam cum rhetorica ſcientiam eſſe recte ſcribendi: recte pronuntiandi: recte conſtruendi tradunt ſapientes atq; partium orationum: vocis articulate: littere: ſyllabe: pedũ: accentuum poſitarũ: orthographie: analogie: etymologie: differẽtiaꝝ:

barbarismorum : silogismorum : uitiorum : methaplasmatis: scematum troporum: prosemetrorum : fabularum : historiarumq; peritia. His radijs ueritatis diuine: uelut syderibus celum etiam sacre littere rutilant clare: quos solus illuminat sol diuinus. De harum necessitate Quintilianus in libro de arte oratoria scripsit sic: dicens. Non sunt ferendi qui artem grammaticam ut tenuem: ac ieiunam cauillantur. Que nisi fundamēta fideliter iecerit q̄cq̄d superstruxeris finaliter corruit necessaria pueris: iocunda senibus: dulcis secretorum comes Hec ille. Sed de eloquentia cui rhetorica seruit. Tulius ait: q̄ sapientia sine eloquentia parum prodest. Eloquentia sine sapientia multum obest: ut gladius in manu furiosi. Sed sapientia cum eloquentia multum ualet: docet enim clare loquendo: delectat ornate loquendo. flectit efficaciter mouendo. Unde ꝛ hester orabat ad dominum. Da sermonem rectum et bene sonantem in os meum: ut placeant uerba mea in conspectu principis: ut scilicet flecteret eum et in duceret ad exaudiendum suam petitionem quod sequutū est scilicet coram principe Assuero.

Dialetica uero omnes ambit ceteras artes abdita penetrat: tetra dilucidat: falsa repellens: ueritatez ducit in lucem: et ubiq; ualeam deum meum uidere: qui ubiq; latet obstrusus. Etsi fortasse min⁹ intelligenti minusq; deum benignum amanti he scientie viles uidentur et indigne: ut deus quera⁹ in eis uerbum: fontem sapientie excelsis meminisse debent latuisse in uirgine: iacuisse in presepio. brutorum medio feno sociatum: tectum stabulo: ponniculis inuolutum: immo ut cuncta pertranseam cruce affixum: sicut celorum fastigia tenet ad dexteram patris sine loco locatum. Certe intrabo presepium et crucem domini mei uilissimaz tota cordis deuotione amplectar ut mellifluum reperiam dominum meum. Quare ergo uetatur floryda prata: atq; stelligeros celos secularium scientiarum intrare in quibus cum iubillo ocultare uidetur. Quo ad arithmetricam ut vbi⁹ utar torquati libro primo arithmetrice sue. Arithmetrica cunctis mathematicis prior est: non modo: quia ille huius mundane molis conditor deus. p̄ma sue habuit ratiocinationis exēplar: ꝛ ad hāc cuncta constituit quecunq; fabricauit ratōne per numeros assignator ordinis inuenire concordiaz ꝛc̄. Ecce q̄ deus ipse gloriosus qui omnia constituit in pōdere: numero: et mensura: mēsura vsus ē arithmetrica: arithmetricam inspirauit ꝛ docuit. Quare ergo prohiberi debet numeris adiscēdis intendere: qui deum suum debet imitari.

De musica quid dicam humane mentis medela: quam ignorasse tam turpe fuit apud uenerādos antiquos q̄ litteras nescisse: sicut scribit Jsidorus sine cuius notitia nulla disciplina potest esse perfecta. Hac tota celorum compago subsistit. Hac uniuersa mundi moles consistit. Sine hac respublica ordinate moderari non potest. Mores corriguntur per istam: et humani animi obtinentur hec furiosos restituit sub pitagora sibi ꝛ mōbos domauit reddita sanitate narrantibus Licerone ꝛ Seuerino post eum. Quāuis insipiens erit ꝛ solo nomine homo: necessarie geometrie ignarus per quam uniuscuiusq; rei termini designantur: sicut scribit Ricardus. Fuit enim prout notat Alpharabius necessaria perspectiua qua discernit id quod apparet i uisu aliter q̄ sit: ꝛ quod apparet ita ut est. Assignat enim quibus de causis ista fiant: ꝛ hoc demonstrationibus necessarijs: docet etiam quibus modis uisus potest errare ut nō erret. Da oro astronomie nescium. Astrologiaz ignorantem quempiam: nonne uelut deridēdus infantulus: pronuntiabit sydera labi. Languere lunam Solemq; qualitate mutari: sicut succurrendum putet sono calibis et ferri: quatenus inde territus pluto proserpinam sinat ad loca superiora reuerti. Quot iberas nemas iscī uiri senes deliri ut uetule garule: de orione feroce: de ursa utraq; adriane corona recitauit precise: quia sūt astronomie utcunq; ignari. At quisquis astrologie notitia carens uirtuosos quosdam putabit uitiososq; alios: laudeue dignos: illos istosq; uituperandos: quasi uoluntarie suos actus producant: quos sola constellatio ad opera sua illos reddit procliues non necessitando: sed sensualitatem inclinando propter quod maximus astrologus tholomeus dixit: uir sapiens dominabitur astris scilicet ratione superando inclinationes ad uitia ex constellionibus procedentes. Ad philosophiam ueniamus: que rerum quas deus sūmus et solus creauit: quem per ista uisibilia cognoscimus: ad hunc solum finem pro sui magna parte creata: uires: proprietates: dignitates cum effectibus suis docet et manuducit ad methaphisicum: sic fideliter fidem catholicam profitentem atq; dicentem. Necesse est esse aliquam substantiam eternam immobilem: dantem cuncta mouēi. Substantie enim precedunt omnia entia scilicet causalitate. Si igitur omnes substantie fuerit cōrupte: omnia entia erunt cōrupta: quia destructa causa destruitur effectus. Et ideo destructis primis substantijs impossibile est aliquid alioruz remanere. Deus ergo semper est: et est intelligens p se: habetq; uitam nobilem et sempiternam. Jpse est deus unus eternus iufinite nobilitatis: et est vita continua entium: hec et multa alia scribit aristo. xi. metha. Hic et Auicenna in sua mathematica: ait. Scientia diuina est scientia de rebus separatis a materia terminis et diffinitiōe. In hac

scia queritur de primis cāis esse naturalis et eē doctrinalis: et eius qō dependet ex his: ⁊ de cā cāruz que est de⁹ excelsus: hec ē phia prima. hec ibi. Ex his omnibus apparet omnes scientias que secla res uocantur: nō solum ueritates mirificas continere: sed etiam manuducere in radiosam cogniti onem diuinam: et ideo non horrendas sed studiose colendas.

Quia p̄dicta oia. §. VI

arguendo non asserendo: prefatus uir studiosissimus ⁊ per cuncta laudabilis dominus Joā. dñici in dicto libello induxit. Rñdendo tria notat. Primo q̄ scia dei est alterius generis a nostra: vñ euz in ipsa non possumus imitari. Secundo q̄ scientia nostra etiam eminens est de paucissimis rebus ⁊ imperfecta et multis periculosa: ⁊ iō non min⁹ affectuose sed moderate querenda. Tertio q̄ per maxime in dilectione dei est imitatio ꝑcuranda: nō in scia nisi in ista que est donū: ⁊ est cū ipa charitate vnita. Dicit ergo respondēdo argumento: i. c. qō si incipitur. Bonoꝝ oiuz exñtium ⁊ possibiliū: solus capax intellectus diuinus: seculares scias nō hz. s. sicut habet intellectus creatus. Pro huius declaratione dicit quinq; consideranda circa sciam. s. subiectū: obiectū: rem: modum: ⁊ effectū. Credo ār simpliciter dicendum: hūanā sciam nō esse eiusdē generis generalissimi: quo ad p̄dicta quinq; cū scia hūana. Naz quo ad primū. s. subiectū pz qz ois scia nostra est tanq̄ accidens in intellectu humano sicut i subiecto. In deo autem nullum est accidens: nec intellectus diuinus ē subiectum alicuius transmutationis: dicente Jacob de deo. Apud quē nō est trāsmutatio: nec uicissitudinis obūbratio: sed lucē habitat inaccessibilē ꝓz aplm: propter quod irrefragabiliter tenendum ē cū tota fide catholica diuinā sciam eē uniformiē ⁊ substantialiter ipsam diuinam essentiam: qō ō nulla creaturaruz in uia nec in patria dici potest vel debet. Sed de ꝯo. s. obiecto magis ad ꝓpositum materia obuersatur. Est. n. fm Aristo. i p̄mo poste. Scia de ppetuis ⁊ necessarijs icorruptibilibus uniuersalibus: et que non possunt aliē se habere. Uidendū igit q̄ sint ista obiecta: sunt enī aut deus aut res citra deum aut quedam complexa: sicut sunt propositiones p̄olate: scripte aut p̄cepte: aut cōceptibiles. Si dat p̄mū. s. de deo assētio quidē descriptioni scibilis obiecti deo conuenire: de quo habet uerissimā noticiam que est ipse sicut profitetur ipse phs̄ p̄. metha. vñ ⁊ diu⁹ Augu. ait in li vi. de trini: deo hoc est esse quod sapientem esse: hoc est sapientem esse quod intelligere Uerū hanc sciam non hñt non solum infideles: ꝓz nec quisq; fidelis in uia. Cum scriptum sit. Deū nemo uidit vnq̄ Jo. p̄imo. ⁊ prius ipse dixerat. Non uidebit me homo et uiuet scilicet essentiam meam. Licet enim scripsit Licero libro quē habuit de creatione mundi: parentem uniuersitatis huius inuenire difficile ē: ⁊ cum iam quis inuenerit eum: in uulgus indicare nefas est: non tamen fuit inuentum a quoq̄ quid sit: sed tantum quia ē: ⁊ hoc est qō dicit Dama. Q̄ de deo scire possum⁹ quia est: sed non quid est. In quo scientia p̄prie dicta non consistit. s. scire de aliquo: quia est ⁊ nō quid est iuxta determinationem phi in. i. phisicoꝝ. Est. n. deus ut ait Lasiodorus: uirtus inexplicabilis: pietas incomprehensibilis: sapientia ineffabilis: cuius diffinitio est finē in finem in sactis laudibus non habere. Si ār dicantur obiecta scientieres q̄ nō sūt de⁹. Tūc illa sūt uniuersalia. aut pticularia. Nō p̄mū. nā vlia aut non sūt: aut a suis singularib⁹ indistincta: pticularia uero non sunt incorruptibilia ⁊ sempiterna: sed sunt tēporalia ⁊ ō fectibilia q̄ tp̄e ceperūt: et continue deficiūt: et q̄ magis solida uidentur: sicut sunt spiritus ⁊ corpora superiora: nisi omnipotens illa manutenēt hoc non cognouerunt homines seculi. Et si q̄ cuz catholicis crediderūt: nō tamen sciuerunt scientia p̄ope dictā: non. n. talis notitia ex immediatis ⁊ p se notis ꝓcedit: sed ex reuelatis et alijs nobis ig̃tis. Dimittat quedam tergiuersatio ignorātie dicentiū q̄ diffinitio scie quam dat Aristo. est scēm nām: ꝓz fm nām uniuersalia ꝓut sūt in suis particularibus: sunt incorruptibilia: cū p generationez successiuā conseruent i esse. Silr corpora superiora ⁊ spiritus intellectiui sunt fm naturā a cōruptione libera: cum corruptōis p̄ncipiū ñ habeant in semetipsis. hec eni friuola sunt. Nam nā vniuscuiuscq; rei create est illa: non quam phi credūt. ꝓz quam deus concessit. non enim natura solis ē comedere et bibere quia plures phi hoc opinati sūt. nec natura magnetis est uiuere spiritu quia tales milesius hoc affirmauerit. Uocare quippe nām illam conditionem quam homines proprio luie freti rez speculataz ab eis arbitrati sunt: ē dicere uerum falsum: et falsum uerum quod non ad scientiam sed ad tetrissimam ignorantiam nouim⁹ pertinere. Sic existimantes pugnant phisicorum schole: sese mutuo cecos uocātes. At si dixerimus obiecta scientia esse reruz incomplexa: ut modernis magis placet. Que si particulariter eē desināt desinēte subiecto in quo sunt: illa tamen non desinunt: cum sint rerum species intellectibus iuncte creato uel increato: et actus scientie generantes duo sequūtur. Primū q̄ neq; de his neq; ō significatis per ea est aliqua scientia p̄prie dicta: cuz non sint minus uariabilia q̄ sint eorum subiecta ⁊ si tortuosus anguis ⁊ colubet uersutus pernicitet tendens ad fugam dicat illam complexa de q̄

bus scientia haberi dicitur equipollere conditionalibus ueris quarum quelibet est necessaria: dicendū est q̄ scientia certissima dei non est de conditionalibus. Et q̄ quilibet homo habet rationabiliter dubitare de propositione omni a deo non reuelata: ⁊ actus primos non importante: an sit necessaria: impossibilis uel contingens: cū nemo hēat hesitare hanc Deus plura potest q̄ intellectus creatus ualeat cogitare. Nemo dicet hic stoicorum opinionem tenendam. s. q̄ nihil sciri contigat: si meminerit actus primos exclusos et stoicos non fuisse de scientia tam stricte locutos. Secundum q̄ sequitur est deum gloriosum talem sciam non habere: cum non per species: sed per p se ip̄s cuncta scibilia clare cognoscat. Ex his elicit clare una uerissima disiunctiua q̄ copulatiue realiter eq̄pollet: uidelicet solus deus de creaturis habet scientiam: uel scientia dei: ⁊ scia nostra non sūt generis eiusdem: quodcūq; detur: habetur propositū Tertium considerandum et declarandum est q̄d sit scientia p̄m essentiam: et dicendum q̄ sciētia ē lucidus et completus habitus intellectus i certaz rerum certarum cognitionem intellectiuam pducens per hoc quod dicitur lucid⁹ excluditur a scientia fides et opinio. Additur in diffinitione illa completus quia licet uniuscuiusq; rei cuius sunt conclusiones scibiles⁹ mille: tantum habeatur vna non tamen res illa per scientiam cognoscitur: cuius imp̄roportionabiliter plura fere ignoro q̄ scio. Addicit i diffinitione habitus quem eximitur actus quo quis cāu aliquid repente nouit ⁊ eiusdem notitiam amittit repente. Dicitur etiam i ea intellectus propter imaginatiuā ⁊ alias potētias que seruiunt intellectiue potentie in percipiendo: participando cū brutis. Certum est adiunctuz: q̄ ⁊si reuelaret alicui quid est anima: ⁊ ille dubiet sic esse: tunc de eo non habetur fides: cum non firmiter inhereat: neq; opinionem: quia deus opinionem non reuelat: nec sciam: q̄ p demōstratōem non certificat. Sequitur in diffinitione reruz creatarum: sub intelligitur unius uel plurium: ad differentiam sapientie que est prime cause siue diuinarum reruz cognitio. Quod ponitur ultimo seclusit scientiam ab alīs habitibus q̄ui ceteras animi potentias quocunq; modo immutant. In eo igitur q̄ scientia lucida est in uia raro conuenit: creaturis rarisq; quia Licerone in dialogo ad hortēsem probante: omnis cognitio maltis est abstracta difficultatibus. Est enim ⁊ in ipsis rebus obscuritas ⁊ in iudicijs nostris ifirmitas propter quod dicitur. Nihil est adeo indubitatum quin adhuc solemnem inquisitionem admittat. Et beat⁹ Augustinus dicit de conse. di. iūg. Sicut in sacramentis: q̄ si singuli interrogarentur. fo. sitan tot opiniones quot homines inuenirentur. Nemo etiaz Aristo. confitente alicuius rei create: habet habitum scientie completum: deo excepto. Que enim scimus ait Trimegistus: sunt pars eoruū minima. que ignoramus: ⁊ hoc cuz intellectus noster se habeat ad mānifestissima nature: sicut oculus noctue ad lumen solis. secundum Aristo. ij. metha. ⁊ sapien. ix. dicitur. Difficile estimamus que in terra sunt: et que in prospectu sunt cum labore inuenimus: que autem in celis sunt: q̄s inuestigabit. Preterea habit⁹ sic nec aliq̄ō accidēs ē i deo: sic q̄dam mathematicis de ueris et p̄mis actibus: sic p̄ stoicos disputat de reb⁹: certitudinē ñ hēmus in uia: ⁊ tamē oia nuda ⁊ apta sunt oculis dei. Igit q̄ ad eēntiā scie: non ē una ⁊ eadē genē scientie diuina et humana. Non. n, dico distingui per mai⁹ ⁊ min⁹: ⁊ iperfectū ⁊ magis perfectuz: sicut discernuntur f̄m intellectum sancti doctores theologia uiatoz a theologia p̄hensoz: sed essentialiter ⁊ infinite: cū scia dei sit de⁹: ⁊ scia hūana sit quedaz qualitas labilis. dū obtinet in uia. Eque parz hoc idē q̄ ad q̄rtū cōsiderandum de scia. s. de mō Nā oīs nostra cognitio oritum habet a sensu oīs nostra cognitio species trahit a rebus: fere nulla nostra scientia dici potest intuitiua: omnis nīa cognitio itellectiua gradatim procedit a magis vlib⁹ ad min⁹ vlia: usq; ad singularia: oīs nīa cognitio ad minus nota a magis notis. Omis nostra cognitio sillogistica ē: ⁊ discursiua: et propter hoc scire uiatoruz non solū ē distinctū a diuio scire f̄m etiaz Platonē a scire angelico. Angelus enim spēs rerum habet insertas: sensib⁹ corporalib⁹ nō utēs: equalr oia creata sine discursu cognoscēs. De⁹ vo neq; species a rebus abstrahit: neq; abstractiue: neq; successiue sed intuitiue: ⁊ vnico actu se ⁊ oia alia q̄ oia q̄ sūt i eo infinite p̄prehēdit Effect⁹ etiam scientie diuine: sunt multum distincti a nostris quo ad. v. declarandum circa scientiaz. Nā scia dei est cā rerū uoluntate coniuncta. Sed scia nostra a reb⁹ procedit: neq; hoc libito uoluntatis Scia dei ē necessaria certa. Scia autem nostra ñ solū. est contingens: sed etiā fere opiatiua seu opiniones generat magis q̄ sciam propie dictā. Dimitto q̄ scientia nostra inflat: diuina edificat nostra occidit et illa uiuificat. Cum ergo arguendo supradictum est q̄ debemus deum imitari. Sed deus habet omnem scientiam ergo ⁊c. potest antecedens deponi si vniuersaliter capiatur: aliē p̄sequentia nulla: cum ab indefinita ad uniuersalem sit uan⁹ processus. Nō: n. in omnibus debem⁹ deum imitari. uoluit enim hostis antiqu⁹ eē ut de⁹: ⁊ de celo fuit expulsus. Nec etiam in uia in modo sciendi possumus deum imitari: sed in alīs ut dicetur hec omnia predicta prefatus dominus Johannes dominici in dicto libello ponit. Cum ḡ dictum sit imittatores dei estote cum magna glo

ria sit sequi regem factorem suum ut ait Salomon Ecclesiastes. In quo permaxime debeam⁹ imitari declarauit idem apostolus subdens Ad ephe. v. capitulo. Ambulate in dilectione dei: sicut et christus dilexit nos. Non ait imitamini d̄um in potentia uel scientia sed in dilectione. nec christus ait. Discite a me scientiam: quia sapiē tia sum dei patris. Sed discite humilitatem: qꝛ mitis sum ego ⁊ humilis corde Mathei. xi. Lucifer deum imitari uoluit in potentia ut ita dixerim cupiens ex naturalibus et gratuitis a deo acceptis propria uirtute ad gloriam peruenire: dicens. Similis ero altissimo qui per se gloriam obtinet. Sed detracta est ad inferos supbia sua Isaie. xiiij. Gloriatus est nabuchodonosor de potentia sua superbiens: tanquam ex se illam adeptus: et conuersus est in beluam secundum imaginationem sui et aliorum uidentium eum. Daniel. iiij. ⁊. xvij. questōe. iiij. Mirō. alt̄ Nabuchodonosor de superbia elatus uoluit ut deus adorari: et confusus est per feminam sanctam Judith: occiso holoferne principe militie eius. Adā et Eua uoluerunt deum imitari in scientia dicē te eis antiquo serpente. Eritis sicut dij. scientes bonum et malum: et de paradiso expulsi sunt cum tota posteritate sua: humiliata infinitis miserijs anime et corporis: uoluerūt ait beatus. Augustinus: rapere diuinitatez et perdiderūt felicitatem. Sed uiri sancti qui gloriosum sanguinem fuderunt pro domino imitati sunt in morte sua deum incarnatum per dilectionem: et ideo coronas triumphales meruerunt. Abraham imitat⁹ est deum in dilectione: patriam deserens: filium offerens: et circuncidens in senectute ut deo obediret: ex humilitate se cinerem et puluerem dicens: et exaltatus est usqꝫ ad uisionem trinitatis per figuram quando tres uidit et unum adorauit. Dauid imitatus est deum in dilectione. etiam inimicorum capitalium: in humilitate se pulicem uiuum et canem mortuum uocitans: et super senes intellexit diuina mysteria. Paulus apostolus qui cupiens ex intensa dilectione dei dissolui et esse cum christo: et tamen anathema esse a christo pro fratribus suis ut conuertere ntur: primum se peccatorum proclamans ex humilitate profundissima: et minimum apostolorum: qui plus omnibus laborabat: sublimat⁹ fuit ad claram dei uisionem: quando raptus fuit ad tertium celum. Quod si quis deum uelit imitari in scientia: imitetur in ista que donum dei est: et sine dilectione et humilitate esse nō potest. Uani enim sunt omnes homines in quibus scientia dei non sapientia scilicet scientia huiusmodi: Qui enim dixerunt linguam nostram magnificabimus. labia nostra a nobis sunt: quis noster dominus est. Uani et falsi in sua elata estimatione: quia deus scientiarum dominus. i. Re. ij. falsi in suis doctrinis: nullus enim fuit qui nō falsa scripserit uani inutiles sibi: uacui uirtutibus ueris et ultimo fine beatitudinis priuati: dicente Salomone. Ecclesiastes. ij. labor stultorum interficiet eos scilicet morte perpetua quia nescierunt pergere in urbem scilicet ciuitatis superne: propter quod et dominus per Hieremiam dicebat. Non glorietur sapiens. scilicet scientia mundana in sapientia sua: neqꝫ potens in potentia sua: neqꝫ diues in diuitijs suis. Sed qui gloriatur ī hoc glorietur: scire et nosce me. Ad quam notitiam dei ualet permaxime cognitio sui: que pertiet ad patrum ad donum scientie Unde ⁊ Seneca: pricipium salutis cognitio sui. Et beatus Augusti. breuissime orans: dicebat. Deus meus nouerim me: nouerim te. quia cognitio sui uera inducit ad dei cognitionem. Quid enim prodest ait beatus Bernardus scire uires herbarum: proprietates elementorum: cursus syderum et huiusmodi: te neglecto seu ignorato. q. d. nihil. Similis per hoc est demonibus. Unde interpretantur scientes: non ergo condemnantur vacantes studio scientiarum secularium. Sed constituentes finem in huius notitia. Sicut quidam antiquorum philosophorum falso opinati sunt: ac etiam nimis eis intendentes ita ut utiliores et necessarias: ad salutem litteras contennant uel omittant cum dicat sapiens. Nihil nimis uel eis quocunqꝫ modo abutentes

Hanc autem sci. §. VII.

entiam donum spiritussancti: omni mundane scientie preponere debemus: quia hec sola ducit ad uitam non autem alie nisi cum ista. Et quanto maior in nobis dilectio est: que est vinculum perfectionis ut ait apostolus ad col. iij. ⁊ quanto maior humilitas que dilectionem in altum erigit tanto maior huius scientia spiritussancti habetur. Et ipsa scientia salubrius cunctas docet scientias alias moraliter ut patet discurrendo per paucis. Docet grammaticam scilicet recte loquēdi et recte scribendi. Linguam enim quam ut dicit Jacobus nullus domare potuit scilicet ex se inquietum malum et plenam mortifero ueneno: peruerse loquentem ⁊ peius scribentem: hec dirigit ut loquatur recte: ⁊ propterea in linguis spiritus sancto qui eaz infundit igneis apparuit. Rhetoricaz suggerit: ita ornate perorātē nō ī psuasibilibus humane sapientie uerbis sed in ostensione spiritus et uirtutis ut preueniāt pricipes angelorum coniuncti psallentibus ⁊ principem principum deum: qui nullis uiribus superari potest:

flectat oratio publicani: vicatq; inuincibilem: ⁊ ligat omnipotentē moysi deprecatio. O q̄ utilem dialeticā verū a falso discernentem. ff. per donuz scientie infundit: cū enim in tentando sophistice sillogizet hostis antiquus: vt conuincat sub specie boni exempli gratia sic. Omne bonum est prosequens: omnis fornicatio est bonum: vel adulterium: vel furtum est bonum: quia delectabile: quia utile quo ad furtum: ergo prosequere fornicationē vel furtum: cū delectabile ⁊ utile sit bonū. Sz sophisma est: ⁊ qui sophistice loquitur: inquit sapiens: odibilis est: quia decipere querit ut diabolus. Donum igitur scientie qua quis discernit in moribus uerum uirtutis a falso uicū respondit. Omne vtiq; bonum prosequendum: si est uerum bonum et honestum. Sed si fornicatio uel furtū sit bonum secudū quid: quia delectabile sensualitati: non tamen est uerum bonū ⁊ honestum. Sicut si diceretur. Omnis homo est rationalis: sed homo pictus est homo: ergo est rationalis: falso concluderetur: quia pictus est homo secundum quid. i. secundū apparentiā seu representationez. Sed cū dicebat. Omnis homo est rationalis: intelligitur de homine vero et simpliciter. Docet ergo scientie donū i actibus uiciorum non esse ue ū bonum: sed verum malum ⁊ apparens bonum: ⁊ ideo declinandum ad arithmetricā deducit scientia spiritus numeros multiplicantem: vt scilicz peccata singula dinumeret cuz suis circūstantijs: vt declarat. b. Aug. de pe. di. vi. ⁊ p singulas noctes uiciorum lachrymis lauet conscientie lectum. Suggerit spiritus etiaz beneficia numerare a deo collata: que tot reperiuntur: vt vir optimus algorista ualeat recensere sicut nec guttas maris. Numerat quoq; numerū dierū quis esse potest: ⁊ uidet quoniam mille anni ante oculos dei tanquaz dies hesterna que preterijt: ⁊ totuz tempus ab initio mundi vsq; in finem esse sicut momentum stare ⁊ guttam roris comparatione uite perpetue: vbi omni bono anime sanctorum fruuntur. Talem armoniam ⁊ melos secundum musicam morum spiritus menti inserit exercendam: vt dicat spōsus. can. ij. Sonet vox tua i auribꝰ meis: vox enim tua dulcis. Et ps. Jubilate deo omnis terra: cantate: exultate: ⁊ psallite i cithera in tubis ductilibus: ⁊ voce tube cornee. In psalterio timpano ⁊ choro: ⁊ in cimbalis bene sonantibus: que uoces significant diuersos animi motus secundum varias uirtutes deum laudantium mensurare tē poralia facit geometria spiritualis: ⁊ aspitiens terram cum Hieremia uidet quia vacua est ⁊ quasi nihil. Mensurat amores suos: vt deum sine mensura diligat: certa uero omnia certa regula rationis mensurat. Dimensiones non quantitatiuas sed uirtuales mensurat in deo: ⁊ si non cum omnibus sanctis comprehensoribus: tamen per cōtemplationem in terra militantis ecclesie in diuinis. Longitudinem eternitatis: latitudinem extense charitatis: altitudinem immense potestatis: profundum sapientie claritatis. Non deficit in habente scientiam cum charitate sancta astrologia ad cursum ⁊ uirtutem solis et lune ac stellarum. Attendit considerans pie: q̄ stella differt a stella in claritate. Sic ⁊ sancti in gloria unus altero maior. Sicut ⁊ in mundo de gentibus unus altero perfectior: ⁊ diuersos effectus producunt secundum gratiam gratis datam. Nam alij datur per spiritum sermo sapientie: alteri sermo scientie ⁊ cetera. Solem quoq; contemplantur in celo: quia sicut teste ecclesiastico. Sol illuminans per omnia respicit: ⁊ gloria domini plenum est opus eius: et oritur sol: ⁊ occidit: ⁊ ad locum suum reuertitur: ibiq; renascens girat per meridiem: ⁊ flectitur ad aquilonem: ut inquit Salomon Ecclesiastes primo. Sic iustitie christus deus noster illuminat omnem hominem venientem in hunc munduz: opusq; eius in mundo plenum gloria: quam nobis procurauit: ortusq; de lucida nube virgine Maria occidit per passionem: vnde tenebre facte sunt super vniuersam terram: deficientibus cunctis a lumine fidei deitatis ipsius excepta ea.

Sed renascens sol ipse per resurrectionem postquam inferiores partes terre descendens: illustrauerat patres in umbra mortis sedentes: radios suos erga discipulos diffundit: et lumen eis restituit fidei. Hirauit autem sol iste per meridiem: quando in celum ascendens super cherubim et seraphim ignem feruidum sui amoris in penthecoste in mundum misit: nec est qui se abscondat a calore eius. Ad aquilonem flectetur ad aquilonem frigidum in fine mundi: quā do abundante iniquitate refrigescet charitas in cordibus multorum. Speculatur ille noster astrologus et lunam ecclesie: que lumen a sole mendicat christo iesu domino nostro. Et quia vt ait propheta. Elevatus est sol super omnes celos et luna stetit in ordine suo. Philosophiam edocet scientie donum: ut inuisibilia dei per ea que facta sunt intellectu conspitiat scilicet dei perfectiones: ex pulchritudine enim celoruz ⁊ planetarū ⁊ aliarū rerum pōt sciri speciositas immē si dei: ex uirtute earum virtus ⁊ bonitas dei. ex ordine earum sapientia dei ⁊ huiusmodi. Unde dicitur sapien. xiij. Si horum spetie delectati scilicz solis lune ⁊ stellarum deos putauerunt scilicet talia: sciant quanto his dominator earum spetiosior est. Spetiei enim idest pulchritudinis generator hec omnia constituit. Aut si uirtutē ⁊ opa eoruz

mirati sunt intelligant ab his: quoniam qui hec constituit: fortior est illis. A magnitudine spei et creature cognoscibiliter poterit horum creator videri. hec ibi. Cum enim non solũ secundum catholicos sed etiam philosophos deus sit prima causa omnium: ⁊ causa sit potior effectu. Et in libro de causis dicitur ꝙ omnis causa prima plus influit in causatum cause secunde q̃ ipsa causa secunda: ideo sequitur: ꝙ omnis pulchritudo: virtus: suauitas: quodcunq; bonuz vere amabile sit in deo: ⁊ ideo super omnia diligendus ⁊ in dilectione pro posse imitandus.

Et quia ad do §. VIII.

num scientie; pertinere uidetur: nosce discernere inter diuinas inspirationes: et diabolicas suggestiões: q̃ aliqñ mltũ velate psõis spualib⁹ igerũt dicẽte aplo. Ipse sathanas trãsfigurat se i angelũ lucis nõ solũ apparẽdo sensibiliter sub forma angeli boni christi uel alicuius sancti: vt habetur de beato Antonio: martino ⁊ alijs: ⁊ iuisibiliter suggerendo aliquid apparens bonum opus: sed anime noxium: vt Gregorius dicit di. xli. Sepe uicia se ingerunt: ⁊ virtutes se esse mentiuntur: vt tenacitas persimonia. Effusio: largitas: crudelitas: zelus iusticie. Remissio: pietas uideri velit. Ideo hic ponentur quedam documenta ex quodam libello: qui attribuitur beato Uincẽtio ordinis predicatorum: predicatori eximio: ⁊ sanctitate mirabili. Notandum igitur ꝙ circa tentatiões spirituales huius temporis quas procurat diabolus in cordibus aliquorum spiritualium. Primum est: ꝙ uolentes se deo totaliter subdere: desiderẽt per rationem uel contemplationem vel alia opera perfectionis: visiones: reuelationes: gustus: seu sentimenta a deo uel de deo: que sunt supra naturam ⁊ supra communem cursum eorum qui diligunt ⁊ timent deum uerissime: quasi vt ex hoc signum accipiant dilectionis dei ad eos ⁊ acceptatationis. Sed tentatio est tendens ad decipiendũ: tale enim desiderium ⁊ instigatio non potest esse sine radice superbie ⁊ presumptionis: vel intentione alicuius uane curiositatis circa secreta dei uel fragilitate fidei: ⁊ propter hunc defectum iusticia dei dimittit animam: que habet tale desiderium: ⁊ permittit venire intellectum in illusionem ⁊ tẽtationem diaboli per falsas visiones reuelatiões ⁊ sedutiones: ⁊ ut magis detur fides hosti suggerẽti aliquando vera reuelat: vt ad credendum assuefaciat: per quem modum sciant maiorem partẽ tentationum spiritualium huius temporis: et radicat in cordibus eorum: qui sunt nuntij antichristi. Debes ergo scire: ꝙ vere reuelationes ⁊ gustus seu sentimenta secretorum dei non veniunt per antedictum desiderium: neq; per aliquam coniurationem seu studium quod anima habeat in se: sed tantum ueniunt pura bonitate dei in animaz que est in magno timore dei ⁊ humilitate: ⁊ reuerentia ipsius dei: nec debet quis exercitare se i huiusmodi humilitate et dei timore propter hoc ut habeat visiones: reuelationes: ⁊ sentim̃ta de deo: quia in idem delictum caderet: quod ⁊ hoc desiderans. Sed petendum ⁊ desideranduz quod ait psal. Notum fac mihi domine finem meuz: quod scilicet est deus: vt sciam quid desit mihi virtutis ⁊ boni ad ipsum consequendum: ⁊ non ut sciam secreta eius. Secundus modus tentationis oculte diabolice ⁊ deceptorie est: cum quis in sua oratione uel contemplatione sentit aliquam consolationem ⁊ dulcedinem. Ex qua ⁊ propter quaz incipit de se presumere: ⁊ extimationem sui ipsius habere: ⁊ in ambitione proprij honoris: ⁊ reputationem talem unde suggeritur sibi dignum se esse vel huiusmodi uite glorie uel laudis vel paradisi. Scias ergo ꝙ hic latet anguis in herba: ⁊ ideo fugite o pueri. Nec admittas talem consolationem quantum in te est: quia deceptoria. Et per istam consolationem incurrit anima in plures malos errores: ⁊ dominus per suum iustum iudicium permittit postea diabolo augmentandi talem consolationem et accelerandi: ⁊ imprimere in anima illa falsissima et periculosissima sentimenta et alias illusiones quas credit veras esse. Heu heu domine deus q̃ multe persone sunt decepte per modum istum. Legitur de beato Jordane secundo magistro ordinis predicatorum: ꝙ diabolus que siuit eum decipere per hunc modum. Nam per aliquos dies eo celebrãte diabolus fecit maximũ odorem de manibus eius fluere cum magna consolatione: vt vel sic inde de se presumeret. Sed ille miratus et deceptionem timens se magis humiliabat: orans vt si tentatio erat: euanesceret quod et factum est: et ita euasit tentationem in illa consolatione non se figens sed fugiens. Et scias ait beatus ille ꝙ maior pars raptorum vel potius orabiatorũ nunciorꝝ antixp̃i est per istũ modũ. Et ideo caue: ꝙ i tua orõne vel contẽplatione nõ sustineas aliquã consolationẽ: nisi illã que uenit post perfectã notitiam ⁊ completum sentimẽtũ tue humilitatis ⁊ imperfectionis: et que facit ꝑseuerare dictam notitiã: antedictũ sentimentũ in te ⁊ magnitudinem ⁊ altitudinem dei per altam reuerentiam et cuz magno desiderio honoris dei consolatio non admittatur: et ipsa consolatio ad ueniens in predictis fundetur: ad quod potest induci versus psal. Renuit consolari anima mea scilicet in istis mundanis. Memor fui dei scilicet in oratione et contemplatione: et delectatus sum

eius memorando: non in ea tamen figendo. Sed exercitatus sum in bonis operibus: et defecit spiritus meus: idest omnis elatio mentis: et ista est uera delectatio. Tertius modus tentationis magis periculosus est: cum sub aliqua visione uel sēimento cor inducitur in opinionem uel infectionem contra aliquem articulum fidei: vel contra bonos mores: et maxime contra humilitatem vl honestatem: sicut legitur in secunda collatione abbatis Moy. de illo cui pluries diabolus ut angelus bonus apparuerat cum luce magna: qui demum ei suasit: vt filium paruū quem secum habebat occidendo deo offeret: vt ei placeret: sicut Abraham in oblatione Isaac filū sui. Sed fugiente filio non valuit quod intendebat efficere.

Et de alio qui se proiecit in puteum ex iussione angeli mali: qui vt bonis cum splendore apparuerat. Igitur tales visiones et iussiones exhorrescas quantumcunq; secreta et alta et sancta apparet: et fugias ut a ruina ꝛ demonio meridiano. Sed si appareat tibi aliqua visio cum lumine ul sine lumine et sentimento: de quo si certꝰ q; sit ex parte dei: et q; certificatus es in corde tuo: q; illud ad quod inducit visio est deo placitum noli te firmare in dicta visione. Attendendum etiam: q; nec propter magnam deuotionem: nec propter magnam vitam: nec propter clarum intellectum: nec propter aliquam sufficientiam quam uideas in aliqua persona vel in aliquibus personis non sunt sequenda eorum consilia: nec eorū modi imitandi. Ex quo apparet. q; eorum consilia ꝛ dicta clare et multum rationabiliter non sunt secundum deum et veram discretionem per vitam christi et sanctorum monstrata et per sanctā scripturam in dictis sanctorum notificata et predicta. Et propter hoc non est timendum: q; spernendo talia peccetur per superbiam et presumptionem: sed potius q; fiat propter zelum virtutis. Nolite ait Joan. in prima canonica omni spiritui credere: sed probate spiritus utrum ex deo sint. Non enim statim uideri potest diuina maiestate cōcessum: quod fecerit humana pollicitatione promissum ait Cyprianus di. l. Si quis prepostera.

Insuper et fugiende sunt et vitande societates et familiaritates illorum et illarum: qui tales tentationes seminant et diffundunt: et etiam vitande sunt persone ille que sustinent et laudant eas: et noli audire verba eorum: nec collationes eorum: nec modos eorum velis videre: quia diabolus tibi subministrabit: et ostendet magnum signum perfectionis in pluribus eorum uerbis et modis: que si velles accipere: et per ea illis credere: venires et incurreres in pericula: ruinas et precipitia errorum illorum. Sermo eorum ait apostolus p̄mo ad Thi. ij. ut cancer serpit.

Post predicta §. IX.

prefatus pōit aliqua que quilibet debet p̄ semet ipsum attendere circa personas que disseminant tales tentationes: quantum ad eorū vitam ꝛ doctrinam. Quorum primum est: q; circa tales personas non habeas magnam estimationem eorum visionum: sentimentorum: et raptuum: immo si dicunt tibi aliquid quod sit contra fidem: aut cōtra sacram scripturam: aut contra bonos mores: abhorreas eorum visiones et reuelationes tāquā stultitias: et eorum raptus vt arbitramenta seu fantastica demonum. Unde et in Ddutro. Moyses ex uerbo domini precepit dicens. Si surrexerit in medio tui propheta: aut qui somniū dicat se vidisse: et ipse dixerit signum atq; portentum: ꝛ venerit quod locutus est: et dixerit tibi. Eamus ꝛ sequamur deos alienos quos ignoras: et seruiamus eis: noli audire verba prophete aut somniatoris. Tentat enim uos dominus deus vester: ut palam fiat: vtrum diligatis eum an non. In toto corde vestro et in tota anima uestra ipsum sequimini eum timete: et mandata sua custodite: et audite vocem illius. Hec refert beatus Augustinus xxvi. q. v. Nec mirum. Et inducit ibi exemplum phitonisse: que arte sua apparere fecit diabolum sub forma ueri samuelis: vera cum falsis permiscens: vt patet primo Regum. Et subdit beatus Uincentius. Si tamen dicerent aliqua: que sunt secundum fidem et sacram scripturam et doctrinam sanctorum: et bonos mores: noli spernere: quia forte sperneres quod dei est iuxta illud apostoli ad Thi. i. prophetias nolite spernere: nec tamen totaliter confidas: quia sepe et maxime in tentationibus spiritualibus falsitas induitur sub similitudine ueritatis: malitia sub similitudine uirtutis: vt possit diabolus melius diffundere errorem. Adde quod ait Cirillus super illud luce iiij. Non sinebat christus ea scilicet demonia loq̄: quia sciebant ipsum esse christum: quanuis veritatem maximam dicerent: quam tamen non certitudinaliter sed coniecturaliter sciebant: scilicet christum esse filium dei: tamen increpabat eos p̄ hibens talem dicere veritatem: vt doceret nos nō querere a demonijs veritatem: nec si dixerit ueritatem aliquando inherere: quia ad hoc faciunt vt per illud decipiant: et ad malum inducant: et tales visiones ꝛ raptus et si non sint de falsis: uel contra scripturas potius sunt paruipendende: nisi hoc contingeret talibus personis: q; ratione sanctitatis ac discretionis et humilitatis certum quasi esset: q; tales persone non possent decipi per illusiones et ingenium diaboli. Et tunc quanuis sit pium visionibus talium personarum cōsentire: tn̄ tutius est non totaliter credere: nisi in q̄tū in eis est sententia concors cum sacra scriptura et

dictis sanctorum. Adde ad hec q̄ et ueri et sancti prophete aliquando aliqua dicunt: putantes se ex spiritu prophetie habere. Que post ea cognouerunt ipsummet ex spiritu prophetico dixisse: vt notat Beatus Gregorius in libro moralium de Nathan propheta q̄ quesit' a dauid rege si deberet templum domino construere. Respondit ei ut prophetans: q̄ faceret vt deo gratum et acceptum. Sed q̄ citius sibi fuit a domino reuelatum: ut diceret dauid contrarium. Non edificabis mihi tu inquit dominus domum: quia multum sanguinem fudisti scilicet in bellis. Sed filius tu' p̄mo paralip. xvij. Sanctas et deuotissimas religiosas Brigidam et Catherinam de senis contemporaneas satis creditur spiritu p̄phetico claruisse: multasq̄ reuelationes habuisse: et tamen vna refert sibi reuelatum beatissimam uirginem in originali conceptam ut Catherina ō senis: alia sine originali ut Brigida. Et cum contradictoria simul vera esse non possint: oportet dicere ex spiritu proprio non prophetico unam earum fuisse locutam. Sed que illa? Minores assererent Catherinam: predicatores Brigidam. Sed deo hoc relinquamus. Secundum quod est in huius attendendum: est q̄ si per reuelationem uel sentimentum vel alium modum tuus cor moueatur ad faciendum aliquod opus: et maxime opus graue et notabile: non tibi consuetum: de quo nō habeas certitudinem: an deo placeat: imo dubitas: rationabiliter contrahe moram ad faciendum dictum opus: usquequo inspexeris diligēter omnes circunstantias: et cognoscas deo placere. Unde Origenes. Lenta virtus cunctatrix ante iudicat q̄ incipiat quid decorum: quid honestum sit. Iniquitas omnia precipitat de peniten. distin. tertia. Inter hec. Non tamen de hoc iudices secundum tuam opinionem cum de se non est clarum: sed p testimonium scripture: uel per aliquod exemplū imitabile aliquorum sanctorum virorum. Signanter autem dicitur exemplum imitabile: quia aliqui sancti fecerunt aliqua opera: que nō debemus imitari: quanuis essent bona in eis. Sed potius debemus ea habere in admiratione et reuerētia. Et propterea dicit Hieronymus. Exempla paucorum communem legem facere non possūt xxvi. q. ij. Non statim: et de regulis iuris in. vi. Que a iure communi exhorbitant: in consequentiam nostre actionis non sunt trahenda. Si quis enim uellet comedere tantum locustas: et mel silue stre: quia baptista hoc fecit: cito ifirmaretur. Qui una tantum hora dormiret: quia aristinus hoc egit: infatuaretur et sic de alijs huiusmodi. Or si per te ipsum non potes in noticiam uenire: an illud deo placeat: consilium pete sed a personis bene probatis in vita et doctrina et consilio ueritatis. Tobie. iij. dicitur. Consilium semper a sapiente inquire. De dubijs proprie est consilium: et intelligitur sapiens in illo genere de quo consiliū querit: quia unicuiq̄ in arte sua perito credendū est: ait philosophus: quia experiētia est magistra rerum. Tertium quod est circa huius obseruādum est: q̄ si quis est immunis ab istis: et nunquā tales tentationes habuit: vel si habuit: liberatus ab eis fuit: dirigat cor suum ad deum: vt regratietur ei indesinenter de tali gratia. Et caueat ne q̄ō habet per puram gratiam dei et bonitatem attribuat sibi merito suo: virtuti sue: vel sapientie sue uel moribus suis. Nec etiam q̄ a casu uel fortuna hoc acciderit: quia hoc est quasi principale: propter quod deus subtrahit gratiam suam ab aliquibus scilicet propter arrogantiam suam et ingratitudinez. Unde beatus Augustinus. Quod deus dederat gratis: abstulit ingratis. Aliud aduertendum est: q̄ corde alicuius posito in tentatione spirituali: per quam ponitur in dubio: non incipiat aliquis propria voluntate notabile et inconsuetum: sed refrenando cor suum et uoluntatem: expectet humiliter et cū timore et reuerentia dei: quousq̄ cor suum dominus clarificet de tali dubio: non dico: expectet angelum uenientez uel visionem super huiusmōi: quia superbie videretur: sed expectet cor suum per inspirationem uel consilium proximi sibi insinuandum. Contrariuz faciendo scilicet in dubio se ponendo ad opus magnum et insuetum: non habebit opus communiter bonum exitum. Deinde tamen quis in huiusmodi tentationibus cauere debet: ne ante uel tunc cum est in his dimittat opera bona consueta: et orare: confiteri: communicare: ieiunare: opera pietatis et humilitatis: licet consolationem non inueniret in operibus antedictis. Quanuis enim ut ait psal. xviij. In custodiendis illis scilicet diuinis mandatis sit retributio multa. Non solum pro custodiendis retributio multa in celo: sed etiam in illis idest duz obseruat: habetur magna consolatio mentis. Jugum enim meum ait christus scilicet obseruationis mandatorum: que omnia mandata sunt de actibus virtutuz suaue est Mathe. xi. Tamen non pro huiusmodi consolatione spirituali hic habenda est deo seruiendum. Euntes ait psal. ibant de bonis operibus ad meliora procedentes: et flebant: non sentientes aliquando delectationem in ipsis bonis operibus sed fletum angustie: tedij: et anxietatis: et tamen sic seminant et multiplicantur occulte semina meritorum: vt demum veniant cum exultatione: portantes manipulos premiorum. Postremo in omnibus: siue remanentibus tentationibus: siue recedentibus: semper oportet se conformare diuine voluntati. Recti diligunt te dicitur canticorum primo. Recti sunt ait beatus Aug. super ps: qui volunt q̄ō deus vult: nam qui

volunt deuz velle quod ipsi volunt: non sunt recti: cum voluntas eorū sit tortuosa: voluntas autē dicitur regula rectissima omnium: que in isto capitulo habentur sententie sunt: ut dicitur. b. Uincentij ex quodam tractatulo suo: auctoritates autem adducte ibi posite sunt ad maiorem auctoritatez dictorum: quas ut puto et aptiores ipse causa breuitatis omisit.

Notandum q̄ §. x.

in tractando de tribus vltimis donis non est seruatus ordo enumerationis positus ab Isaia. Et ratio fuit: vt prolixior materia posterius poneretur: z ideo prius de timore: postea de pietate multo diffusior ratione materie adiuncte scilicet de virgine maria: et demum de scientia actuz est: cui additur magnum opus distinctum propter sui lōgitudinē in tria volumina: non precise historiarū sed z multorū aliorum de scripturis sacris et dictis notabilibus sanctorū: sed z aliorum gentiliuz continens gesta ab initio mundi usq̄ ad presens tempus scilicet annum domini ab incarnatione Mccccliij. Si tamen vita fuerit comes ad perficiendū quod iam perductum usq̄ ad annum domini sexcentesimum scilicet usq̄ ad mortem Gregorii magni: z imperium foce. Cum enim ut dictuz est ad donum scientie pertineat bene conuersari in medio nationis praue et peruerse: z scire discernere credenda a non credēdis: z agenda a nō agēdis: vt bona assumant: z mala renuantur: q̄ plurimum ad hoc possunt iuuare precedentiū gesta. Nam ratio preteriti scire futura facit. Ex erruantibus enim perfectorum vt primorum parentum Moysi: Aaron: Dauid: z aliorum melius sciuntur pericula nostra ut caueantur. Ex illatione flagellorum contra malos perpēditur grauitas peccatorum: z quantuz deo displiceant: vt non committantur: z commissa per penitentiam remoueantur. Ex translatione et mutatione regnorum z dominorum. aduertitur uanitas z istabilitas mūdanorum: vt contēnantur. Ex depressione superborum z humiliatione: vt edificantium turriz ad celum pertingentē Babel: pharaonis: Nabuchodonosor z aliorum: adiscitur mortalē non paria sentire de deo: sed vt omnes ei subiciant. Ex narratione euangeliorum docentur impleta: que per sanctos prophetas prenūciata fuerant de mysterijs christi: quorum prophete plures hic expressātur. Ex sententijs tam gentilium q̄ sanctorum ibi scire valet quilibet: quo modo conuersari debeat in mundo. Et quia plus mouent exēpla q̄ verba: ideo ponuntur multe historie et opera uirtutum a sanctis perpetrata: vt ad ea imitanda prouocentur. Miracula plurima referuntur ad dei gloriā z fidei christiane confirmationez. In libro autem de septem donis cuius auctor fuit frater ordinis predicatorum: sed nomen eius ibi non ponit: in tertia parte ponit de dono scientie: vt sicut per timorem retrahitur quis a malo: et per pietatem promouetur ad bonuz diuini cultus et misericor die ad proximum: ita per scientiam extrahatur a malo: quo irreptitus est peccator. Juxta illud prouerbio. ij. Si scientia placuerit anime tue: prudē tia seruabit te: vt eruaris a muliere mala scilicet malitia et concupiscentia peccati. Et prouerbio. xix. ubi non est scientia: ibi non est anime bonuz: z hoc scilicet vt extrahatur de malo culpe per penitentiam. Unde ibi inserit tractatum de penitentia prolixe z partibus eius. Sed quia de ea diffuse notatuz est in tertia parte in titulo de sacramē tis et in alijs locis: ideo nihil de ea hic. Sed finis sit huic quarte parti: que est de virtutibus et donis spiritussancti.

Obijt ipse Antonius vir cōsilioruz clarissim⁹ Romane Urbis oliz auditor causarum: tūc archipresul florentinus: ordinis predicatoruz obseruancialis professor. Anno domice incarnationis milesimoq̄ingentesimoquinquagesimonono: in vigilia ascensionis. ij. maij: miraculis clarens. Cuius preconia indies augentur ex salutari eius doctria: sūmatim in epithaphio suo cōgesta videlicet.

Hic est ille tuus pastor florentia: pro quo.
Non cesses mesto. spargere rore genas.
Pūbus haud prisci pietate Antonius in par.
Qui scripsit quicquid littera sacra docet.

Actum hoc opus venecijs emēdatissimū enucleatiusq̄ castigatuz ex mclyta atq̄ famosa officina dñi Nicolai Jenson Gallici olimpiadibus dominicis Et anno Millessimoquadragentessimo octoagessimo decimas quartas calēdas maias.

IW 2185

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA
Poznań

Registrū quarte partis summe.b.antonini.

a
Proemium in
siastes.i.quo:ūcūq;
ca.iiij.de uita
Incipit quarta
vt prudentiam
b
sumitur est
ergo sciendum
nascuntur
noxia solitudinis
prosperitate
c
altitudis mēbra
suis improbe
propter ipatientiaz
de pprietatibus
enim hz
d
nos.s.seruare
officium
prouer.ij.letātur
de partibus
rex.prouer.
e
humanum
vnde nec
alīs vicijs
imber serotinus
renoua aut
f
fini cōuenientia
scādala et
et actus exterior
est quod dicit
oritur pro se
g
dei z indignº
datur cōsistit
dere modum
facile possumus
nec alia sacza
h
actus autem
gis esset pascēdū
indumentum
per quam
ordinare et
i
et quando sic
quarto in
litate positis
accēsus:abundāt
k
beneficiuz
filius plus
charitate duo
beneficiente
l
ex qua sequitur
enim credere
scilicet bonum
et sunt
est autem
m
quia beati qui
terre non discussa
Junge et
dimittemini
n
quod septem
necesse est
tempore
boni christiani
se subīcit
o
est autem
tuam zc.
de sapientia
actio quantū
p
somno declaratum
homine et vt
autem cepit
per sapientiam
q
ordinatur
adeptionis et
.b.Augu.in
quod fuit in
habere quod
r
tradentibus
na diuinitus
sit exhortare
secundū ergo
s
nittitur pseruare
tonis plura
aliqui enim
nescio per quos
In diluuio aquarū
t
emendatio
Inquit.b.Tho.
apta et etiam
seruiamus
u
potest aliquis
hoc sine
testō:ergo
amplecti et
supportanda
x
suis quos
u uenis ad me
Jo.xl.uirtus
lacedemonibus
y
hominis super
derulerat non
patuum etiaz
hoc est sibi
aiebat nō
z
tertio non est
thesauris nullius
poterunt
est refrenandus
In quo habebat
z
solacium est
animus cuius
eorūq; paucos
timuisti et
imaginis filij
?
creatura uel
archidiaconus
alterum z paulo
et quia mors
perimunt
⁊
latinos quos
predixit per
dies i purgatorio
et conuersio
qui tamen
A
scilicet in multas
persecuti sunt
manibus eorum
diabolus qui
et pluries sed
B
tremunt potestates
deus propter
vel infinitum
ille absalon
grego.primo
C
eius i generatiōe
omni anno
tura rōnalis
et Joachim
qui sunt i
D
gratia transiuit
vt illud pa
venit sed
quieuit in
canonica ergo
E
virtus altissimi
quantum ad
tam diuinus
ita necessarium
ceperunt loqui
F
puram angeli
xi.dicitur
cane erit
q est optima
differendum
G
calozis diuini
na proprie
dominus deus
bi z formauit
dominus deus
h
anima nostra
temporalium
tionem ad miaz
aliquis fidelis
non uerum
I
in ps nos
potens est
et secundum hanc
quot uiciorum
pter materiam
K
te.vel puerum.
necessitate
in epiphania
tertia stella
aperi potentias
L
adorandū ipsū
citari et titulare
sed relicta
uirum magnum
M
crucem sibi
pali cum
abscondita cordis
enim qui
hominem et
N
Quo modo āt
z mortuus est
diuersis autem
quod nō licebat
barbarismorum

Finis.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA
Poznań

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 261
INKUNABUŁY